In festo euāgelistarū: de predicatoribus. vide vt assignabo infra in festo doctorū. Thema Messis qdē multa: operarij aūt pauci. Luc.x. ꝛ in euāgelio occurrēti. Uel p̄dica de incertitudine saluationis nostre: vide in.ij.par.p:in.rosarij.ser.v.par.v.per totaȝ. Thema. Neminē p viā salutaueritis. i. saluuȝ esse dixeritis in via mūdiali. ibidē. Uel p̄dica de regno celesti. vide in.ij.p.pn.rosa.ser.xviij.p.vlti.p totā. Thema Appropinquabit in vos regnum dei. ibidem.

In festo alicuius martyris vel aliquorum martyrū. de martyrio. vide in.j.pte prin. rosa. ser.xxxix.p totū. Thema p vno martyre. Qui nō accepit crucē suā ꝛ sequit̄ me nō est me dignus. Mat.x.ꝛ in euāgelio occurrēti. vel Nolite timere eos q̄ occidūt corpus: aīam autē nō pñt occidere. ibidē. vel Qui non baiulat crucē suā ꝛ venit post me: nō pōt me9 esse discipul9. Luc.xiiij.ꝛ in euāgelio occurrēti. Pro plurib9 autē martyribus. Thema. Dico vobis amicis meis ne terreamini ab his q̄ occidunt corpus. Luc.xij.ꝛ in euāg.occur. Uel p̄dica ī festo vni9 martyris de puritate ɔsciē. vide in.ij.p.pn. rosarij.ser.xiiij.pte.iij.A.ꝛ ser.xxxiiij.p.j.Z. vsq3 in finē illi9 partis. Thema. Btūs vir q̄ inuent9 est sine macula. Ecci.xxxj. ꝛ in epl̄a occurrenti. Pro plurib9 autē martyrib9 ad idem Thema. Qui timēt dñm preparabūt corda sua: ꝛ in cōspectu illi9 scīficabunt aīas suas. Ecci.ij. et in epl̄a occur. Uel Beati mūdo corde qm̄ ipi deū videbūt. Mat.v.ꝛ in euāgelio occurrēti. Uel predica de victoria superbius. vide in.ij.p.prin. rosarij.ser.xij.per totū. Thema p vno martyre. Certamen forte dedit illi vt vinceret. Sap. x.ꝛ in epl̄a occurrēti. Pro pluribus aūt martyribus. Theme. Fortes facti sunt in bello. ad Heb.xj.ꝛ in epl̄a occurrenti.

In festo alicui9 scti a pascha vsq3 ad pentecostē de religiōe. vide vt assignaui in festo apostolorꝫ. Thema. Hi sunt q̄s aliqñ habuim9 in derisum ꝛ in silitudinē improperij. vel Nos insensati vitā illorꝫ estimabamus insaniā: ꝛ finē illorꝫ sine honore. Sap.v. ꝛ in epl̄a occur. Uel p̄dica de btis. vide in.ij.par.pn.rosarij.ser.xix. Thema. Inter sctōs sors illorꝫ est. ibidē. Uel p̄dica de dilectiōe dei. vide vt assignaui ī dñica.j.post pentecostē. Thema. Manete in dilectione mea. Joh.xv,ꝛ in euāgelio occurrenti,

In festo alicuius cōfessoris pōtificis: de cōditionibus pastorꝫ ꝛ prelatorꝫ. vide in.ij.parte prin.rosa.ser.xxvj.per totū. Thema. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. Ecci.xliiij.ꝛ in epl̄a occurrenti. Uel cū eodem themate predica de honore sacerdotū. vide vt assignaui.s.in dñica.xiij. post pentecostē. Uel predica de celebratione missarū. vide in.ij.pte prin.rosarij.ser.xiij.in exor.ꝛ par.j.ꝛ.iij.p totā Thema. Dedit in celebrationibus decus. Eccli xlvij.ꝛ in epl̄a occurrenti.

In festo alicuius doctoris: qualis dȝ esse doctor aliorū. vide in.j.par.prin.rosarij.sermone xxxiiij.par.j. S.ꝛ in.ij. parte prin. rosarij.ser. xxix.par.ij.ꝛ.ser.xxxiiij.par.ij. V.ꝛ quo tēpore fuerūt doctores ecclesie. vide in dicta. ij.parte prin.rosa.ser.xxvij.par.ij. R. ꝛ an doctores iuris sint digniores doctorib9 medicine. vide in ij.par.prin.rosa.ser.xxix.p.ij.L. ꝛ q̄ doctorib9 sapiētiorib9 est credendū q̄ possunt interpretari leges dubias. vide in defen.mon.pie.tracta. ij.par.iij.M.la.ij.ꝛ q̄ doctores debēt esse liberales. eodē tract.p.vij.Y.Z.ꝛ A.ꝛ de p̄uilegijs eorꝫ. ibidē Z. ꝛ q̄ doctores iuris decē noībus nūcupatur. ibidē A. ꝛ q̄ doctor reqsitus de veritate tenet̄ eā dicere ꝛ cōsulere. vide in.j.par. prin.rosa.ser.xxvij.p.j.C.el.ij.ꝛ D.in fine. Thema. Uos estis lux mūdi. Mat.v. ꝛ in euange. occur. Uel p̄dica de predicatoribus. vide in.j. par.prin.rosa.ser.j.p.j.ꝛ par.ij. P. circa mediū ꝛ ser.iij.p.ij.J.ꝛ M ꝛ O.ꝛ in.ij.par. prin.ser. vj.par.j.F.la.ij.ꝛ ser.ix.par.ij.T.el.ij.ꝛ Y. Thema. Predica v̄bū: insta oppoitune ꝛc. ij.ad Timo.iiij.ꝛ in epl̄a occurrēti. Uel Opus fac euāgeliste: ministeriū tuū imple. ibidē. Uel predica de sciētijs. vide ī tabula alphabetica. ij.partis prin.rosa.in v̄bo sciētia. Thema. Erit tempus cū sanā doctrinā non sustinebit ꝛc. Uel A veritate quidem auditum auertēt: ad fabulas aūt conuertentur. ibidem.

In festo alicuius cōfessoris nō pōtificis: de vero xpiano. vide in.j.p.prin.rosa. ser.xv.p.ij. p totā. Thema. De oī corde suo laudauit dñm: ꝛ dilexit deū q̄ fecit eū. Ecci.xlvij. ꝛ in epl̄a occur. Uel cū eodē themate p̄dica de amore dei. vide in.ij.par.pn.rosa.ser. v.parte.iij. P. vsq3 ad U.ꝛ ibidē E.ꝛ ser.xl.parte.j.per totaȝ. Uel cum ipso themate predica de puritate cōsciētie. vide vt assignaui in festo martyrum.

In festo alicui9 scti religiosi vel religiose: de religione vel de cōtēptu mūdi. vide vt assignaui in festo aplorꝫ. Thema. Ecce nos reliqmus oia ꝛ secuti sumus te, Mat. xix. ꝛ in euange.

occur. Vel pdica de victoria supplius. vide vt assignaui.8.in festo martyrū. Thema. Dedit illi cōtra inimicoꝝ potētiā.i. contra sensualitates aīe ꝯtrariātes. Eccli.xlvij.et in epla occur.

In festo alicuius sancti vel sancte de tertio ordine scti Francisci: accipe predicationē in.ij. par.pn.rosa.ser.xxvij.p.ij.p totā. Thema si est vir. Dedit illi cor ad precepta: et legē vite et discipline. Eccli.xlv.ꝛ i epistola occur. Si est mulier. Thema. Laudabit vsqꝫ ad mortem anima mea dñm. Eccli.lj.et in epistola occurrenti.

In festo alicuꝰ virginis vel pluriū virginū devirginitate. Vide in.ij.p.pn.rosarij.ser.viij. par.iij.L.ꝛ.M.ꝛ ser.xviij.pte.j.B.vsqꝫ ad.L. Thema: si est vna solū. Mulier innupta ꝛ virgo cogitat q̄ sunt dñi vt sit sctā corpore ꝛ spū. j.ad Coꝝ.vij. ꝛ in epla occurrenti. Si vo sunt plures. Thema. Sile est regnū celoꝝ decē virginibus. Mat.xxv.et in euāg.occurrenti. Vel in eodē themate pdica de virginibus fatuis. vide i eodē sermone. xxviij.p.j.K. Vel pdica de remedijs seruāde virginitatis et castitatis. vide ibidē L. vsqꝫ in finē illius partis. Thema. Prudētes virgines aptate vestras lampades Vel cum eodem themate predica de prudentia. vide in.ij.par.prin.rosarij.ser.viij.pte.iiij. Q vsqꝫ in finem illius partis.

In festo alicuꝰ virginis sponse xpi pōt etiā predicari de cōditionibus quas habere debet quelibet bona spōsa. vide in.ij.parte prin.marialis.ser.v.p totū. Thema. Despondi vos vni viro virginē castam exhibere christo.ij. ad Corin.xj.et in epistola occurrenti.

In festo alicuius sancte vidue: de bono viduitatis. vide in.v.pte prin.marialis. ser.viij. parte.ij. J.circa mediū. Et de statu viduarum vide in.ij.par.prin.rosarij.ser.xxviij.par.ij.per totam. Thema. Laudabit vsqꝫ ad mortem anima mea dñm. Ecli lj.ꝛ in epistola occurrenti.

In festo alicuius scti vel sancte in coniugio decedentis: de matrimonio et sponsalibus. et quō cōiuges debēt inuicē viuere. Vide in.iiij. par.pn.marialis.ser.xj.p.iij.B. ꝛ in.j.par.pn. rosarij.ser.xxiij.par.ij.B ꝛ.C. et G.post mediū et ser.xxiij.pte.j.O.ꝛ P. et in.ij.par.pn.rosa. ser.xxv.pte.j.p totā. Thema: si est vir. Fidelis seruus ꝛ prudēs quē cōstituit dñs sup familiā suā. Matthei.xxiiij.ꝛ in euāgelio occur. Si est mulier. Thema. Liberasti corpꝰ meū a pditione. Eccli.lj.ꝛ in epla occurrēti. Vel predica de remedijs superādi diabolicas tētatiōes: sicut ipse sctūs vel sancta supauit. Vide in.j.p.pn. rosarij.ser.xxx.par.j.M. et ser.xxxiiij. in exor.

Thema: si est vir. Dedit illi cōtra inimicos potētiā. Eccli.xlvij.ꝛ in epla occurrēti. Si est mulier. Thema. Liberasti me a rugiētibus pparatis ad escā: et de manibus qrentiū aiam meā. Eccli.lj.et in epla occurrēti. Vel pdica contra vanitates mulierū: ꝛ de ornatu supfluo corporis. Vide i.ij.par.pn.rosarij.ser.xxviij.p.iij.F. vsqꝫ i finē illꝰ p. Thema. Mittēt eos i caminum ignis. Mat.xiij. ꝛ in euange.occurrenti.

In festo sancti Frācisci vel scti Bernardini aut alterius patris spiritualis potest adaptari p exor. illud qd posui in plogo marialis: vel dic in exordio q in oībꝰ generū speciebꝰ est devenire ad aliquid qd sit metrū ꝛ mensura oīm aliorum. Vide in.j.par.pn.marialis.ser.vij.p. j.E. vel adapta exordiū sermonis trigesimiqrti.ij.par.prin.rosarij. Thema. Fidelis seruus ꝛ prudēs quem constituit dñs super familiā suā Mat.xxiiij.et in euangelio occurrenti.

In festo alicuius sancti pulchri: vel pulchre sctē an bonū sit aliquē esse pulchrum. Applica sermo.qrtū.ij.p.pn.maria. Thema. Pulchritudo ꝛ decor īdumētū eiꝰ. Prouer.vi. vl Pulchritudinē cādoris eiꝰ admirabit ocls. Eccli.xliij.

In festo alicuius sancti vel sancte nobilis. An psit quē esse nobile: ꝛ in quo ꝯsistit nobilitas. vide in.ij.par.pn.maria.ser.j.p.ij.E. vsqꝫ ad L.et in.ij.par.punci.rosa.ser.v.par.j.X. in prin. et ser.xxxj.par.j.D.post medium. Thema Ex magno genere es tu. Tobie.v.

In exordio sermonis alicuꝰ sancti vel sancte dic q sctificari dr aliqs mltis modis: vide in.j.par.pn.marial.ser.j.par.ij. V.i fine.ꝛ J.

In festo sanctoꝝ quoꝝ misse habent epistolā vel euāgeliū in particulari poterūt adaptari multa q posui in mariali: ꝛ in rosario: ꝛ iterseri hystoriam ipsoꝝ sanctoꝝ vel aliquid dicere de vita illoꝝ ad propositum predicationis.

In festo scti Andree apli de verbo dei. vide i j.pte pn.rosarij.ser.iij.p totū. Thema. Quō audiēt sine pdicāte. vel Quō pdicabunt nisi mittant: vel q speciosi pedes euangelizātiū bona vel fides est ex auditu: auditꝰ aūt p verbū xpi vel In oēm terrā exiuit sonꝰ eoꝝ: ꝛ in fines orbis terre verba eoꝝ. ad Ro.x.et in epla occur. Vel accipe p themate. Faciā vos fieri piscatores hoim. Mat.iiij.ꝛ in euāg.occurrē. ꝛ i exordio dic q predicatores dicunt piscatores: vide in.j.par.pn.rosarij. ser.j.p.ij. P. circa mediū. Vel pdica de pace. vide vt assignaui in.ij.feria post pascha. Thema. Speciosi pedes euāgelisātiū pacē. In eadē epla. Vl pdica de imitatione xpi. vide vt assignaui in sabbato post dñicā

de passiõe. Thema. Uenite post me. Mat. iiij.

In festo scti Thome aplĩ: de pace. vide vbi remisi. s̃. prime. Thema. Pax vobis. Johan. xx. ⁊ in euagelio occurrẽti. vel p̃dica de veritate fidei xpiane. vide in. j. par. prin. rosa. sermo. xxiiij. per totum. Thema. Noli esse incredulus sed fidelis. ibidem. vel predica de diffinitione fidei. vide vbi. s̃. ser. xiij. Thema. Quia vidisti me Thoma credidisti: beati qui non viderunt et crediderunt. ibidem.

In festo sancti Stephani protomartyris: de gloria celesti. vide in. ij. pte prin. rosarij. ser. xviij. ⁊. xix. Thema. Uidit gloriaʒ dei. Act. vij. ⁊ in epl'a occurrẽti. Uel predica de spe perueniendi ad vitã eternã. vide in. ij. parte prin. rosa. sermo. xx. Thema. Ecce video celos apertos ibidem. vel predica de dilectione inimicorum ⁊ remissione iniuriarum. vide in. ij. parte prin. rosarij. ser. xxxiij. parte. iij. Q. vsqȝ in finẽ illiꝰ partis. Thema. Domine ne statuas illis hoc peccatum. ibidem.

In die scti Johãnis: de imitatiõe xp̃i. vide vt assignaui in sabbato post dñicam de passione. Thema. Tu me sequere. Joh. xxj. ⁊ in euangelio occurrẽti. Uel cũ ipso themate p̃dica de religiõe. vide in. ij. pte p̃n. rosa. ser. xxvij. pte. j. p totã. vel cũ eodẽ themate predica de cõtemptu mũdi. vide in eodẽ ser. par. iij. per totam.

In festo Innocẽtum: de v̾ginitate. vide vt assignaui. s̃. in festo virginũ. Thema. Uij sunt q̃ cũ mulieribus nõ sunt coinquinati: v̾gines enĩ sunt ⁊c. Apoca. vij. ⁊ in epl'a occurrenti. vel predica de martyrio. vide vt assignaui. s̃. in festo martyrũ. Thema. Occidit oẽs pueros qui erãt in Bethleẽ. Mat. ij. ⁊ in euangelio occurrenti. Uel predica de consolationibus mundi spernẽdis: qꝛ nõ sunt vere consolationes. vide vt assignaui in tabula alphabetica: in verbo Mũdane cõsolationes. Thema. Nolite consolari qꝛ non sunt. Ibidem.

In festo sancti Thome epĩ Cantuariensis: cõtra ambitionẽ. vide in. ij. par. prin. rosa. ser. ix. par. ij. D ⁊ R. ⁊ ser. xxvj. par. iij. L. circa medium. ⁊ ser. xxxj. parte. j. L. ⁊ N. Thema. Nemo assumat sibi honorẽ: nisi qui vocaꝭ a deo tãqȝ aaron. ad Heb. v. ⁊ in epl'a occurrenti. vel predica de honore sacerdotũ. vide vt assignaui. s̃. in dñica. xiij. post Pentecostẽ. Thema. Tu es sacerdos in eternũ s̃m ordinem melchisedech. In eadẽ epl'a. ⁊ originaliter ps̃. cx. Uel predica de cõditionibꝰ pastoruʒ. vide ⁊ assignaui in festo cõfessoꝝ põtificum. Thema. Ego sum pastor bonus. Joh. x. ⁊ in euãgelio occurrẽti.

In die scti Siluestri: de p̃dicatoribus. vide vt assignaui in festo alicuiꝰ doctoris. ⁊ ibi est thema. vel p̃dica de sciẽtiis. vide ibidẽ cũ themate ibi posito: qꝛ illa epl'a poniꝭ in hoc festo vel p̃dica de castitate. vide in. j. pte prin. rosa. ser. xxxix. pte. iij. X. ⁊ ser. xl. pte. iij. G. ⁊ in. ij. pte p̃n. rosa. ser. viij. p. iiij. p totã. ⁊ in. iiij. p. prin. marialis. ser. iiij. p. iij. R. ⁊ Z. ⁊ in. v. pte prin. eiusdẽ marialis. ser. viij. p. ij. D. ⁊ p. xij. p totã. Thema. Sint lũbi vestri p̃cincti. Luc. xij. ⁊ in euãge. occurrẽti. vel p̃dica ꝙ hõ dũ est sanus dȝ se p̃parare: ⁊ nõ expectare vsqȝ ad mortem ad faciendã p̃niam. vide in. j. par. p̃n. rosa. ser. vij. p. vj. B. post mediũ vsqȝ in finẽ. et eiusdẽ ser. par. vlti. C. ⁊ ser. viij. per totum. Thema. Estote parati: qꝛ qua hora nõ putatis: filiꝰ hominis veniet. In eodẽ euãgelio.

In cõuersione scti Pauli de g'lioso noĩe Jesu ab ipso paulo magnificato. vide in. v. par. prin. marialis. ser. xj. per totũ. Thema. Uas electionis est mihi iste vt portet nomẽ meũ corã gẽtibus ⁊ regibꝰ ⁊ filijs israel. Actuũ. ix. et in epl'a occurrẽti. vel p̃dica de remuneratiõe glorie celestis. vide in. ij. par. p̃n. rosa. ser. xviij. per totuʒ. Thema. Ecce nos reliq̃mus oĩa ⁊ secuti sumus te: quid ergo erit nobis. Mat. xix. et in euãge. occur. Uel p̃dica de cõtẽptu mũdi aut de imitatione xp̃i. vide vt assignaui in festo apl'orum cum themate ibi posito.

In cathedra scti Petri: ꝙ xp̃s est verus filius dei: ⁊ fuit messias. vide vt assignaui in. v. feria post pascha. Thema. Quam dicũt hoĩes esse filium hoĩs. vel Tu es xp̃s filius dei viui. Mat. xvj. ⁊ in euãgelio occur. vel p̃dica de honore sacerdotũ. vide vt assignaui. s̃. in festo cõfessorũ pontificũ. Thema. Tu es Petrus ⁊ sup hãc petrã edificabo ecclesiã meã. vel Tibi dabo claues regni celoꝝ. Ibidẽ. vel p̃dica de confessione ⁊ absolutiõe a pctis. vide in. j. p. prin. rosarij. ser. xxxij. per totũ. ⁊ ser. xxxiij. par. j. O ⁊ O duplex. Thema. Quodcunqȝ ligaueris super terrã erit ligatũ ⁊ in celis: ⁊ quodcũqȝ solueris sup terrã erit solutũ ⁊ in celis. Ibidem.

In festo scti Matthie apostoli: de humilitate. vide in. iiij. parte prin. marialis sermo. iiij. par. ij. E. in fine. ⁊ G. circa medium vsqȝ in finem illius partis. ⁊ in. v. par. prin. ipsius marialis. ser. vj. par. ij. U. ⁊ in. vj. par. prin. marialis. ser. j. pte. iij. Z. circa finem. ⁊ in. ij. par. prin. rosa. sermo. ix. in exor. ⁊ in. iij. parte eiusdẽ sermonis per totam. ⁊ sermo. xxxviij. parte. vij. C. Thema. Reuelasti ea paruulis. vel Discite a me: qꝛ mitis sum ⁊ humilis corde. Matth. xj.

τ in euãgelio occurrenti. vel predica de cõione vide in. ij. pte prin. rosa. fer. xiiij. τ. xvj. Thema. Venite ad me oẽs q̃ laboratis et onerati estis τ ego reficiã vos. Ibidẽ. vel predica de religione. vide in. ij. par. prin. rosa. fer. xxvij. par. j. per totã. Thema. Tollite iugũ meũ sup vos τ inuenietis requiẽ aiabus vestris. vel Jugũ meũ suaue est τ onus meũ leue. ibidem.

In festo sctõꝝ aplõꝝ Philippi τ Jacobi: de religione vel de btis. vide vt assignaui i festo alicuius scti a pascha vsq ad pẽtecostẽ. τ ibi sunt themata: qꝛ eadẽ epl'a ponit in hoc festo vel predica de qualitate τ inequalitate glorie beatoꝝ. vide in. ij. pte prin. rosa. fer. xix. pte. vj. O vsq ad A. Thema. In domo pris mei mansiones multe sunt. Joh. xiiij. τ in euãgelio occurrenti. vel predica de imitatione xpi. vide vt assignaui in sabbato post dñicaꝫ de passione. Thema. Ego sum via vitas τ vita. Ibidẽ. vel cũ eodem themate predica de veritate. vide in ij. pte prin. rosa. fer. xxxj. vel p̃dica de vnitate diuine essentie. vide in. j. pte pn. rosa. fer. xiiij. pte. j. O vsq ad V. Thema. Ego in patre τ pater in me est. Ibidẽ. vel predica de miraculis. vide vt assignaui in secũda feria post quartaꝫ dñicam in quadragesima. Thema. Qui credit in me: opera que ego facio τ ipse faciet τ maiora hoꝝ faciet: qꝛ ad patrẽ vado. ibidẽ. Vel predica de oratione. vide in. j. parte prin. rosa. fer. xj. Thema. Quodcũq petieritis patrẽ in nomine meo hoc faciam. Ibidem.

In inuentione sancte crucis: de ipsa cruce. vide in. j. pte prin. rosa. fer. xxxviij. parte. iij. S vsq ad V. Thema. Sicut exaltauit Moyses serpentẽ in deserto: ita exaltari oportet filium hois. Joh. iij. τ in euangelio occurrẽti. vel Factus est obediẽs vsq ad mortẽ: mortẽ aũt crucis. ad Phil. ij. τ in epl'a occurrenti. vel cũ eodẽ themate predica de obediẽtia. vide vt assignaui in dñica in ramispalmaruꝫ. vel predica de noĩe Jesu. vide vbi. s̃. τ ibi accipe thema: qꝛ eadẽ epl'a ponit in hoc festo. vel predica de miraculis. vide vbi me remisi. s̃. in festo sanctoꝝ Philippi τ Jacobi. Thema. Nemo põt hec signa facere q̃ tu facis nisi fuerit deꝰ cũ eo. Joh. iij. τ in euãgelio occurrenti. vel predica de baptismo. vide vt assignaui i. iiij. feria post quartam dñicam in quadragesima. Thema. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritusancto non potest introire in regnum dei. ibidem.

In festo scti Johãnis ante portã latinã predica de religiõe: vel de btis. vide vt assignaui in festo alicuiꝰ scti a pascha vsq ad Pentecosten. τ ibi accipe themata: qꝛ eadẽ epl'a ponit in hoc festo. vel predica de ꝓsperitatibꝰ τ tribulationibus: aut de martyrio: aut ꝙ deus hꝫ diuersos calices. vide vt assignaui in. iiij. feria post scđam dñicã i quadragesima. τ ibi accipe themata: qꝛ idẽ euãgeliũ ponit in hoc festo.

In festo sancti Antonij de Padua ordinis minoꝝ predica de scientijs. vide vt assignaui in festo doctoꝝ. Thema. Optaui τ datꝰ est mihi sensus: τ inuocaui τ venit in me spũs sapiẽtie vel Preposui illã regnis τ sedibus: et diuitias nihil esse dixi in cõparatione illiꝰ. Sap. vij. et in epl'a occurrẽti. vel p̃dica de p̃dicatoribꝰ. vide vt assignaui vbi. s̃. Thema. Mihi dedit deus dicere ex sñia. Ibidẽ. Vel p̃dica qualis esse dꝫ doctor. vide vt assignaui vbi. s̃. Et ibi accipe themata: qꝛ idẽ euangeliũ ponit in hoc festo. Vel accipe ꝓ themate vtriusq sermõis p̃sentis gnati. Qui fecerit τ docuerit hic magnꝰ vocabit in regno celoꝝ. Mat. v. τ in euãge. occur.

In festo scti Johãnis baptiste applica i exordio illud qđ posui in. iij. pte princi. marialis fer. j. in exordio. τ fer. ij. parte. ij. in prin. vbi tractat de pulchro τ bono noie τ de deriuatione eiꝰ. Thema. Johãnes est nomẽ eiꝰ. Luc. j. et in euãgelio occurrẽti. Et qꝛ Johannes interptat in q̃ est grã dei. vide in tabula alphabetica. ij. ptis prin. rosarij. in vbo Gratia dei. vel põt fieri sermo de pueris. vide vt assignaui in. iij. feria post primã dñicã i quadragesima. Thema. Quis putas puer iste erit. Ibidẽ. vel predica de predicatoribꝰ. vide vt assignaui in festo doctoꝝ. Thema. Posuit os meũ quasi gladium acutũ. Esa. xlix. τ in epl'a occurrẽti. vel predicã de exẽplaritate. vide in. j. pte prin. rosarij. fer. vij. parte. iij. per totam. τ in. ij. par. prin. rosa. xij. sermo. xxvj. par. vj. O. Thema. Dedi te in lucem gentium. Ibidem.

In festo sanctoꝝ martyrũ Johãnis τ Pauli de operibꝰ misericordie. vide in. ij. pte princi. rosarij. fer. iij. Thema. Hi sunt viri misericordie. Eccl. xliiij. τ in epl'a occurrẽti. Vel predica de sepulturis τ testamentis mortuoꝝ. vide in ij. parte prin. rosarij sermo. j. Thema. Corpora eoꝝ in pace sepulta sunt: et noĩa eorum viuẽt in secula. Ibidem. vel predica contra hypocrisim. vide in. ij. parte prin. rosa. fer. ix. parte. ij. Z vsq ad F. Thema. Attẽdite a fermẽto phariseorum qđ est hypocrisis. Luce. xij. τ in euangelio occurrenti.

In vigilia aplõꝝ Petri τ Pauli de oratione. vide in. j. parte princi. rosarij. fer. xj. vel. xij. Thema. Petrꝰ τ Johãnes ascẽdebãt in tẽplũ

ad horam horationis nonam. Act. iij. ⁊ in epistola occurrenti: vel predica de nomine iesu. vide in. v. parte princi. marialis. ser. xi. Thema. In noie iesu xp̄i nazareni surge ⁊ ambula. ibidem. vel predica sermonem de pastoribus. vide vt assignaui in festo cōfessorum pontificū. Thema. Pasce oues meas. Joh. xxi. ⁊ in euangelio occurrenti.

In festo ipsorum apl'orum Petri ⁊ Pauli pōt p̄dicari ꝙ xp̄s est verus filius dei. vel de honore sacerdotū: aut de cōfessione pctōrum ⁊ absolutione ab eis. vide vt assignaui in cathedra scti Petri. ⁊ ibi accipe themata: qr idē euāgelium ponit̄ in hoc festo. Pōt etiā predicari de martyrio. vide vt assignaui in festo martyrū. Thema. Occidit Jacobū fratrē Johannis gladio. Act. xij. ⁊ in ep'la occurrēti. vel p̄dica de angelis hoi ministrātibus. vide in. xi. parte princi. marialis. ser. ij. parte. iiij. R. vsq₃ ad finē. ⁊ in ij. pte prin. rosarij. ser. x. par. iij. A. vsq₃ ad M. Thema. Misit dn̄s angelū suum ⁊ eripuit me de manu herodis ⁊c. ibidem.

In festo commemoratiōis sancti Pauli de gr̄a dei. vide vbi me remisi in festo scti Johannis baptiste. Thema. Vocauit me p gratiā suā ad Gal. i. ⁊ in epistola occurrenti. vel p̄dica de cōtēptu mūdi: aut de religione. vide vt assignaui in festo aplorum. ⁊ ibi accipe thema: qr idem euangelium legit̄ in hoc festo: vel p̄dica de remuneratione regni celestis. vide vt assignaui in cōuersione eiusdē. ⁊ ibi accipe thema.

In octaua aplorum Petri ⁊ Pauli de operib⁹ misericordie: vel de sepulturis ⁊ testamentis mortuorum. vide vt assignaui in die sctōrum martyrum Johannis ⁊ Pauli. ⁊ ibi accipe themata: qr eadem ep'la legit̄ in hoc die. vel predica de religione que dr̄ nauis. vide i. ij. par. prin. rosarij. ser. xxviij. parte. i. G. vsq₃ ad Z. Thema. Jussit iesus discipulos suos ascēdere in nauiculam ⁊ transfretare. Mat. xiiij. ⁊ in euāgelio occurrenti. vel ibi dic ꝙ quattuor venti insurgunt contra ipsam nauim religionis. vide ibidem. Vel. ij. Thema. Nauicula in medio mari iactabat̄ fluctibus. vel Erat ventus cōtrarius eis. In eodem euangelio. vel predica de fide. vide in. i. parte prin. rosarij. ser. xiiij. per totum. Thema. Modice fidei quare dubitasti. ibidē.

In festo sctōrum martyrū septē fratrū ⁊ sancte Ruffine martyris: posset predicari de fortitudine beate virginis. vide in. iiij. parte prin. marialis. ser. iij. par. ij. per totam. ⁊ in. ix. parte prin. marialis. ser. i. parte. iiij. S. Thema. Mulierē fortē qs inueniet; ꝓcul ⁊ de vltimis finibus precium eius. Prouer. xxxi. ⁊ in ep'la occurrenti. Vel p̄dica de pn̄ia que dr̄ nauis. vide in. ij. parte prin. rosarij. ser. vi. par. i. Y. circa mediū. Thema. Facta est quasi nauis institoris. ibidē. vel predica de operibus misericordie. vide vt assignaui in festo sanctorum martyrum Johānis ⁊ Pauli. Thema. Manum suā aperuit inopi: ⁊ palmas suas extendit ad pauperes. ibidē. vel Mater ⁊ fratres tui foris stant. Mat. xij. ⁊ in euangelio occur. vel predica de pulchritudine. vide vt assignaui in festo alicuius sancti pulchri. Thema. Fortitudo ⁊ decor indumētū eius. vel Fallax gratia ⁊ vana est pulchritudo In eadem epistola.

In festo sancte Marie magdalene: qr occurrit eadē ep'la pōt p̄dicari vt. s. prime. vel p̄dica de conuersione ⁊ pn̄ia ipsius Magdalene. vel vn̄ ꝓcedit diuersitas humanorum actuū ⁊c. vel de fide. vide oīa vt assignaui i. v. feria post dn̄icam de passiōe. ⁊ ibi accipe themata: qr occurrit idem euangelium.

In festo scti Jacobi apl'i de spe ꝑueniēdi ad vitā eternā. vide in. ij. par. prin. rosarij. ser. xx. Thema. Elegit nos deus ante mūdi ꝯstitutionem vt essemus sancti. ad Ephe. i. ⁊ in ep'la occur. vel cū eodem themate tāge aliquid de predestinatione. vide vbi. s. ser. xxiij. parte. i. Y. et parte. ij. D. ⁊ E. Vel predica de ꝓsperitatibus ⁊ tribulationibus: aut de martyrio: aut ꝙ deus habet diuersos calices. vide vt assignaui in iiij. feria post scđam dn̄icam in quadragesima: ⁊ ibi accipe themata: qr idem euangeliū legit̄ in hoc festo.

In festo scti Petri ad vincula: qr eadē ep'la legit̄ ⁊ idē euāgelium qđ in die aplorum Petri ⁊ Pauli. iō pōt p̄dicari vt ibi assignaui.

In festo scti Laurētij martyris de elemosyna. vide in. ij. parte prin. rosa. ser. iij. ⁊ in exordio pone ꝙ elemosyna assimilatur semini. vide in eodē ser. parte. iij. X. ante mediū. Thema. Qui parce seminat parce ⁊ metet. ij. ad Cor. ix. ⁊ in ep'la occurrenti. vel Qui seminat in bn̄dictiōibus de bn̄dictionibus ⁊ metet. ibidem. vel Dispersit dedit pauperibus: iusticia eius manet in seculū seculi. ibidem. vel predica de religione aut de imitatione. vide vt assignaui in die sancti Johannis euangeliste. Thema primi. Qui mihi ministrat me sequatur. Thema secundi. Vbi ego sum illic ⁊ minister meus erit. vel Si quis mihi ministrauerit honorificabit eum pater meus qui est in celis. Joh. xij. ⁊ in euangelio occurrenti.

In festo sancti Ludouici regis francorū ter

tijꝙ ordinis beati Francisci: vltra assignatus sermonē. ß. ꝑ sanctis ipsius tertij ordinis: potest p̄dicari sicut assignaui i festo sancti Mat thie. q: ponit idem euangeliū.

In festo decollatiōis sancti Johānis baptiste pōt predicari de scietijs. vide vt assignaui i festo doctoꝝ. Thema. Beatus vir qui in sapia morabitur. Eccli. xiiij. ꝛ in epla occurrēti. Uel predica de iusticia. vide in tabula alphabetis ca. ij. ptis ptin. rosarij. in verbo Justicia. Thema. Beatus vir q̄ in iusticia meditabit. ibidē. Uel predica de martyrio. vide vt assignaui in festo martyrū. Thema. Decollauit eū in carcere. Mar. vj. ꝛ in euangelio occurrēti. Uel p̄dica de iuramento. vide in. j. parte ptin. rosarij. fer. xvij. parte. ij. per totā. ꝛ parte. iij. G. ꝛ in. ij. pte ptī. rosarij. fer. xxxij. pte. iij. Z. ꝛ fer. xxxiiij. parte. iij. K. el. iij. Thema. Cōtristatus est rex propter iusiurandum. ibidem.

In exaltatione sancte crucis p̄dica de cruce vel de obedientia: aut de noīe Jesu. vt assignaui in die inuentionis eiusdē crucis. q: eadem epla ponit in hoc die. Uel p̄dica ꝙ xp̄s in cruce oia tradit ad seipsuꝫ. ꝛ ꝙ aliq̄d trahit multis modis ꝛc. vide vt assignaui in quarta feria post pentecostē. Thema. Ego si exaltat⁹ fuero a terra: oīa trahā ad meipsuꝫ. Joh. xij. ꝛ in euāge. occurrenti. Potest etiam predicari de iudicio vniuersali in quo apparebit crux sole splē didior. vide in. j. parte ptin. rosarij. fer. x. Thema. Nunc iudiciū est mundi. ibidem.

In festo sacroꝝ stigmatū beati Francisci de abnegatione ꝓprie voluntatis ꝛ de victoria suijpsius. vide in. ij. parte ptin. rosarij. fer. xij. per totum. Thema. Si quis vult venire post me abneget semetipsuꝫ. Mat. xvj. ꝛ in euange. occurrenti. Uel cū eodē themate predica de obedientia. vide in tabula alphabetica. ij. partis ptin. rosarij in verbo Obedientie. Uel predica de imitatione xp̄i aut de cruce tolleranda: ꝛ de martyrio sine sanguine. De primo vide vbi me remisi in festo apostoloꝝ. De secundo vide in. j. parte ptin. rosarij. fer. xxxix. parte. iij. per totam. Thema. ad vtrūq̄. Tollat crucem suam et sequatur. In eodem euangelio.

In festo sancti Matthei apli: ꝛ de imitatione xp̄i. vide. ß. proxime. Thema. Sequere me. Uel Surgēs secutus est eū Mat. ix. vel p̄dica quare xp̄s māducabat cū pctōib⁹. vide in. ij. parte p̄n. rosarij. fer. xxxix. pte. ix. ꝛ ꝙ ꝑ ipsis suscepit mortē ꝛ apud prēm intercessit. vide in eodē fer. p. xj. Thema. Multi publicani ꝛ peccatores venientes discūbebāt cū Jesu ꝛ discipulis ei⁹. ibidē. vel Quare cū publicanis ꝛ peccatoribus māducat magr̄ vester. ibidē. Uel predica de misericordia dei. vide in tabula alphabetica. ij. partis ptin. rosarij. in verbo Misericordia dei. Thema. Misericordiā volo ꝛ nō sacrificiū. ibidē. ꝛ originaliter Osee. vj. vel p̄dica ꝙ xp̄s incarnatus est ꝑ salute pctōꝝ. Uide in dicto fer. xxxix. pte. vij. ꝛ. viij. Et multipliciter eos inuitat ad pniam. vide in eodē fer. pte. x. Thema. Non veni vocare iustos: sed peccatores ad penitentiā. In eodē euangelio.

In dedicatiōe sancti Michaelis de angeloꝝ dignitate ꝛ excellētia. ꝛ de custodia aīarum ac de alijs beneficijs q̄ hoi īpendūt. vide in. xj. pte p̄n. marialis. fer. ij. pte. iiij. R. vsq̄ in finē. ꝛ in. ij. pte ptin. rosarij. fer. x. parte. iij. A. vsq̄ ad M. ꝛ vtruꝫ angelica natura sit dignior ꝙ humana. ibidē L. circa mediū. Et vtrū angeli deserāt custodiā obstinatorū. Uide in. ij. parte ptin. rosarij. fer. xxxix. pte. iij. ꝑ totam. Thema. Angeli eoꝝ semp vidēt faciē p̄ris mei q̄ in celis est. Mat. xviij. ꝛ in euāgelio occurrenti. vel cū eodē themate p̄dica ꝙ angeli peccātes nō debuerunt redimi sicut hoīes. Uide in. iiij. pte ptin. marialis. fer. v. pte. ij. A. ꝛ in. v. pte ptin. marialis. fer. v. pte. ij. Et vtrū si angelus non peccasset: deus hoīem creasset. vide in. ij. parte ptin. rosarij. fer. x. pte. j. E ꝛ F. Uel cū ipso themate predica de angeloꝝ creatione: locatione sublimatione: ꝛ numerositate: ꝛ vtrū sint oēs eiusdē speciei. Uide in. ij. pte ptin. rosarij. fer. xix. pte. vij. G vsq̄ ad M.

In festo sancti Francisci: de regulis ab ipso factis. Uide in. ij. pte p̄n. rosarij. fer. xxvij. pte ij. Thema. Quicūq̄ hanc regulā secuti fuerint pax sup illos ꝛ misericordia. Ad Galathas. vj. ꝛ in epla occurrēti. Uel cum ipso themate p̄dica de religione. vide in eodem fer. parte. j. Uel predica de martyrio sine sanguinis effusione. Uide vt assignaui in festo sacroꝝ stigmatū ei⁹ Thema. Mihi absit gl'ari nisi i cruce dn̄i nr̄i Jesu xp̄i. Uel cū ipso themate p̄dica de cruce. Uide vt assignaui in festo inuentionis sancte crucis. Uel predica de contēptu mundi. Uide in. ij. par. p̄n. rosarij. fer. xxvij. par. iij. Thema. Mihi mūdus crucifixus est. ꝛ ego mundo.

In festo oim sanctoꝝ: de gloria paradisi. Uide. in. ij. parte principa. rosa. fer. xviij. ꝛ. xix. Cum quibus poterit p̄dicari per totā octauā. Thema. Gaudete ꝛ exultate qm̄ merces vr̄a copiosa est in celis. Mat. v. ꝛ in euange occurrēti. Uel predica de numero saluandoꝝ. Uide

in.ij.parte prin.rosarij.ser.xiiij. Thema. Uidi turbã magnã quã dinumerare nemo poterat ex oĩbus gẽtibus ⁊ tribubus ⁊ populis et linguis. Apoc. vij. ⁊ in epl'a occurrẽti. Uel p̄dica de beatitudinib⁹ euãgelicis. vide in.iiij. parte prin.marialis.sermo.viij. per totũ. Thema vt s̄. vel cũ ipso themate p̄dica quõ acquiritur regnũ celoꝝ. vide in.ij.pte prin.rosarij. ser.xviij. parte vlti.per totã. Uel predica de spe perueniendi ad vitã eternã. vide in.ij.pte prin. rosarij.ser.xx. Thema. Uidi turbã ⁊c̃.

In die mortuoꝝ: de ipsis mortuis: ⁊ de suffragijs ꝓ eis faciendis: ac de eorũ religiosa sepelitione ⁊ testamentoꝝ suoꝝ executione. vide in.ij.pte prin.rosarij.ser.j.⁊.ij. De quibus possunt fieri multe predicationes. Thema. Beati mortui qui in dño moriuntur. Apoca.xiiij.⁊ in epl'a occurrẽti. Uel accipe ꝓ themate. Nolumus vos ignorare de dormiẽtibus: vt nõ cõtristemini sicut ceteri qui spem nõ habẽt. j. ad Thes.iiij.⁊ in epl'a occurrẽti. Et in exordio dic ꝗ mortui dicunt̃ dormiẽtes multis de causis. vide in dicto ser.j.g.j.E. Uel accipe ꝓ themate. Sancta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare: vt a pctis soluant̃. ij. Macha.xij. ⁊ in epl'a occurrẽti. Uel Qui credit in me etiã si mortuus fuerit viuet. Johan.vj. Et in euangelio occurrenti. Uel Ego resuscitabo eum in nouissimo die. ibidem. Uel Mortui audient vocẽ filij dei. Johã.v. Uel Oẽs qui in monumẽtis sunt audiẽt vocem filij dei. ibidem.

In dedicatione tẽpli vel altaris. Uel de veneratione ecclesiarũ. vide vt assignaui in dñica infra octauã natiuitatis dñi. Thema. Ecce tabernaculũ dei cũ hoĩbus ⁊ habitabit cũ eis. Apoca.xxj. ⁊ in epl'a occurrẽti. Uel predica de honore sacerdotum. vide vt assignaui in dñica xiij. post pẽtecostẽ. Thema. Ipsi populus eius erũt. ibidẽ. Uel p̄dica de cõditionibus celestis patrie. vide in.ij.pte prin.rosa.ser.xix.pte. vij. D. vsq₃ in finẽ illi⁹ partis. ⁊ ser.xxxv.pte.ij.B. Uel p̄dica de innouatione mũdi que fiet in iudicio. vide in.j.pte prin.rosarij. ser.x.pte.ij.X. vsq₃ ad D. Thema. Ecce noua facio oĩa. ibidẽ. Uel predica de indulgentijs que cõceduntur visitantibus aliquã ecclesiam ⁊c̃. vide in.j. pte prin.rosarij.sermo.xiij. par.iij. B duplex. Thema. Hodie salus huic domui a deo facta est. Luce.xix. ⁊ in euangelio occurrenti. Uel predica quare xp̄s morabatur et manducabat cum peccatoribus. vide vt assignaui in festo sancti Matthei. Thema. Murmurabãt ꝗ ad hominem peccatorẽ diuertisset. ibidem. Uel predica ꝗ xp̄s incarnat⁹ est pro salute peccatoꝝ ⁊c̃. vt assignaui in festo sancti Matthie. Thema. Filius hominis venit querere et saluũ facere qđ perierat. ibidem. Uel predica de elemosyna. vide in.ij.parte prin.rosa. ser.iij. Thema. Dimidium bonorũ meorũ do pauperibus. ibidem. Uel predica de restitutionib⁹. vide vt assignaui in dñica.xxj. post Pentecosten. Thema. Si quid aliquem defraudaui reddo quadruplũ. In eodem euangelio.

De multis quoq₃ alijs potest predicari cum mariali ⁊ rosario: ac defensorio montis pietatis: que hic causa breuitatis non assignaui: qꝛ quilibet predicator poterit ea applicare super epl'as occurrẽtes ⁊ euãgelia suo modo.

Finis.

¶ Incipit Rosariũ sermo-
nũ predicabiliũ per quadragesimã ⁊ totũ an-
ni circulũ editus per vite venerabilis religio-
sum fratrẽ Bernardinum de busti ordinis san
cti Frãcisci de obseruãtia predicatorẽ doctissi-
mum.
a

Apictissimi Im-
peratoris Iustiniani est sen-
tẽtia generosi ciues in autẽ.
Quomodo oportet epis.in
prin.versi. bñ autẽ.col.j. dis
cẽtis. Oĩa bene ⁊ cõgrue ge-
runt: si principium rei fuerit decẽs et amabile
deo. Per diuini eñi nõis inuocationẽ humani
actus perfecte prosperant in finẽ: vt etiã nota
tur in.l.j. ff. de oti.iu. Plato quoq in thimei
primo inquit. In minimis etiam quibusq re
bus semp in principio diuinũ implorandũ est
auxiliũ. Quo circa infideles etiã ac pagani in
suarũ principijs actionuz deos suos inuocare
solebãt. vñ Ualerius maximus in pemio sui
libri inqt. Nam prisci oratores a ioue optimo
maximo bene orsi sunt: ⁊ excellẽtissimi vates a
numine aliquo principia traxerunt. Titus q̃z
liuius in proemio sui operis dicit inuocandus
esse diuinũ auxiliũ: vt inceptũ opus successus
psperos hr̃e possit. Quapropter Ouid. in pn.
li. Metam. deoꝝ suoꝝ auxiliũ efflagitat dicẽs
In noua fert animus mutatas dicere formas
Corpora: dij ceptis: nã vos mutastis ⁊ illas:
Aspirate meis. Et in sexto de fastis in prin-
cipio de dei adiutorio se glorians inquit.
Est deus in nobis agitante calescimus illo:
Impetus hic sacre semina mentis habet.
Fas mihi precipue vultus vidisse deorum:
Uel qr sum vates: vel quia sacra cano.
Et in.j. de reme.amo. phebum inuocat dicens
Te precor o vates adsit tua laurea nobis.
Carminis ⁊ medice phebe repertor opis.
Uergilius q̃z in principio Eneidos ait.
Musa mihi causas memora ⁊c̃. Et.x.eiusdem
operis volẽs pugnam Turni ⁊ Enee atrocem
describere inuocabat dicens.
Pandite nunc helicona dee cãtusq mouete.
Statius etiam in principio.iiij. thebaidos
asperrimũ bellũ descripturus inquit.
Tuq o nemoris regina sonori caliope ⁊c̃. Dã-
tes etiã in.ij. cãtu inferni circa principium ɓm
morẽ gentiliũ inuocat dicẽs. O musa: o altum
ingeniũ. Nũc me adiuua te. Idẽ q̃z in princi-
pio.j. cãtus purgatorij ait. Et o poesis q̃ mor-
tua es resurge. O vos muse cũ vestro sono. Et
tu caliope aliquãdo resurge. Et in.j. cantu pa
radisi inquit. O bone apollo et vltime labor.
Claudianus etiã circa prin.j. lib. in rufinũ ait.
Uos pãdite vati Pierides quo tãta lues eru-
perit orbi. Et in prefatione libri de bello gil-
donico inuocat dicens.
Pandite defensum reduces helicona sorores
Pandite permissis iam licet ille choris.
Sedulius quoq in principio sui tractatus in
quit. Omnipotẽs eterne deus spes vnica mũ-
di ⁊c̃. Cesar etiã volẽs incipere bellum Pom-
peianum inuocabat deos suos: vt Lucanus re
fert in primo sui operis dicens.
O magne qui menia prospicis vrbis.
Tarpeia de rupe tonãs phrigijq penates.
Et residens celsa latialis iupiter alba.
Uestalesq foci: summi q̃z numinis instar.
Roma faue ceptis. Que oĩa Seuerinus boe-
tius cõsiderãs in.iij. de cõsol. c.xv. inqt. Inuo
candũ igitur cẽseo rerũ omniũ patrẽ. quo pre
termisso nullũ rite fundat exordiũ. Et Orige.
sup Leuit. homel.vj. ait. Ad exponẽdam sacrã
scripturã nõ est humanis ṽbis vtẽdũ: sed pre-
cibus ⁊ orationibus ad deũ recurrendũ: vt pa
ter verbi nobis det verbũ in apertione oris: vt
possimus cõsiderare mirabilia de lege sua. hec
ille. Humanũ eñi ingeniũ naturalr̃ est imbe-
cille. l.ij. §. si q̃d aũt. C. de vete.iu.enu. ⁊ huma
na lingua balbutiẽs esse dignoscit̃ epl̃a inter
claras. §. liquet. C. de sum.tri. ⁊ fi.ca. Deꝰ aũt
est ille qui fecit vt venerabiles viri abstractis
linguis suis ⁊ radicitꝰ euulsis ab Arriano re-
ge tñ mirabiliter loquerent̃ ⁊ fidẽ predicarẽt.
l. quas gr̃as. circa pn. C. de offi. p̃fec. pre. afri.
Qua ex re tã grandẽ ꝓuinciã aggressurꝰ pre-
dicãdi. s. in hac celeberrima vrbe: huic tam ma
gno oneri scapulas meas imbecilles subijciã:
non de meo imbecilli ingenio exiguisq viribꝰ
cõfisus: sed illiꝰ dũtaxat veri dei gr̃a adiutus
sine q̃ nihil boni peragere humana fragilitas
põt. de cõse.di.iiij.c.vlti.ij. Coꝝ.iij. Et p̃ Tho.
in.ij.di.xxviij.ar.j. Et sanctꝰ Bona. ea.di.ar.j.
q.ij. Ipse etenim deus noster est ille qui labia
Esaie ꝓphete calculo mũdauit ignito. viij. q.
j.c. in scripturis. circa finẽ. Qui etiã solus res
penitus desperatas ad optatũ finẽ perducere
potest. vt in.l.j. ad finẽ. j.col. C. de ve.iu.enu.
Qui est caput ⁊ autor omniũ scientiaꝝ: a quo
oĩs ratio superne et terrene sciẽtie emanauit:
vt in.c. legimꝰ. el.j. §. Sed ecõtra. ṽsi. deniq.
xxxv.dist. Qui est omniũ gratiarũ elargitor. c.
reuertimini. xvj. q.j. A quo oĩe datũ optimũ

ꝛ p̄mic donū perfectū descēdit. Jaco. j. trāsumꝰ ptiue in. c. q̄ppio. j. q. ij. ꝛ glo. est in. l. ij. ff. de legi. Ipsum igiť benignissimū redēptorē nostrū inuocās exoro: vt adsit mihi principiū: mediū: ꝛ finis: vt in auť. de priui. do. in prin. col. viij. Ipse etenī solus totius est boni operis fundamentū: sine quo omne qđ edificať corruit. c. cū paulꝰ. j. q. j. Cui si opus placet bonū est. l. deo nobis. C. de epi. ꝛ cle. Imitabor igiť imperatorē xp̄ianissimū qui. in auť. de questo. in prin. coľ. vj. dicit. Semꝑ cū dei adiutorio oēm facimus ꝓuidētiā ꝛc̄. ꝛ in. l. ij. C. de offi. pref. ꝑro. afri. i pn. inq̄t. In noīe dn̄i ad oīa cōsilia oēsq̄ź acꝰ gerēdos semꝑ ꝓgredimur. Per ipsuȝ enim iura imperij suscepimꝰ: ꝑ ip̄m pacē cū persis in eternū cōfirmauimꝰ: per ipm acerbissimos hostes ꝛ fortissimos tyrānos deiecimꝰ: ꝑ ipsuȝ ꝑ multas difficultates superauimꝰ: per ipsum ꝛ africā defendere et sub nr̄o imperio redigere nobis cōcessum est: ꝑ ipsum q̄ȝ vt nr̄o moderamine recte guberneť ꝛ firme custodiať cōfidimus. hec ille. Qui etiā in auť. de armis in p̄n. coľ. vj. dicit. Magnū deū ꝛ saluatorē nostrum iesum xp̄m ꝛ eiꝰ auxiliū semꝑ inuocātes studemus oēs nr̄os subiectos quoꝝ regimē ꝯcessit nobis deus illesos ꝛ sine calūnia custodire ꝛc̄. Et. C. de vete. iu. enu. l. j. in prin. etiā inq̄t. Deo autore nr̄o gubernāte imperiū qđ nobis a celesti maiestate traditū ē: ꝛ bella feliciter peragimus ꝛ pacē decoramꝰ ꝛ statū reipublice sustētamus. Et ita nr̄os aīos ad dei oīpotētis erigimus adiutoriū: vt neq̄ź armis cōfidamꝰ: neq̄ź militibꝰ: neq̄ź belloꝝ ducibꝰ: vel ingenio nr̄o: sed oēm spem ad solā referamꝰ summe ꝓuidētiā trinitatis. vn̄ ꝛ mūdi totiꝰ elemēta ꝓcesserūt: ꝛ eoꝝ dispositio in orbē terrarū producta est. hec ille. In oībus igiť peragēdis p̄mus diuine gratie fauorē postulare debemꝰ. de cōse. di. j. c. oīs xp̄ianus. in fine. Quo circa vas electionis Paulꝰ ad Coľ. iij. c. inq̄t. Oīa quecūq̄ź agitis in verbo aut in opere: in noīe dn̄i nostri iesu xp̄i facite transumptiue in. c. nō obseruetis. ad finē. xxvj. q. vij. Ipsum itaq̄ź clementissimū iesum patrēq̄ź eius misericordie fontem: atq̄ź spiritūsanctū oīs gratie donatorem cum Seuerino boetio in. iij. de cōso, metro. ix, humiliter his verbis inuocabo.

Da pater augustā menti cōscendere sedem.
Da fontem lustrare boni: da luce reperta
In te conspicuos animi defigere visus.
Discute terrene nebulas ꝛ pondera molis.
Atq̄ź tuo splēdore mica tu nāq̄ź serenum.
Tu requies trāquilla pijs: te cernere finis,

Principiū: rector: dux: semita: terminus: idem.

Q2 ꝟo gloriosa dei genitrix ꝟgo maria vt sancta mater ecclesia decātat: mater est gratiarum ꝛ mie. Vn̄ ipsa Eccl. xxiiij. inquit. In me oīs gratia vite ꝛ veritatis. In me oīs spes vite ꝛ virtutis. Trāsite ergo ad me oēs qui cōcupiscitis me ꝛ a generationibus meis adimplemini. Icirco eius q̄ȝ auxiliū suppliciter efflagito dicēs. Adsis principio virgo maria meo. Et iterū. Aue maria gemma preciosa.

O tu gēma virēs: adamas q̄ȝ cādidus: ortu
Celorum rectrix: angelicīq̄ź chori:
Tu pia pro nobis natum rogitare supremum:
Virgo tuū velis ꝛ numina tota poli.
Eloquij pulchri fontes mihi porrige sacros:
Sis mea conductrix: presidiūq̄ź vie.
Sic ego gratuitis donis ꝛ fonte rigatus
Producā fructus cū pietate bonos.
O lux clara nimis rutilo splēdore refulgēs:
O super ethereis stella diana thronis.
Illustra nostrū de sacro lumine pectus.
Contio quā multis vt mea prestet opem.

Dn̄ica in septuagesima de septē causis inducētibus ad predicandū: ꝛ de septē conditionibus verbi dei. Sermo primus. B

m Ulti sunt vocati pauci ꝟo electi. Matth. xx. c. Est preceptū generosū auctoris clementissimi dn̄i nr̄i iesu xp̄i Matth. ꝛ Luc. x. vbi imperauit aplis dicēs. In quācūq̄ź domū intraueritis p̄mū dicite Pax huic domui. Qđ quidē mandatū per modū cōsilij replicauit fratribꝰ suis euāgelij obseruator seraphicus pater noster Frāciscus in regula sua. c. iij. Que ex re vt tam salutaris nō sim trāsgressor precepti siue cōsilij in principio nostre predicationis ante oīa mille cordialibus salutationibus vos saluto. Itaq̄ź venerabiles in xp̄o patres ac matres vosq̄ź dilectissimi fratres ac sorores gratia dulcissimi dn̄i nostri iesu xp̄i sit vobiscū semꝑ que vos ab oībus huiꝰ mūdi periculis ꝓtegat liberet atq̄ź defendat. Sitis ergo oēs ꝓ mille viabꝰ benedicti a deo patre ꝛ filio ꝛ spiritusancto: ꝛ a gloriosa celorum regina virgine Maria: atq̄ź a totu celesti curia: et a me inter dei seruos minimo qui ex abūdantia cordialissimi amoris iterū vos salutare his dulcibus verbis astringor.

O populus generose deus te saluet et vsq̄ź
Nomina vestra manu sint benedicta iesu.
Nam iesus est clemēs pius ꝛ miserator vbiq̄ź.

Diuinum auxilium mittit ab arce bonis,
In paradisiatico vos sctōs reddet olympo:
Et dabit imperium qđ sine fine manet.
Nunc igitur cupido dicetis corde disertus:
Hic predicator desideratus adest. E

H Unde desinit nobilissimi ciues mise
ricors deus noster pctōres ad peni-
tentiam inuitare. Ideo ipse inquit
Apoc. iij. Ego sto ad ostiū ⁊ pulso.
Clamat aūt qđ scriptū est Can. ij. c. di. Surge
⁊ ꝓpera amica mea sponsa mea ⁊ veni. ⁊ v.
eiusdem li. c. inquit. Aperi mihi soror mea. Ue-
rum qꝛ multi in peccatis obstinati nolūt dñm
deum suum in domum cordis sui intromittere
ideo ipse eos vocat vt ad eius conuiuiū in eter
num epulaturi accedant. vnde Luc. xiiij. a dño
nostro iesu xp̄o parabolice dictum est. Qđ qui
dam paterfamilias fecit cenam magnam ⁊ vo
cauit multos ⁊ misit seruos suos hora cene di
cere inuitatis. Ecce prandiū meū paraui: tauri
mei ⁊ altilia occisa sunt ⁊ parata sunt oīa. Illi
aūt ad cōuiuium pergere recusarunt. Quidā
enim ex eis dixit. Uillā emi ⁊ necesse habeo exi
re ⁊ videre illam: ⁊ alter dixit. Iuga boum emi
quinq̄ ⁊ eo ꝓbare illa: ⁊ alius dixit. Uxorem
duxi ⁊ ideo nō possum venire. Per illum aūt q̄
villam emit intelligitur superbus ẜm Aug. in
emptione enim ville notat̃ acquisitio dominij.
Qui enim villam emit hoībus appetit dñari
⁊ preesse qđ ex radice supbie ꝓcedit. Per illū
aūt qui quinq̄ iuga boum emit intelligit̃ aua
rus: vt ait Hugo car. sup Lu. qꝛ oēs sensus cor
poris occupat circa tp̄alia. Quinq̄ enī sensus
per q̄nq̄ bū iuga bouū itelligunt̃: qꝛ hoīes ad
terrena trahunt vt circa ea versentur sicut bo
ues terrā versantes. Itē sicut in iugo sunt bo-
ues cōbinati: ita vnusq̄sq̄ sensuum habet duo
membra officio suo deputata. Due enī sunt au
res: duo oculi: due nares: due man⁹. In gustu
etiam sunt duo instrumenta. s. lingua ⁊ palatū
siue duo labia. Per eum aūt qui vxorem duxit
intelligit̃ sicut ait Hugo vbi. s. ille qui dedit⁹
est voluptati carnali: qui nō pōt ire ad cenam
spūalium delitiarum. Istud enī cōuiuiū est su-
perne refectio patrie in qua totaliter satiabit̃
noster appetitus: iuxta illud ps̄. xvi. Satiabor
cū apparuerit gloria tua. Qđ quidē cōuiuium
amātibus se preparauit oīpotēs deus ab eter
no. Mat. xxv. Uenite ⁊c. Sequitur: possidete
paratū vobis regnū a ꝯstitutione mundi. Ad
has aūt celestes nuptias ⁊ ad hanc cenā agni
ꝓuidi: licꝫ oēs hoīes vocent̃. j. ad Timo. ij. vbi
dr̄. Deus vult oēs hoīes saluos fieri, ⁊ Mat.
xi. vbi xp̄s exclamat. Uenite ad me oēs qui la-
boratis ⁊ onerati estis ⁊ ego reficiā vos: tamē
multi sunt q̄ ire recusant. Aliqui enī exeunt ab
eternoꝝ cōtēplatione ⁊ a ꝓpria cōsideratione
vt videant villam ambitionis humane. Alij vero
a quinq̄ iugis boum. i. a quinq̄ sensibus cor-
poris trahuntur ad infernū per auaricias. Alij
aūt luxuriā sectantes nō possunt siue nolūt ad
istud cōuiuiū accedere. Et sic de alijs pctōrib⁹.
Unde ipse dñs noster conqueritur. Prouerb. j.
c. dicens. Uocaui ⁊ renuistis extendi man⁹ me-
as ⁊ non fuit qui aspiceret. Ideo ego quoq̄ in
interitu vestro ridebo ⁊ subsannabo vos cum
vobis quod timebatis aduenerit. Ex q̄bus con
cluditur veritas thematis nostri: scilꝫ. Multi
sunt vocati pauci vero electi. Super quibus ver
bis sermonē nostrū fundaturi: qꝛ sententia est
seuerini boetij in lib. diuisionum ꝙ omnis bo-
na diuisio debet esse bimembris vel reducibi-
lis ad bimembrem: ideo duas tm̄ consideratio
nes seu diuisiones huius prime predicationis
faciemus.

Prima dicetur causationis.
Secunda vero conditionis.

Pars prima huius sermonis de septē causis
inducentibus ad predicandum. D

q Uoad primā partē q̄ dr̄ causationis
qꝛ dicit vas electionis. Paulus ad
Ephe. v. Estote ergo imitatores dei
sicut filij charissimi. Ideo volens quā
tum humana permittit fragilitas me dño deo
nostro cōformare qui oēs ad penitentiā ⁊ salu
tem vocat. Ego quoq̄ hac solum de causa huc
accessi: vt vestrā quā summopere appeto salu-
tem ⁊ gloriā ꝓcurē: vosq̄ oēs in p̄senti ad pe-
nitentiam ⁊ in futuro ad eternā beatitudinem
quotidianis vociferationibus atq̄ salutarib⁹
eloquijs ꝓuocē. Cause aūt q̄bus tā preclarum
opus aggredior sunt septem. Prima dr̄ obliga
tionis. Scđa p̄ceptionis. Tertia cōicationis.
Quarta electionis. Quinta dilectionis. Sexta
meritatiōis. Septima ⁊ vltima dicatur fructi
ficationis. Fundamentum prime cause que dr̄
obligationis: ponit Arist. j. Poli. di. Debemus
semꝑ vti rebus ad id ꝓpter qđ date sunt a sa-
pientissimo datore. Patet hec regula. Nā si ali
quis dñs dat vni seruorum suorum decem du
catos vt expendat pro cōi vtilitate familie nō
licet sibi eos in propriā vtilitatē expendere ali
ter retinens peccat faciens contra dñi sui vo-
luntatē. Igitur ego cui dñs ex sua benignitate
aliqualem dedit gratiam predicandi: peccarē:
si eā vobis nō cōicarem: faciēs cōtra p̄ceptum

dn̄i. Mat. x. vbi inq̄t. Gratis accepistis: gratis date. Propterea dicit Aug. in lib. de doctrina xpiana. Quia deo accipit grām cōem ⁊ cōiter ceteris eaʒ nō prestat: nunq̄ eam possidet ſm voluntatē dantis. Teneor ergo vobis cōicare grās mihi a dn̄o pro vestra vtilitate ɔcessas: sicut scriptū est. xxv. q. j. c. Que ad perpetuam. ⁊ ex̄ de preben. c. Ratio nulla. Ideo dicit diuus Ambro. in sermone scōꝝ geruasij et ꝓthasij. In diuinis voluminib⁹ reus scribit̄: q nō studuerit dare gratis qd̄ ipē a deo gratis accepit Quicq̄d em̄ eccl'ie dn̄i ⁊ aīabus ꝓfuturuʒ erat subtraxisse arguit̄ q̄ noluerit tradere oībus qd̄ ipse celādū nō accepit. Cū q̄ ɔcordat seraphic⁹ doctor scūs Bon̄. in libello de triplici statu religiosoꝝ di. Reus furti apud deū cēset̄: qui ꝓximo gratis nō impendit qd̄ a deo gratis ipse accepit. Magna ḡ est culpa nō cōicare tpalia his qui indigent qn̄ quis pōt. xij. q. ij. c. Gloria epi. ⁊. lxxxvj. di. c. Nō satis. Multo aūt maius est peccatum non cōicare aīabus necessaria ad illarum vitā ⁊ salutē. Et ideo talis nō cōicans non tm̄ fur appellandus est: sicut scriptum est xlvij. di. c. Sicut hi. sed etiaʒ homicida merito debet nuncupari. ex̄ de homi. c. Sicut dignuʒ. §. Illi etiam. vbi dī. Qui potuit hoīem liberare a morte ⁊ nō liberauit eum occidit. Que verba intelliguntur taʒ de morte spirituali q̄ʒ corporali. Ad idem est tex. in. c. Prouidēdū. lxxxiij. di. ⁊ in. c. Pasce. dis. lxxxvj. Ideo dn̄s noster vt ostenderet obligationem quam habent predicatores ad cōicandum populis verbū dei ⁊ lucrandum eoꝝ aīas: posuit exemplū Mat. xxv. de illo seruo nequā qui cū accepisset vnum talentum a domino suo vt cuʒ ipso aliquid lucraretur abscondit illud in terram ⁊ nō fecit sicut preceperat sibi dn̄s: ⁊ ꝓpterea a dn̄o suo valde reprehensus est: ⁊ ab eo ablatum fuit sibi talētum. Deinde precepit dn̄s seruis suis di. Nūc inutilē seruum eijcite: ⁊ mittite in tenebras exteriores. Quia igitur scriptum est Lu. xij. Seruus sciens voluntatem dn̄i sui ⁊ nō faciēs: plagis vapulabit multis. Ideo cognoscens me obligatum ad ꝓcurādum vestram salutem: faciā qd̄ scriptuʒ est per similitudinē Lu. xxj. Ubi legitur q̄ multis phariseis diuitibus ponētib⁹ in gazophilatio templi. i. in arca multas pecunias: accessit postremo ⁊ quedam mulier paupercula que obtulit duo era minuta: que plus ceteris misisse a dn̄o cōmendatur: eo q̄ cū maiori charitate totum contulit qd̄ habebat. Sic ego pauperculus decreui aīas vestras deo nostro presentare: ⁊ in domo dei. i. i celesti patria mediantibus sermonibus huius quadragesime collocare. Et ex hac distributione panis celestis. s. verbi diuini benedictioneʒ dei mihi acquirere. Scriptū est nāq̄ȝ Prouer. xj. Qui absconderit frumentū maledicet̄ in populis. Bn̄dictio aūt erit sup̱ caput vendentiuʒ. Nolo em̄ q̄ diabolus mihi obijcere possit i morte dicēs illud Job. xxij. Aquā lasso nō dedisti: ⁊ esurienti subtraxisti panem. E

s Ecūda cā me ad p̄dicandū inducēs dr̄ p̄ceptiōis. Pr̄es etem̄ ⁊ rectores ordinis nr̄i ꝓpter singularē q̄ vobis afficiunt̄ dilectionē: supplicationibus vr̄is inclinati me ad hanc celeberrimā destinarūt ciuitatē: vt desiderijs vr̄is satisfaciēs sicut nos corporalibus cibis reficitis: ita ego dulcissimis atq̄ȝ delicatissimis verbi dei epulis vos satiē. Qr̄ igit̄ melius est obedire q̄ȝ sacrificare. viij. q. j. c. Sciēdū. Et hystorice habet̄. j. Reg. xv. c. Magnaq̄ȝ virtus est obedientia. vt inquit glo. i. l. Desertorē. §. in bello. in verbo. bn̄ gesserit. ff. de re mili. vn̄ immēsa a deo cōsequit̄ premia q̄ superioꝝ suoruʒ obtēperat volūtati. xciij. di. c. Qui suis. Iō imitatus dn̄m nostrū iesum xp̄m qui ꝑ nobis factus est obediens vsq̄ȝ ad mortē. Ad Phil. ij. veni ad vos alacri aīo in scte obediētie ɔfidēs virtute q̄ de nr̄a predicatione eritis cōsolati. Ad hanc etenim indytā vrbē p̄dicaturus aduenī: nō tm̄ ex superioꝝ meoꝝ obedientia: sʒ etiā ex dei preceptiōe. Ipse em̄ clemētissimus dn̄s noster qui vult oēs hoīes ad agnitionē veritatis venire. j. ad Tim̄. ij. misit me ad vos. ⁊ illud Exod. iij. di. Uade ad filios isrl̄ ⁊ dices ad eos. Deus patrū nostroꝝ misit me ad vos vt educas vos de afflictione egypti in terram fluentē lacte ⁊ melle F

t Ertia cā me ad p̄dicādū inuitās dr̄ cōicationis. Fundamentū cuius ponit diuus Dionysius. iiij. c. de diuinis noīb⁹. dicens. Bonum naturaliter est suijpsius diffusiuum. ptʒ: qr̄ sol ideo bonus dicitur: qr̄ cōmunicat lucem suam. Quapropter auarus nō est bonus: qr̄ oīa bona sua sibi retinet: ⁊ nulli cōicat. In cuius ꝑsona dr̄ Ecc̄i. xj. Inueni mihi requiem: ⁊ nunc manducabo de bonis meis solus. hec ibi. Et sequit̄ de ipso auaro. Nescit qd̄ tempus pretereat illuʒ: ⁊ mors appropinquat: ⁊ relinquet oīa alijs ⁊ morietur. Nō fuit auteʒ talis Alexā. magnus qui nihil habere volebat qd̄ suis militibus diuidere non poterat. Unde etiam qn̄ sitis estuabat ardore nolebat bibere si potum socijs suis nō valebat communicare. Quanto magis ergo xp̄iani debēt participes

facere bonoꝝ suoꝝ ꝓximos suos indigẽtes et marie qñ sine suo detrimẽto possunt hoc agere. Qđ em̃ tibi non nocet ⁊ alteri ꝓdest est de facili cõcedendum. vt notaꝝ in. l. in summa. §. Itẽ varr⁹. ff. de aqua plu. ar. Ait em̃ phs. viij. Ethi. c. vij. Qz in cõicatione oīs amicitia est. Si igiꝝ quis habeat aliqđ bonũ ꝓ aliquo tẽpore nõ sibi sed ꝓrimo necessariũ ⁊ nõ cõicat peccat mortaliter cũ agat cõtra ius naturale. iuxta notata p Alexãdrum de ales in. iij. parte summe. in tractatu de legibus. Jđ dicit phs in libro de regimine pꝛincipũ. Opus est ad virtutẽ: vt hõ qui est aial sociale: socios faciat amicos in bonis suis qui eisdẽ bonis indigent. Et idẽ in substãtia dicit Tullius in. ij. de officijs. Qđ igiꝝ pꝛecipit aplš Petrus pꝛime canonice sue. iiij. c. dicẽs. Sicut accepistis gratiã in alterutrũ illã administrãtes: sicut boni dispẽsatores multiformis gratie dei. Jccirco ego vobis in hac sacra quadragesima cõicare intẽdo thesauros inestimabiles diuine sapiẽtie quos mihi donauit altissimus. B

q Uarta ratio ꝓpter quã vobis predicare dispono dr̃ electionis. Fundamentum cuius ponit Phs. iij. Topi. dicẽs. Maius bonũ semp magis est eligibile minori bono: et plura bona paucioꝛibus bonis naturaliter sunt pꝛeeligenda. Quo pꝛesupposito certum est ꝙ bonũ cõe ⁊ multoꝝ est maius bono puuato ⁊ singulari. dicẽte Pho. j. Ethi. Bonũ quãto cõmunius tãto melius ⁊ diuini⁹: ergo dimissa ꝓpꝛia vtilitate ⁊ particularib⁹ studijs: intendo cõi vtilitati vestre deseruire. Ait dñs Plato in thimeo. Tãto qs deo est similioꝛ quãto in bonis suis est cõioꝛ ⁊ vniuersalioꝛ. et Phs. v. Ethi. dicit. Optimus est ill⁹ qui nõ solum vtitur virtute ad semetipsum: sed etiã ad alios. Et in. x. eiusdem libri inquit. Bonũ omne cũ altero bono est eligibilius ꝙ solitarius. Et in. ij. Poli. ait. Amicis pluribus auxiliari: ⁊ optimũ ⁊ delectabilissimũ est. Et in. iij. eiusdẽ lib. idem appꝛobat dicens. Quicũꝗ politice intendunt vtilitatem cõem recte iusti sunt. Quicũꝗ aũt intẽdunt simpliciter pꝛopꝛiã vtilitatẽ vitiosi sunt. hec ille. Et idẽ inquit Tullius in sentẽtia libꝛo. iij. de officijs. et Seneca ad Lucillũ epl̃a. xxxiiij. Pꝛopterea scriptuz est viij. q. j. c. dilectissimi. ꝙ nullus debet inspicere ꝓpꝛiã vtilitatẽ sed cõem. ⁊ idẽ habeꝝ. viij. distin. c. differt. ⁊. vij. q. j. c. scias. ⁊ ex̃ de elec. c. vbi periculũ. §. ceterũ. li. vj. ⁊ in. c. bone memorie. el. j. ex̃ de postu. pꝛela. Jđ dicit Innocẽtius iij. ex̃ de regu. c. licet quibusdã. Sicut maius bonum minoꝛi bono pꝛeponitur: ita cõis vtilitas speciali vtilitati pꝛoferenda est: et iđ recte pꝛeponiꝝ doctrina silentio. hec ille. Ex quibus oībus decreui postposita ꝓpꝛia consolatione ⁊ particulari vtilitate cũ omni sollicitudine ⁊ diligẽtia multisꝗ sudoꝛibus aiarum vestrarũ salutẽ in hac sancta quadragesima procurare ⁊ facere officium Marthe: licz mihi esset iocũdioꝛ operatio Magdalene: idest vita contemplatiua ꝙ actiua. D

q Uinta ratio me ad pꝛedicandũ pꝛomouens dr̃ dilectionis. Fundamẽtum cuius ponit Phs. ix. Ethi. dicens. Amicabilia que sunt ad seipsuz fiũt naturaliter amicabilia ad alterũ. Et in. viij. li. eiusdẽ operis. ⁊ ij. Poli. idem ait. Amicoꝝ naturaliter omnia debent esse cõmunia. ⁊ in. ix. Ethi. dicit. Amicus se debet habere ad amicũ sicut ad seipsum qm̃ amicus est alter ipse. Tullius ꝗz in libꝛo de amicitia sic dicit. Est autem amicitia nihil aliud nisi omniũ diuinarũ humanarũꝗ rerũ cũ beniuolẽtia ⁊ charitate consensio. hec ille. Ex quibus patet an sint in charitate illi qui nolũt que habẽt saluti animarũ pꝛoficua scripta alijs cõmunicare nec ab alijs cõmunicari affectant. Pꝛopterea ego qui marimo vobis amoꝛe cõiunctus sum charitate me ducẽte ad vos perueni: vt ostendã vobis immẽsam erga vos meã dilectionẽ atꝗ desideriũ: ac vos vna mecũ ad celestia regna perducã. Possum enim nõ immerito dicere illud Pauli ad Phil. j. Testis est mihi deus: qũo vos oẽs cupiam in visceribus iesu chꝛisti. E

s Erta causa quare hoc onus pꝛedicationis assumpsi dr̃ meritationis. Nullum em̃ inter oīa bona opera offerri potest sacrificiũ deo magis gratũ: atꝗ nobis meritoꝛiũ in hac vita: ꝙ̃ salus aiarum: vt inqt Grego. sup Ezechielẽ: qđ etiam cõfirmat glosa sup illud Johãnis. ij. Zelus domus tue comedit me dicẽs. Nullum opus ⁊ sacrificium deo pꝛeciosius offerri vnꝗ̃ potest salute animarũ pꝛo quibus et ipse dei filius moꝛi dignatus est. Cũ igitur salus animarũ potissime acquiratur per doctrinã euangelicã ⁊ pꝛedicationẽ: vt patet in. c. inter cetera. de offi. iudi. oꝛdi. Jđ vt hoc sacrificium deo offerre possim: et tanti meriti particeps fiam: ⁊ ad celum cum magna gloꝛia peruenire queam: intendo vobis euangelisare atꝗ ostendere in hac futura quadragesima omnia illa que vobis necessaria sunt ad salutẽ. Scriptũ est em̃ Dani. xij. Qui docti fuerint fulgebũt sicut splendoꝛ firmamẽti:

et qui ad iusticiā erudiūt multos quasi stelle in perpetuas eternitates. hec ibi. Et ideo quanto maiorē habebo cōcursum auditorū: tanto de pluribus eruditis maiorē gloriam me reporta turum gaudebo. Dicit enim dñs Matthei. v. Qui fecerit et docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorū. Predicatores nāq qui ex charitate euangelizant vltra maximum premium essentiale habebunt: etiā aureolā particularē que erit corona gloriosa sue doctrine. De qua tāgit apls. i. ad Thes. ij. dicens. Que est mihi misericordia: spes aut gaudium: aut coronam glorie. Nōne vos ante dñm. Propter auditorū tā tepiditatem vel negligentiā nō perdet predicator mercedem suā. Unde Hieronymus ad Palmachium et occeanum scribit dicens. Qui ethiopem inuitat ad balnea: et si nigredinē ei non auferat: nec in illius candore gaudeat: certe vel in suo lucro letatur dū ab eo pecuniam accipit. Et ita sine dubio inobedientē qui diuinis sermonibus admonet quis refragrantis peccata nō tollat mercede de ministerio vere charitatis acquirit. et Augustinus libro. i. contra criscḥonū grammaticū ait. Si cui diligentia mediante impensa non prodest: sufficit ad rationē deo reddendā q nō cessauit impēdi. Sicut em̄ malignus suasor peccati etiam si non persuaserit merito penā deceptoris incurret. Ita fidelis iusticie predicator etiam si ab hominibus respuatur: absit vt apud deum sui officij mercede fraudetur. Res em̄ incerta fit ad certum: incertū enim nobis est: vtrum assensurus sit cui veritas predicatur. Sed certū est fideliter eam predicante dignam retributionem manere: siue suscipiatur siue spernatur: siue etiā pp̄terea quelibet tēporaliter aduersa patiātur. hec ille.

8 Eptima et vltima causa quare vobis libēter predico ē fructificationis. Recordor enim cuiusdā sentētie quā ponit Martialis poeta libro. i. epigrāmatum dicēs

Insteriles campos nolunt iuga ferre iuuenci.
Pingue solum lassat sed iuuat ipse labor.

Sic etenim faciūt predicatores qui populis deuotione aridis nolunt diuini verbi semina tradere: q: ipse dñs inqt Mat. vij. Nolite sanctū dare canibus. Ecōtrario aūt libēter verbū dei in illis populis dissemināt in quibus propter eorū deuotionē fructū reportare maximū sperant. Et hoc est qd̄ dicit autor libri qui dicitur Pamphilus. c. xlij. Quis nisi mentis inops sua semina mādat arene. Cum mercede labor gratior esse solet. Eapropter Ouidius in eplis epla. v. ait. Quid facis oenone: quid semina mandis arene: Non profecturis littora bobus aras. Idcirco qñ aliqs predicator multis laboribus atq sudoribus populo predicauit. Seqz nullum fructū in eo fecisse cognoscat: deficiunt ei vires: animusq torpescit: amplius ad illum populū causa predicationis redeūdi: iuxta illud Juuenalis libro. iij. satyra. i. Penituit multos vane sterilisq cathedre. Similiter quādo ab illo populo nō diligitur nō libenter ei predicat. Dicit em̄ Grego. in pastorali. c. ij. Difficile est vt quātumlibet recta denunciens predicatio eius qui non diligitur libenter audiatur et Seneca declamationum seu ciuilium causarum libro. x. et finali. in proemio inquit. Magna debet esse eloquentia que inuitis placeat Quādo aūt aliquis predicator aliquo in loco predicauit in quo gratus atq fertilis fuit: profecto ad populū illū libenter reuertitur. Idcirco ego qui in hac nobili vrbe vobis cum maxima vestri dilectione erga me: ingentiq fructu alias predicaui. Nūc quoq libētissime aduenī. Spero etenī deo dante q si in alia quadragesima fructum trigesimum vel sexagesimum de vobis attuli modo absq dubio centuplum reportabo. Ad hanc autē spem me inducit concursus vester ad predicationem. Per quem cognoscere possum q me libenter auditis. Ait em̄ Chrysosto. super Matth. Signum studio si agricole est messis fecunda. Signū boni negociatoris est techa referta. Signum ẜo gratiosi predicatoris est ecclesia plena hominib⁹. Qui quidem concursus adiuuat predicatorem. Nam inquit Tullius in. ij. de oratore. Quemadmodum tibicine siue tibijs canere: sic et orator sine multitudine audiente eloquēs esse nō potest. Et ideo dicitur Eccl. xxxij. Ubi auditus nō est nen effundas sermonem. Nec valet obiectio si quis dicat q Christus predicauit soli samaritane: vt patet Johannis. iiij. Quia respōdetur q ipse dominus Jesus deus homo erat doctor non tantū hominū sed etiā angelorum. Unde licz ibi adesset solum vna mulier tamen ibi erant innumerabiles angeli eum comitantes sicut dominū et deum suum. iuxta illud Danielis. vij. Milia milium ministrabant ei: et decies centena milia assistebant ei. Item xp̄s predicauit ipsi samaritane de rebus particulariter ad eam pertinentibus dicens ei. Quinq viros habuisti et hūc quem habes nō est vir tuus. Et multa alia ad ipsam solā pertinentia illi dixit: licz non sint in euangelio scripta. Qd̄ probatur per hoc q ibidez dicitur q

ipsa samaritana ingressa vrbē dixit hoibus illi
us ciuitatis. Uenite ꝛ videte hoiem qui dixit
mihi oia q̄cūqꝫ feci. Predicatores aūt cōiter p̄
dicant de rebus que generaliter ad oēs perti-
nent. Et ideo qꝺ oēs tangit: vellent ab oibus
audiri. Ad quam facit. c. qꝺ oēs. de reg. iur. li.
vj. Predicatores ergo qui sunt duces verbi le-
tantur de cōcursu populi ad predicationē per
hoc agnoscētes se esse gratos. Et ecōtrario tri
stantur de paucitate audientie: timētes ne po
pulo illi cui predicant nō sint grati. Uñ eis de
ficiūt vires: ꝛ videt eis in ventū v̄ba pferre: vt
enim inquit Salo. Prouer. xiiij. In multitudi
ne populi dignitas regis: ꝛ i paucitate plebis
ignominia principis. Quia igitur libenter ad
predicationes nostras cōuenitis: ex hoc agno-
sco ꝙ me affectuose ꝛ cordialiter amatis ꝛ gra
tiose doctrinam nostraꝫ suscipitis: ꝛ pñr ꝙ de
ea multum pficietis. Ad hoc etiam sperandū
inducor per illud qꝺ ponit phs. ij. de aia dicēs
Molles carne aptos mente dicimus. Et ratio
est: qr vt inquit autor. vj. principiorum. Anima
cōiuncta corpori imitatur passiones corporis.
Igitur si quanto quis est nobilioris cōplexio-
nis ꝛ sanguinis magis habet nobile ingeniuꝫ
ad omnem doctrinam suscipiendā. Sicut quā
to, cera est magis tenera: melius recipit inpres-
sionem sigilli. Uos qui estis generosi progenie
ꝛ nobilissimi sanguinis: pfecto faciliter ꝛ fru-
ctuose suscipietis doctrinam predicationis no
stre. In hac enim patria genitā viri q̄ꝫ mulie-
res sunt dulcissimi sanguinis. Ad hoc etiā spe-
randum me inducit loci cōgruitas. Nam vt di
citur. iiij. de celo ꝛ mundo. Locus est conserua
tiuus: nutritiuus: ꝛ generatiuus locati: idest
aptus conseruationi: nutritioni: ꝛ generationi
eius. Unus enim locus est magis aptus gene-
rationi vnius arboris vel fructus q̄ꝫ alius. Si
cut in loco calido bene fructificant ac cōseruā
tur cedri ac oliue. Salices v̄o in humido. Iste
ergo locus cum sit capacissimus ꝛ aptissimus
ad predicanduꝫ: ꝛ ciuitas populosa ac magna
me traxit ad veniendum. Et vos similiter tra-
here debet ad audiendum huius loci commo-
ditas. Insuper ꝛ temporis congruitas. Tem-
pus nāqꝫ quadragesimale habet in se quandā
naturalem bonitatem: quia in eo nō regnat ca
lor neqꝫ frigus: sed aeris temperies. Unde in h̄
sacro tempore omnia animalia videntur inci-
tari ad laudem creatoris. Et ideo ecclesia canit
ei dicens. Dies venit dies tua: in qua reflorent
omnia letemur in hac vt tue per hanc reducti
gratie, Et posito ꝙ esset frigus aut calor: non
deberetis propter hoc dimittere predicationē.
Sicut propter frigus vel calorem non dimitti
tis corporalem refectioneꝫ. Hoc quoqꝫ tēpus
habet bonitatem spiritualem. Nam represen-
tat quadragesimam saluatoris: de qua habet
Mat. iiij. Et ideo ait apostolus. ij. ad Cor. vj.
Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies
salutis. Et iterum. Hortamur vos ne in vacu-
um gratiam dei recipiatis. Ait enim. Tempore
accepto exaudiui te ꝛ in die salutis adiuui te. ꝛ
Psalmo. lviij. inquit David. Tempus benepla
citi deus. ꝛ Psal. cj. Tempus miserendi eius:
quia venit tempus. Hoc est tempus miseratio
nis domini Judith. viij. Hoc est illud saluber-
rimum tempus de quo inquit sponsa Cantico
rum. ij. ꝙ sponsus celestis eam mutat dicens.
Surge propera amica mea ꝛ veni: iam enim
hyems transijt: ymber abijt ꝛ recessit: scilꝫ car
nispriuij. Tempus putationis aduenit: scilicꝫ
quadragesime in quo amputari debent pecca-
ta per confessionem. Uenias ergo popule mi
ad predicationem nostram in hac sancta qua-
dragesima si vis bene confiteri: ꝛ de peccatis
tuis penitentiam agere animamqꝫ tuam sal-
uare concupiscis. Uolo enim talem doctrinaꝫ
tradere circa confessiones: ꝙ si quis per centū
annos stetisset sine confessione omnia sua pec-
cata ad memoriam reducit: ꝛ de ipsis bene et
integre confitebitur. Hanc etiam fidem ꝛ spem
habeo ꝙ de predicationibus nostris magnam
consolationem vtilitatemqꝫ reportabis. Dicit
enim dñs noster Mat. ꝛ Lu. xvij. predicatori-
bus. Qꝫ si habentes bonam fidem dixerint mō
ti ꝙ recedat a loco suo ꝛ pijciat se in mare: sta
tim obediet eis. Qua ex re ego firmiter credo
ꝙ per mandatum ac virtutem sancte predica-
tionis mons peccatorum vestrorum pijciet se
in mare amarissime cōtritionis ꝛ cōfessionis:
sic ꝙ in p̄senti pniam agentes ad vitaꝫ postre
mo peruenietis eternam.

Pars secunda huius sermonis de septē cō-
ditionibus quas in se cōtinere debet bona p̄-
dicatio. Z

q Uoad secundam partem nostri ser
monis que dicitur conditionis | di
co ꝙ predicatio predicatoris salu-
tem animarum querentis septē de-
bet habere optimas atqꝫ excellentissimas con
ditiones: quas sermo nr̄ habebit. Prima dicet
sublimitatis. Scđa claritatis. Tertia veritatꝫ.
Quarta medietatis. Quinta diuersitatis. Se
xta vigorositatis. Septima ꝛ vltima appella-
bitur conditio charitatis.

P Rime igit̄ cōditio optima ꝛ excellens quaȝ habebit nr̄a doctrina ē sublimitatis. Licȝ em̄ itellectus humanus sit quedā simplex ꝛ immixta potētia priuata ꝑ se simplr̄ oī forma veritatis: pōt tn̄ apprehēdere diuersas veritates tā nobiles ꝙ ignobiles: tā altas ꝙ infimas ꝛ viles. Dicit em̄ Arist. in. iij. de aīa. Intellectus est simplex naturalr̄ ꝛ immixtus ꝛ denudatus a formis materialibus: vt oīm formas possit intelligere. ꝛ ibidē dicit. Intellectus ante intelligere est tāꝙ tabula rasa in qua nihil est depictū: ꝛ pōt informari speciebus oīm sensibiliū. hec ille. Uerū q2 intellectus noster est nobilissimus magis appetit scire res excellentes ꝛ nobiles ꝙ infimas ꝛ viles vn̄ phs. xj. de aīalibus ait. Magis concupiscimus scire modicuȝ de rebus honorabilius licȝ nō probabiliter id sciamus ꝙ̄ scire multuȝ ꝛ ꝑ certitudinem de rebus minus nobilibus ꝛ vilibus. Idē q̄ȝ. xviij. eiusdē li. inquit. In rebus sublimibus si intellectus habeat mediocrē explanationē summe delectaf: etiā plus ꝙ̄ in oībus infimis. ꝛ in. ij. de celo ꝛ mundo idē dicit. Magis diligimus scire illa de q̄bus maximaȝ dubitationem per paruas ꝛ debiles rōnes habemus ꝙ notiora quedam per rōnes efficaciores. Et in eodē libro etiā inquit. Cū de corporibus celestibus questiones possint solui parua ꝛ topica solutione: contingit auditori vt vehemens fit gaudiū ꝛ delectatio eius. Et in. xj. de aīalibus idem cōfirmat di. Q̄uis paruū sit qḋ de superioribus substātijs accipimus: tn̄ illud modicū est magis amatum magisqȝ desiderantū ꝛ magis delectabile oī cognitione: ꝙ̄ de omnibus simul substātijs inferioribus habemus. Et hanc eandem sententiam per alia verba ponit idem phs. x. Ethi. ꝛ. xj. Meta. Propterea dicit beatus Tho. super. iij. de aīa. Ille intellectus qui plura itelligit nō est nobilior: sed qui nobiliora intelligit perfectior est. Arist. quoqȝ in lib. de secretis secretoꝝ ad Alexandrum ait. De rebus altissimis etiam parua ꝛ debili consideratione aliquid posse cōspicere iocūdissimū ꝛ delectabilissimum est. hec ille. Ex quibus omnibus concluditur: ꝙ intellectus noster nobilissimus magis eleuatur ꝛ inclinatur ꝛ ad virtutes prosequendas: ꝛ ad vitia detestanda ꝑ veritates altas profundas: excellentes: sublimes: atqȝ speculatiuas: ꝙ̄ per veritates infimas: viles: ignobiles: atqȝ communes. Sicut etiam oculus noster corporalis magis delectatur inspiciendo imagines pulchras ꝙ̄ defformes. Et quanto res que videtur est speciosi tāto ipsi oculo nostro est gratior. Et ideo vt vr̄os possim iocundare intellectus ꝛ ad bene operādum inuitare: intendo vobis tractare de rebus subtilibus excellētibus atqȝ dignissimis: maxime cum videam in vobis ꝙ̄plures hoīes doctissimos atqȝ in diuersis scientibus valde eruditos: quorum perspicacibus ingenijs subtilia multa ꝓpinabo: ita ꝙ mihi dicere poteritis illud Iob. vj. Uerba vite eterne habes.

S Ecunda conditio doctrine nostre dicit̄ claritatis. Ita enim subtilia pertractare intendo: ꝙ tn̄ tam clara explanatione omnia enodabo: vt quilibet etiam idiota et rudis me intelligere possit. Ait enim Tullius in rhetorica prima que ars vetus dicitur. Narratio est rerū gestarum clara expositio. Et in libro de oratore inquit. Narratio obscura totam obcecat orationem: erit aūt perspicua oratio si verbis vsitatis ꝛ claris fiat. ꝛ phs. vj. Topi. di. Oportet diffinientem ꝛ demōstrantem planissima interpretatione vti ꝛ nō obscura. ꝛ in. vj. Ethi. etiam inquit. Scientia est habitus cōclusionis demonstrate. ꝛ Salomon Prouer. xiiij. c. ait. Doctrina prudentum facilis. vbi Aug. dicit. Nihil prodest clauis aurea si aperire quod volumus nō potest. Idem quoqȝ Aug. in lib. de doctrina christiana ait. Quod eloquens in verbis suis agere debet vt veritas pateat placeat ꝛ moueat. Et ideo vt veritas pateat debet loqui clare ꝛ aperte: vt autem placeat debet loqui composite ꝛ ornate: vt vō moueat debet loqui feruenter ꝛ deuote. De illo autem qui loquitur obscure ꝛ icomposite dici potest illud Iob iij. Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis. Magnum ergo in predicatore est vitiuȝ tam obscure loqui vt intelligi nō possit. Ait enim commen. super. j. Icono. Quod non cognoscit quis non mouebit eum ad timēdum vel amanduȝ. ꝛ phs. j. de generatiōe ait. Quod non est cognitum non est diligibile. ꝛ in iij. de aīa inquit. Uoluntas nō fertur nisi in ꝑcognitum. ꝛ. xij. Meta. dicit. Appetimus simpliciter quod bonum esse conspicimus. ꝛ in li. de regimine principum ait. Amor sequitur cognitionem. Propterea Scotus doctor subtilis super. j. sen. dist. xij. ait. Nulla bonitas amatur nisi cognita. ꝛ Aug. in. j. de trinitate idem cōfirmat dicens. Inuisibilia diligere possimus: incognita nequaqꝫ. Et in. x. de trini. c. j. idē inquit. Firmissime nouimus nō nisi nota amari posse ex quibus omnibus concluditur ꝙ cuiuslibet predicatoris doctrina debet esse plana ꝛ clara: ita vt ab oībus intelligatur. Ideo dicit beatus

Tho. in.j. parte summe. Qz licitum est immo
bonū vti verbis metaphoricis ⁊ exemplis sen⸗
sibilibus ad sublimia rerum supernarum meli
us declaranda. Nō igitur volo esse sicut ille p̄⸗
dicator de quo refert sanctus Ber. in quodam
sermone: ꝙ cum predicaret in quodam castro
marchie anchonitane ad quosdam pauperes
idiotas ⁊ illitteratos predicauit eis veritates
altissimas de Astrologia ⁊ motu celorū: de an
gelis: de trinitate: ⁊ hmōi cū maxima profun
ditate sermonis ⁊ obscuritate. Et completo ser
mone illi homines rudes ⁊ bestiales dicebant
vnus ad alterum. O q̄ȝ mirabilis est iste predi
cator. Et dum vnus illorum obuiaret cuidā cō
patri suo dixit. O compater mi: fuisti hodie ad
sermonem? Qui respondit. Non. Cui ille dixit.
O pauper homo tu perdidisti nobiliorem ser⸗
monem q̄ vnq̄ȝ audieris. Qui cum diceret. Et
quid ille predicator dixit? Respondit. In veri⸗
tate predicauit ita alte ⁊ subtiliter ꝙ nihil itel
lexi: sed certe nullus vnq̄ȝ dixit ita bn̄. Qui di⸗
xit ei. O stulte quō predicauit bene si nihil in
tellexisti. Cum igitur sit preceptum sapientissi
mi imperatoris in. l. fi. §. Sed cū antiquitas.
C. de curato. furi. ꝙ omnis obscuritas est vitā
da. Ideo intendo seruare doctrinam Gualfre⸗
di qui in poetria sua. c. liij. inquit. Cum doceas
artes sit sermo domesticus arti. Quelibet ars
gaudet proprijs sed sint tua verba. Limitibus
contenta suis cum veneris extra. Per cōmune
forum placeat cōibus vti. Ideo dicit Aristo. j.
Jcono. Exemplis vtimur in docendo vt facili
us intelligatur qō dicitur. Et in. j. priorū ait.
Exempla aliquādo ponimus nō ꝙ ita res sint
sed vt melius intelligant qui addiscunt. hec il
le. Cuius doctrinā ego imitatus res difficiles
per exempla materialia rerum visibilium cla⸗
rissime explicabo. Ait enim imperator institu.
de gradibus. §. fi. Ueritas magis occulta fide
q̄ȝ per aures animis hoīm īfigitur. ⁊ Hora. in
poetria inquit. Segnius irritant animos de⸗
missa per aures. Quā q̄ sunt oculis subiecta fi
delibus. Ex quibus oībus cōcluditur ꝙ nostra
predicatio vtilis ⁊ fructuosa erit clarissima ⁊ a
quolibet intelligibilis seruans illud Tullij in
ij. de oratore qui ait. Is est eloquens qui ⁊ hu⸗
milia subtiliter ⁊ alta grauiter ⁊ mediocria tē
perate insinuat. N

t Ertia cōditio predicationis nostre di⸗
citur veritatis ⁊ vtilitatis. Nihil enim
in sermonibus nostris nisi verū atq̄ȝ
vtile dicere intendo dimissis oībus mendacijs

Ait em̄ Arist. j. Elē. Sapienti opus est in vna⸗
quaq̄ȝ re non mentiri: nunq̄ȝ aūt licet predica⸗
tori dicere falsitatem: etiā propter cultum xp̄i
ampliandum. xxij. q. ij. c. Primū. Et licꝫ verum
sit qō inquit Teren. in andria. j. ꝙ obsequium
amicos veritas odium parit. Et licꝫ contingat
de veritate qō contingit de luce odore ⁊ sapo⸗
re. Lux enim est amabilis oculis puris: sed ha⸗
bentibus oculos lippos est odibilis. vnde Au⸗
gu. ait. Oculis egris odiosa lux est: que puris
est amabilis. Odor etiā est homini gratus: qm̄
eum recreat ⁊ confortat: sed odiosus est serpen
ti: qr ipsum occidit ⁊ fugat. Item panis pala⸗
to sano est sapidus qui palato infirmo est insi
pidus ⁊ penosus. vnde Aug. īquit. Palato nō
sano pena est panis qui sano est suauis. Et si⸗
militer licꝫ veritas displiceat malignis ⁊ ꝑter
uis atq̄ȝ peccatoribus obstinatis: tamen nul⸗
latenus tacere intendo ipsam veritatē in his
que animabꝰ vestris salutaria atq̄ȝ necessaria
videbuntur. Seruans tamen illud Hiero. ad
Nepotianum qui inquit. Neminem specialiter
sermo meꝰ pulsauit: generaliter de vitijs dispu
tatio est. Qui igitur mihi irasci voluerit prius
ipse de se ꝙ talis sit confitebitur. hec ille. Cui
concordat moralis Cato dicens. Conscius ipse
sibi de se putat omnia dici. Omissis etiā fabu
lis ridiculis que magis ad hystrionis q̄ȝ predi
catoris spectant officium: iuxta illam Horatij
sententiam in quadam epistola ad cesarē. Tra
ctāt fabulia fabri: de rebus deuotis atq̄ȝ ad sa
lutem conferentibus habeo sermonem: adim⸗
plens seraphici patris mei Francisci exhorta⸗
tionem in regule sue. c. ix. vbi de p̄dicatoribus
loquens ait. Sint examinata ⁊ casta eorū elo
quia ad vtilitatem ⁊ edificationem populi. Et
illud quod hortatur beatus Bernardus ī qua
dam epistola que incipit. Si plene vis assequi
quod intēdis. vbi inquit. Uerba tua sint vera
ponderosa ⁊ de deo: vt em̄ dr̄ in. c. sane. xlv. di.
Ille doctor appellatur ꝑcussor qui inutili ser⸗
mone ꝯsciam percurrit infirmoꝝ. O

q Uarta conditio quam habebit nostra
doctrina dicitur medietatis. Uolo em̄
sequi illud vulgare prouerbiū quo di
citur. Quod in omnibus media via sequenda
est. Sicut notatur in. l. antiqui. ff. Si pars he⸗
reō. pe. ⁊ in. l. si quis argētum. §. ij. C. de dona.
⁊ in. §. sed cū libertas. Insti. ex qui. cau. manu
mittere non licet. Unde dicitur. Mediū tenue⸗
re beati. Quod Prouerbium allegat glosa in
auf. de consu. §. j, in verbo medium, Et ideo no

lo esse nimis longus neque nimis brevis in sermonibus nostris: qui inquit Philosophus. vi. Politicorum. Omnis excessus vel defectus vel nocet vel non proficit. et in. ii. sue poetrie idem inquit. Omnis sermo si brevior sit quam oporteat obscurat intellectum: si longior difficilis erit retentionis et obliviones inducet. In. ii. quoque Ethicorum ait. In omnibus medietas est laudanda: extrema autem vituperabilia sunt. Tullius etiam in primo de officiis dicit. In plerisque rebus mediocritas optima est. Ex quibus concludit beatus Gregorius super Ezechielem dicens. Pauca loquenda sunt et fortassis hec utilius proderunt: quia sepe alimenta que minus sufficiunt avidius sumuntur. Si autem ei qui multa ferre non valet verbum exhortationis longius trahimus: auditorem nostrum ad fastidium ducimus. hec ille. Cum igitur dicat Aristo. ii. Ethicorum. quod in medio consistit virtus. Ideo reprehensibile est si predicator vel nimis brevis sit: vel nimia verbositate sermonem protrahat in longum: et de hoc potest etiam exemplum dari naturale quod colligitur ab Aristo. ii. Ethicorum ubi inquit. Ex abundantia cibi et potus seu defectus corrumpit fortitudinem sui organi. Ergo a simili: si doctrina seu predicatio habeat defectum brevitatis seu abundantiam nimie prolixitatis utique intellectivam potentiam alterabit. Qua ex re dicit ipse Aristoteles in. iiii. Politicorum. quod medium semper est optimum. Ideo dicitur Proverbiorum. xxv. c. Mel invenisti comede quantum sufficit tibi: ne forte satiatus evomas illud. Ex quo datur intelligi quod quantumcunque predicatio sit pulchra si nimis fuerit prolixa redditur nociva et vitiosa. Quia dicit Martialis cocus libro. Undique suscepto. c. iii. Virtus absque modo nomen habet vitii. Et Seneca in libro tragediarum in hercule theo. c. vi. inquit. Quisquis medium defugit iter. Stabili nunquam tramite currit. Qua ex re dicit Maximianus poeta. Maior enim mediis gratia rebus inest. et Ovidius. xi. Metamorpho. dicit. Medio tutissimus ibis. et Gualfredus in poetria. c. xxxi. inquit. In omnibus una est virtus servare modum. Verum enim est illud quod vulgariter dicitur. Omne quod est nimium vertitur in vitium. Et ideo inquit Horatius in sermonibus sermone primo. Est modus in reb⁹ sunt certi denique fines. Quos ultra citraque nequit consistere rectum. Et ideo inquit Imperator in auf. ut determinatus sit numerus clericorum: circa principium, Pene nihil immensum bonum est. Et Terentius in andria ait. Id arbitror in vita apprime esse utile ut ne quid nimis. Si igitur debeo errare in aliquo extremo: non: quia ut dicit Aristoteles. ii. Ethicorum. Difficile est medium servare: potius volo errare in nimia brevitate quam in nimia prolixitate. Gaudent enim brevitate moderni: ut notatur in. l. i. ff. Quod metus causa. et in. l. Ampliorem. §. in refutatoriis. C. de appel. et in l. fi. C. de precibus imperatori offerendis. Unde ait autor libri qui dicitur Facetus. c. ii. Pauca loqui studeat qui vult urbanus haberi. et Isido. soliloquiorum lib. ii. c. xxxi. inquit. Sint verba tua pauca: tolle verbositatem sermonis superflui: multiloquium enim non effugiet culpam: sapiens enim paucis utitur verbis. Hora. quoque in poetria inquit. Quicquid precipies esto brevis: ut cito dicta. Percipiant animi dociles teneantque fideles. Omne supervacuum pleno de pectore manat. Iustinianus quoque imperator in. l. ii. §. Sed et aliquid. C. de vete. iur. enucle. inquit. Multo utilius est pauca idonee effundere quam multis inutilibus homines pregravare. Quidam etiam poeta qui dicitur Rich. in lib. de nuptiis. c. i. inquit. Sermo brevis longo gratior esse solet. et Iaco. beneventanus sui i li. c. lvii. ait. Invidiam generat et longus tedia sermo. Et ideo ne ex nimia prolixitate fastidium vobis inducam quantum potero brevitati intendam. Utile enim est homini semper a prandio vel cena discedere cum aliquali appetitu. Et non usque ad os se ingurgitare. Et ideo semper vos post predicationem que est cibus spiritualis anime: dimittam cum siti et desiderio etiam audiendi ut magis sermo noster proficiat. Licet autem pro explendis tractatibus de quibus agetur longos in scriptis faciam sermones: ut ex copiositate allegationum possit unusquisque predicator accipere quod ei magis placet aut convenit intelligentie sue. Tamen vobis in predicatione solum dicam eorum flores vel unum sermonem. Et quandoque unam unius sermonis partem in plures dividam predicationes. Nolo enim esse sicut ille orator cui cum propter dicendi prolixitatem nollet papa dare audientiam. Semel tandem promittens se breviter expedire habita licentia loquendi dixit pape. Nolite timere sanctissime pater quod velim esse prolixus Volo enim probare nonaginta rationibus quod debo esse brevis. ¶

q Uinta conditio quam habebit nostra doctrina dicitur diversitatis. Non enim semper de eodem predi-

cabo sed de diuersis ⁊ varijs reb⁹. Ait em̄ Bernar. in apologia sua. Similitudo rerū aliqñ molestat: varietas ꝟo fastidiū tollit. ⁊ Cassiodor⁹ lib. vij. eplarū inqt. Nemo dubitat homines suauiter ex varietate recreari. Qz in continuatione magnū cōstat esse fastidiū. Dulcedo mellis si assidue assumat̄ oibus perhorrescit. Tullius q̄z in. j. lib. veteris rhetorice dicit. Variare orationem magnopere oportebit. Ait enim Phs. xij. Meta. Diuersitas specierū est ad decorē ⁊ perfectionē totius vniuersi. Et iō reprehendēdi sunt quidā qui dicūt ꝙ in predicatione nō sunt allegāde leges ciuiles aut dicta paganorum. Sed tales cōiter sunt ignorantes. Qz sciētia nō habet inimicū nisi ignorantem. Et iō in alijs reprehendūt qd̄ ipsi allegare nesciunt. Cōtra ipsos aūt est sentētia Augusti. in lib. ij. de doctrina xp̄iana: vbi ait. Si qua vera dixerūt phi et pagani: ab eis sunt tanꝙ̄ ab iniustis possessoribus in vsum nostrum vendicāda. Vn̄ Hiero. vsus est autoritate Galieni et Ypocratis in. c. ne tales. de cōse. dist. v. ⁊ in. c. qui de mēsa. xxxvij. dist. ait idē Hiero. ꝙ Daniel ⁊ alij sancti socij eius non didicissent doctrinā babyloniorꝝ si sciuissent esse peccatum. Et subdit. Discūt aūt non vt sequātur: sed vt iudicēt atqꝫ conuincāt. Quo si quispiā aduersus mathematicos velit scribere: imperit⁹ matheseos risui patet: ⁊ aduersus phos disputat si ignorat dogmata phorꝝ. Et ibidē. Discimus vt probemus ea que a sanctis prophetis ante secula multa predicta sunt tam grecorꝝ ꝙ̄ latinorū ⁊ aliorꝝ gentiliū litteris cōtineri. hec ille.

Bonum est ergo ad defensionē fidei catholice et cōmendationē virtutū ac reprobationē viciorum adducere dicta gētilium: sicut facit sepe Augusti. in libris de ciui. dei. Et sic erepto mucrone de manu inimici cū ipso eam ferire sicut fecit Dauid qui occidit Goliath ⁊ Philisteum suo proprio gladio: vt habet̄. j. Regum xvij. Et suis proprijs dictis et allegationibus confutare aduersarios ecclesie catholice: sicut solent facere prudentes aduocati qui assumūt ad sui defensionē ea que in oppositum a parte contraria fuerunt adducta. Preterea quis est qui abijciat serica pro eo ꝙ a vermibus sunt facta. Et quis proijcit aurum ⁊ argentum pro eo ꝙ ex fece terre sit generatum. Et similiter nec nos debemus reijcere vera dicta paganorꝝ: lꝫ eorꝝ detestemur cōsortium. Qua ex re in. §. sed ecōtra. ⁊ in. c. turbat. cum tribus capitulis sequētibus. xxxvij. dist. probat magister Gratianus multis sanctorū autoritatibus licitū esse ⁊ vtile: habere noticiam scientiarū paganorū quando acquiritur bono respectu. De scientia autē legali habetur in. c. ij. x. dist. vbi dicitur. Imperatorum leges quibus sepe ecclesia vtitur contra hereticos: sepe contra tyrānos atqꝫ cōtra prauos quosqꝫ defenditur: nō dicimus esse renuendas. hec ibi. Licitum autē esse allegare versus poetarū patet in. l. j. ff. de contrahen. emptio. ⁊ facit. c. forus. de verbo. signi. Unde dicitur in dicto. c. turbat. ꝙ magister gentiū Paulus aliquos versus poetarū suis scriptis et dictis inseruit: vt patet. j. ad Corꝝ. xv. vbi posuit illud Terentij ⁊ Menādri poete. Corrumpūt bonos mores ⁊c̄. Et ad Titū. j. illud Epigmenidis poete. Cretenses semper mendaces: male bestie ventris pigri. Et contra Athenienses disputans Horatij poete testimonio vtitur Act. xvij. Hierony. quoqꝫ allegauit versus Vergilij: de cōse. dist. v. c. nunꝙ̄. ⁊ August. versus Lucani. xxvj. q. v. c. nec mirū. circa princi. ⁊ in sermone de innocentibus allegat illud carmen Iuuenalis. Crescit amor nūmi ⁊c̄. Et iurisconsultus versus Vergilij. ff. de rerum diui. l. in tantū. §. cenotaphium. Et imperator versus Homeri. institu. de emptio. et vendi. §. precium. Esset tamen vitiosum ⁊ valde reprehēsibile si quis predicator dimisso euāgelio et alijs sacris scripturis solum attenderet allegationibus paganorum. Et ita intelligitur illud qd̄ habetur in. c. sacerdotes. et. c. nonne. ⁊. c. vino. ⁊. c. omnē. ⁊. c. legimus. xxxvij. distin. quod videtur contradicere supradictis. Quapropter considerans ego ꝙ verum est illud qd̄ dicit Augustinus in lib. de natura demonum: scilꝫ ꝙ diabolus habet mille nocendi artes: et mille modis trahit homines ad peccatum: vt etiam notatur. xxvj. q. iij. c. sciendum. Arbitror ꝙ etiam nos predicatores laudabiliter faciemus si mille ingenijs trahere conemur homines ad predicationem qua mediante a vitijs retrahātur: et ad virtutes perducantur. Et ideo intendo allegationes facere non solum in scientia grammaticali: logica: rhetorica: poesi: philosophia naturali: et metaphysica: iure ciuili: et canonico: sed precipue in sacra theologia et scriptura sancta vt et deuotis satisfaciam: et curiosos hac laudabili cautela ad audiendum verbum dei inducam. Hoc enim non est ipsum dei verbū adulterare sed animas adiuuare: ⁊ ad conueniendū ad predicationē incitare. Sicut etiā facientes cōuiuia inter delicatas epulas apponunt delectabiles sapores vt conuiuantiū incitent

appetitū. Sunt eñ multi q̄ nō irēt ad predica
tionē nisi cā curiositatis: puta vt audiāt poeta
rū allegationes: seu phoꝝ: vel legū ciuiliū: aut
aliarū sciētiarū: q̄ tādē in p̄dicatione audiunt
aliquid qd̄ eos ad pniam conuertit. Et sic qui
prius ibāt propter curiositatē: postea accedūt
propter animarū suarū salutē. Sicut eñ vena
tores ostendunt volucribus aliquē cibum eis
gratum: ꝛ silr piscatores piscibus ꝛ sic cum la-
queo vel hamo eos capiūt vel cū aliqua dulci
modulatione faciūt venire sub breui. Ita pre-
dicatores sancti aīas hoīm deo capiunt: osten-
dendo eis in predicationibꝰ alicuius scientie
dulcedinem: ꝓpter quā eos illaqueāt vt tota
quadragesima ad p̄dicationē perseuerent. Et
iō vobis quotidie diuersarū scientiarū dicta
melliflua ꝓpinabo tanq̄ escas vobis gratissi
mas more boni venatoris ꝛ piscatoris. Predi-
catores eñ sunt piscatores: quia vno tractu re
this. i. predicationis: aliqñ magnā multitudi
nem hominū capiūt. i. cōuertūt: sicut in figurā
habetur Luc. v. ꝛ Johā. xxi. de aplis magnam
multitudinē piscīū vno tractu capiētibus. Di-
cūtur etiam venatores: q̄z feras. i. hoīes bestia
les venātur. Aliqñ tñ cum multis fatigationi
bus ꝛ clamoribus vix vnā ferā. i. aīam. conuer
tere possunt. Et silr piscatores aliquādo nihil
capiūt: qd̄ ꝓcedit vel ex causa sui vel ex causa
piscīū. Prima ex causa sui quādo piscātur in tē
pore nō debito. vnde dicebat Petrus Luce. v.
Preceptor per totā noctē laborātes nihil cepi-
mus. Illi aūt piscātur in nocte qui non habēt
lumē sacre scripture sed sunt in tenebris igno
rantie. Tales nāq̄z alios non conuertūt: sed in
errorem mittunt. De quibus dr̄. j. ad Timo. j.
Uolentes esse legis doctores non intelligen-
tes neq̄z que loquuntur neq̄z de quibus affir-
mant. Et Gilbertus. Ridiculosus: immo peri-
culosa res est speculator cecus: cursor claudus:
predo mutus: doctor inscius. Et ideo inquit
Grego. nazāzenus. Mundari prius oportet et
sic alios mundare: sapientem prius fieri et sic
alios facere sapiētes. Lumen effici ꝛ ita alios
illuminare. Scd̄o nihil capiūt ex suo defectu
qñ piscātur in loco nō apto in quo pisces non
morātur. Illi aūt piscantur in loco non apto
qui predicant de rebus vanis ꝛ fabulis ac de
terrenis in quibus nō fit fructus animarum.
Scriptū est eñ Hiere. iiij. Aspexi terram ꝛ ter
ra vacua erat ꝛ nihili. De tali aūt piscatore di
ci potest illud Abachuc. ij. Aggrauat cōtra se
densum lutum. Et ideo inquit saluator Luce
v. Duc in altum: et laxa rethia in capturam.
Ille aūt in altū laxat rethia in capturam qui
de celestibus et pertinētibus ad salutem pre-
dicat. Sed oportet q̄ seruet preceptū dñi Jo
hā. vlti. dicētis. Mittite in dexteram nauigij
rethe et inuenietis. Illi enim mittit rethe in
dexterā: qui ad honorē dei predicat ꝛ ꝓpter sa
lū animarū dicēs cum Petro Luce. v. Dñe in
verbo tuo relaxabo rethe. Ille ꝟo laxat rethe
in sinistram qui predicat ꝓpter vanam gloriā
vel auariciam. Tertio nihil capiunt piscatores
ex suo defectu: quādo piscātur cum instrumen
to non congruo: idest cum rethibus fractis.
Et ideo dr̄ Matth. iiij. q̄ apli Johānes ꝛ Ja-
cobus reficiebant rethia sua qñ vocauit eos si
cut vocauerat Petrū ꝛ Andreā fratrē eius di.
Uenite post me faciā vos fieri piscatores ho-
minū. Illi aūt rethia sua frangūt q̄ ea que ver
bo predicant male viuendo lacerant. De qui-
bus inquit Grego. Qd̄ verbis predicant mori-
bus impugnant. Illi ꝟo rethia reficiunt qui
vitā suam bonis actibus componunt. Et ideo
dicit Grego. Ad hoc vt seruetur veritas predi-
cādi: necesse est vt seruet̄ veritas bene viuēdi.
Secundo principaliter dico q̄ pisces non ca-
piuntur a piscatoribus ex causa ipsorū piscīū:
vel quādo sunt nimis parui ita de rethi pros-
liunt. Et isti sunt qui paruum cor habentes ti-
ment aggredi quodlibet arduum. De quibus
dicit ps̄. xiij. Trepidauerunt timore vbi non
erat timor: vel quando sunt nimis astuti: ꝛ ca
uent sibi a rethibus et ab hamo. Multi enim
ex quadam astutia diaboli vitant intrare pre-
dicationis rethia: timētes ne sua ibidem tan-
gātur vitia. Nā superbus nō vult audire ver-
ba humilitatis: nec luxuriosus verba castita-
tis: nec auarus verba liberalitatis. Sed quos
nō capit rethe p̄dicationis capiet rethe demo
nis. iuxta illud Job. v. Apprehēdet sapiētē in
astutia sua. Alij ꝟo nō capiunt̄: q̄z sunt nimis
magni: ꝛ rethia frangunt. Multi eñ magni
in seculo dei precepta contēnunt. Uñ de opti-
matibus dr̄ Hiere. v. Hi simul magis cōfrege
runt iugū ruperūt vincula. Tales eñ ad peni-
tentiā se capi non permittunt. Uñ xp̄s in hoc
mūdo de sapientibus nō cepit nisi duos: scilꝫ
Gamalielem legis doctorē ꝛ Nicodemū magi
strum in israel. Nec de nobilibus nisi vnū: scꝫ
Paulum qui dicitur fuisse nobilis ciuis roma
nus: nec de diuitibus nisi vnū. s. Zacheū. Nec
de principibus nisi duos: scꝫ Centurionem et
Regulū. De infimis aūt ꝛ simplicibꝰ ac igno-
bilibus ꝛ pauperibꝰ multos cepit. iuxta illud
j. ad Cor. j. Uidete vocationē vestrā fratres:

q: nõ multi potẽtes:nõ multi sapiẽtes:nõ mul
ti nobiles:sed q̄ infirma stulta ⁊ ignobilia sunt
mundi elegit deus vt nõ glorieẗ oĩs caro in cõ
spectu eius. Alij aũt non capiuntur:q: sunt ni
mis lubrici sicut patet in anguillis que postq̄
capte fuerint de manibus lubricant ⁊ exeunt.
Sunt enim multi lubrici qui lubricant de cul
pa in culpam:iuxta illud Threñ.iiij. Lubricaue
rũt vestimenta nostra ⁊c. Ego v° deo dãte spe
ro ꝙ tot retia ⁊ laquearia diuersorum dogma
tum verbi dei extendam in capturas ꝙ de ani
mabus vestris faciam magnam predas. Et ero
de illis piscatoribus ⁊ venatoribus:de q̄bus in
quit dñs Hiere.xvj. Ecce ego mittã piscatores
multos ⁊ piscabunẗ eos. Et post hec mittã eis
multos venatores:⁊ venabuntur illos. Q

Exta cõditio quas nostra doctrina ha
s bebit ẽ vigorositatis. Dicit enim pħs
j. Ethi. Certitudo in oĩbus intantũ q̄
renda est inquantum recipit natura rei. Et ibi
dem inquit. Certitudinem oportet in singulis
expetere ẜm subiectam materiam:⁊ intantum
quantum est ꝓprium doctrine. Ex quibus con
cluditur ꝙ predicator debet ꝓbare vigorosis
argumentis ea que dicit:⁊ nõ semper vno tm̄
fundamento:sed aliq̄n pluribus. Ait enim idẽ
pħs.ij.posterioꝝ.⁊ Tho.ibidẽ. Demõstrari po
test idem optime per plures causas. Debet igi
tur predicator cõsiderare cõditiones auditoꝝ:
⁊ ẜm eoꝝ capacitatem eis illa que dicit decla
rare.viij.q.j.c.oportet. Quilibet enim euange
licus preco põt dicere cum aplo ad Rom.j. Sa
pientibus ⁊ insipientibus debitor sum. Sicut
ergo nõ daẗ idẽ cib⁹ hoĩbus ⁊ iumentis:q: nõ
sunt eiusdem nature ⁊ cõplexionis. Oĩa enim
debent dari ẜm ꝙ recipiens aptũ est recipere:
ẜm Boe.iiij.de cõso. Ita predicator debet face
re qui est distributor v°bi diuini ⁊ sacre scriptu
re. Unde cũ xp̄s multitudinẽ populi vellet re
ficere in deserto: vt habetur Mat.xiiij.⁊ Luc.
ix.ait discipulis suis. Uos date illis manduca
re. Nã predicatoribus verbi diuini precepit de
us:vt cibum sacre scripture spũaliter exponẽ
tes ⁊ velut panẽ frãgentes apponãt dei popu
lo indigenti ⁊ esurienti. Quia vbe mundo ⁊ ip
sis predicatoribus q̄n verificabiẗ illud Threñ.
iiij. Paruuli petierunt panẽ ⁊ nõ erat qui frã
geret eis. Debet ergo vnusquisq̄ predicator at
tendere:cuius conditionis auditores existant.
Et ẜm ipsoꝝ facultatẽ ⁊ ingenium ministrare
eis cibum opportunum:vt ita reficiantur sapi
entes subtilibus ⁊ altis rebus ꝙ simplices nõ
pereant fame nõ valẽtes incõformẽ sumere ci

bum. Unde Greg.in.xviij.moraꝉ.inquit. Nõ de
bet predicator ministrare infirmis cuncta que
sentit:nec insinuare rudibus quecunq̄ cogno
scit. Et huius figura habetur Geñ.xxiiij. vbi ẽ
ꝙ balan apposuit iumentis:⁊ camelis paleas
⁊ fenũ: hoĩbus v° panes. Per laban enim fra
trem Rebecce intelligitur predicator. Laban
nãq̄ interpretatur candidatio. Candidus em̄
debet esse predicator tam per splendorem scien
tie q̄ per lucem bone vite. Unde Grego.xxviij.
moraꝉ.ait. Lex ipsis predicatoribus posita est:
vt ipsi viuendo illuminent quos verbo docen
do suadere festinant. Est etiam laban frater re
becce:que interpretatur patientia:que dicitur
esse predicantis soror ⁊ socia ps̄.xcj.dicẽte. Bñ
patientes erunt vt annuncient. Hic ergo pre
dicator debet apponere iumentis.i.rudibus fe
num:⁊ paleas.i.expositiones eoꝝ capacitati
bus cõgruas:grossas:⁊ eis cõformes vt cibũ
capere possint. Et illo refecti subsistere ⁊ ꝓfice
re. Hoĩbus v° dare debet panes: qui cibus est
delicatior. Quia ꝓfectis ⁊ acute intelligenti
bus debet subtilia predicare. Si enim oĩb⁹ hũc
delicatum cibum subtilitatũ vniformiter ap
poneret:cum nõ omnes sint eiusdẽ facultatis
quosdam cõfunderet potius q̄ instrueret. Uñ
Greg.xxx.moraꝉ.⁊ in pastorali inquit. Ut lõge
ante nos reuerende memorie Greg.nazanzen⁹
edocuit. Nõ vna ⁊ eadẽ exhortatio omnibus
cõgruit:q: nec cunctos eadem pctõꝝ qualitas
astringit. Sepe enim alios offendũt que alijs
prosunt. Quia plerũq̄ que hec aĩalia nutriunt
alia occidunt. Et leuis sibilus equos mitigat:
qui catulos instigat. Et medicamentum quod
hunc morbum sanat:alteri virus iniungit. Et
panis qui vitam fortium roborat:paruuloꝝ vi
tam necat. Et chorde cõsonam modulationẽ
reddunt:que vno quidẽ plectro:sed nõ vno im
pulsu feriuntur. Pro qualitate igitur audien
tiũ formari debet sermo doctoꝝ vt ars sua cõ
gruat singulis: ⁊ tñ a cõmunis edificationis
arte nunq̄ discedat. hec ille. Propter predictã
aũt discretionem predicandi ait saluator predi
catoribus Mat.v. Uos estis sal terre. Sicut
enim cibus aptus saliri si omnino sale careat
nihil valet. Job.vj. Quõ põt q̄s comedere qȝ
nõ est sale cõditum. Si v° nimium salis in ci
bo ponatur:etiam amarescit. Ita predicatores
verbi diuini qui sal terre dicuntur: q: per eos
vniuersum genus humanum cõditur: vt dicit
Aug. debent seruare illud apli ad Coꝉ.iiij. Ser
mo vester semper sit in gratia sale cõditus: vt
oĩa moderate ⁊ ẜm mensuras predicent. Et ser

B glorificationis. Si enim ad celestē patriam volumus puenire necesse est per ieiunium carnē mortificare. Ait enim Hiero. li. ij. contra Jouinianum. Beatitudo paradisi absqꝫ abstinentia abi nō potuit dedicari. ⁊ iterum ait. Qꝫdiu adam ieiunauit: in paradiso stetit. Hic ostenditur per ieiunium ad paradisū nos posse reuerti: a quo per saturitatem fueramus eiecti. Et Greg. in quadam homel. inquit. A paradisi gaudijs per culpam gule cecidimꝰ: ad hec per abstinentiā resurgamus. Sicut ergo miles terrenus nō pōt brauium acquirere si ad pugnā crapulentus accedat: sed oportet eum a multis abstinere. Ita ⁊ de militibꝰ spūalibus dicendū est: de quibus. j. Cor. ix. c. Paulus ait. Omnis qui in agone contendit: ab omnibus se abstinet: ⁊ illi quidem vt corruptibilē coronā accipiāt: nos aūt incorruptā. Quid dicam de sacro ieiunio. Audite quid de eo sancta mater ecclesia canit. Paradisi portas aperuit nobis ieiunij tempus. Et ideo. iiij. Reg. ij. Helias post ieiunium raptus est in celū. Sicut em̄ qui vult intrare per portam strictam necesse est ꝙ nō sit nimis pinguis sed oportet eum esse tenuem. iuxta illud Hora. in eplis dicentis. Forte per angustam tenuis vulpecula rimam. Repserat in camerā frumenti pastaqꝫ rursus. Ire foras pleno tenebat pectore frustra. Cui mustela procul: si vis ait effugere istinc. Macra canum repetas artum quem macra subijsti. Sic vobis volentibus intrare ianuam paradisi que valde stricta est: sicut dicitur Mat. vij. c. necesse est esse tenues ⁊ macilentos p abstinentiam. Ideo dicit dñs vbi. s. Intrate per angustam portam. i. ieiunij ⁊ abstinentie. Et ideo vt sctā mater ecclia nos inuitat ad ieiunādū quotidie hoc tpe cantat in pfatiōe misse ieiunij vtilitates di. dño. Qui corporali ieiunio vitia cōprimis: mentē eleuas: virtutē largiris ⁊ pmia: scꝫ in hoc seculo terrene psperitatis: ⁊ in alio eterne glorie. Ad quam ⁊c.

Feria sexta de peccatis mortalibus omnibꝰ
Sermo sextus. F

Annūcia populo meo scelera eorum ⁊ domui
a iacob pctā eorū. Esa. lviij. c. Est regula generalis: generosi ciues. oim sapientum atqꝫ pboꝝ. ꝙ initium salutis est noticia peccati. Illius etenim malignitatē cognoscentes summopere illud deuitāt. Econtra aūt qui nō cognoscit peccatum illud deuitare nō curat. Unde dicebat Epicurus. Corrigi nō vult qui peccare se nescit. Augu. quoqꝫ sup ps. inquit. Nemo insanabilior eo qui sibi sanus

videt. Et Seneca ad Lucillū ep̄la.v.inq̄t. Nō est extrinsecū malū nostrū: intra nos est: i visceri b⁹ ipsis sedet: iō ad difficultatē ei⁹ venimus q: nos egrotare ignoramus. Iccirco cogitauimus crebro nihil vtili⁹ fore ꝙ vobis pctōꝝ oīm species declarare: vt abominatiōe vitij cognita: totis illud virib⁹ fugiatis. Ait eñ Aug. in li. meditationū. c. xxiij. Heu pctm̄ horrēdū heu res detestabilis: nullo mō corpalis: cecus nō videt foueā in quā cadit: insanus putat se debere qd̄ facit. hec ille. Iō mihi ipauit de⁹ i hoc mane dicens ḃba ꝓposita scripta in ep̄la occurrētis ferie. Annūcia populo meo ⁊c. Super qb⁹ ḃbis sciendū ſm Greg. xxxi. moraliū ⁊ trāssumptiue magistrū sniaꝝ in.ij.di.xlij. et ꝑ Aug. in homel. de igne purgatorij. ⁊.xxv.dist. §. als aūt. ⁊ sanctū Bona. in.ij.di. xlij. in questionib⁹ circa l̄ram. ⁊ Rich. eadē di. ar. iiij. q.5. ⁊ Alexan. de ales in.ij. pte summe. in tracta. de pctis mortalib⁹. ꝙ septē sunt vitia capitalia: videlꝫ Supbia: Auaricia: Luxuria: Gula: Ira: Inuidia: ⁊ Accidia. de quibus in hoc sermone tractabimus. Et primo de Superbia.

Pars prima huius sermonis de speciebus superbie. ff

s Cōm oēs theologos supbia est caput ⁊ regina oīm pctōꝝ. De qua Sap. Ecci. x. dicit. Initium ois pcti supbia. Que nihil aliud est ꝙ inordinatus amor ꝓprie excellētie sicut eā diffinit Aug. in li. de Innocētia. Habet aūt duodecim filias ſm Tho.ij.ij.q.clxij. ⁊ Alex. de ales in.ij. parte summe. in tracta. de supbia: q̄ sunt iste: videlꝫ Extollentia: Arrogatiua: Uanagloria: Iactantia: Ambitio: Hypocrisis: Pertinacia: Ingratitudo: Inobediētia: Curiositas: Cōtētio: ⁊ Presumptio. De qb⁹ alio in sermōe disseremus. Quattuor aūt sunt ꝓprie species superbie. ſm Tho. in.ij. dist. xlij. ar. iij. in corpe questionis. Et.ij.ij.q.clxij.ar.iiij. ⁊ Alex. de ales in ij. parte summe. in tracta. de specieb⁹ superbie. Prima est reputare se propria ḃtute hr̄e bona sp̄ualia vel tpalia que ds hꝫ: cōtra qd̄ est illud Iacobi.i. Omne datū optimū ⁊ omne donuꝫ perfectū desursum est descēdēs a p̄re luminū. ⁊ hāc speciē habuit lucifer in celo. de quo Esa. xiiij. di. ꝙ dixit. In celū cōscendā: sup astra dei exaltabo soliū meū: sedebo in mōte testamēti in laterib⁹ aqlonis ascēdā sup altitudinē nubiū: silis ero altissimo. Ex qbus ḃbis apparet: ꝙ ex quo volebat se equare deo: nolebat se illi reputare inferiorē. Et cōsequēter obligatū ei⁹ maiestati a qua creatus erat: ⁊ iō dicit idē propheta: quō cecidisti lucifer q̄ mane oriebaris. Scd̄a species est credere ꝙ suis meritis hꝫ bona ⁊ nō ex grā dei: ita ꝙ putat supbus deū sibi illa cōtulisse: quasi ex necessitate exigētibus hoc suis meritis: ꝯ qd̄ stat illa Pauli snīa ad Titū.iij. Nō ex operib⁹ iusticie q̄ fecimus nos: sed ſm suā miām saluos nos fecit. Et hāc speciem habuit Nabuchodonosor: q̄ dixit Danie. iiij. Nōne hec est babylon ciuitas magna quā ego edificaui: ⁊ ampliaui in robore meo: ⁊ gloria decoris mei. Et iō vt in eodē. c. habet: subito audiuit vocē de celo dicentē. Tibi dr̄ Nabuchodonosor rex. Trāslatum est regnū tuū a te: ⁊ ab hoīb⁹ eiciēt te: ⁊ septē annis fenū vt bos comedes: ⁊ cū bestijs atqꝫ feris erit habitatio tua. qd̄ ⁊ factū est ⁊ nunqꝫ fuit ad pristinū statū restitut⁹ nisi qñ pfecte se hūiliauit ⁊ de hac supbia sua penituit: vt ibidē habetur. Tertia species est credere se magis ḃtuosuꝫ ⁊ alia bona hr̄e ꝙ habeat. Hoc aūt est primū capitulū libri stultoꝝ credere se sapientē: hoc est cōe vitiū: se eñ q̄sqꝫ magis reputat ꝙ sit. Uñ insti. ex qbus cau. ma. nō licet. §. in fraudē. dr̄. Sepe de facultatib⁹ suis ampli⁹ ꝙ in eis est sperāt hoīes. Si eñ sensus ⁊ discretio vēderet: quilibet apothecas aperiret vt alijs in magna copia vēderet: ⁊ per diuersas mūdi partes mitteret: raroqꝫ inueniret q̄ emere curaret cū vt plurimū quisqꝫ se intellectū hr̄e putet ꝓ se: et duodecim socijs. Hāc speciem habuit Petrus dū Luc. xxij. dixit dn̄o. Etsi oēs scādalizati fuerint in te sed nō ego. Contra tales aūt supbos dr̄ Esa. xvi. Audiui superbiā Moab superbus est valde. Supbia ⁊ arrogantia ei⁹ et plus ꝙ virt⁹ ei⁹. Quarta ⁊ vltima species supbie est se iactare cū iniuria primi et credere se meliorē. Hāc aūt speciē habuit Phariseus ille de quo Luc. xviij. dr̄ ꝙ orabat in tēplo dicēs. Gratias tibi ago dn̄e: q: nō sum sicut ceteri hoīes: raptores: adulteri: iniusti: velut etiā publicanus iste. Ieiuno bis in sabbato: decimas do oium que possideo. Cōtra tales clamat deus Hiere. l. di. Ecce ego ad te supbe dicit dn̄s exercituū: q: veniet dies tuus tēpus visitatiōis tue: ⁊ cadet supbus ⁊ corruet: ⁊ nō est qui suscitet eū. De hoc supbo dicit Asculanus poeta in. c. de supbia. Homo supbus nō pōt habitare terrā. Nec in celū salire potest: semp morātur in pōderosis superbis seu elatis. Superbia consumit personā: de ipsa ꝓcedit subito mot⁹: se vēdit pro opinione propria. Tres sunt persone displicētes. Pauper superbus ⁊ arrogās. Senex fatuus sensibus carens. Diues mendax cū

honesto visu. Apparet ꝙ pater noster semper
cantet. O deus tibi forsitasse displicet lex ista.
Hec est radix omnium peccatorum. Et fuit pri
ma que sedē illius maligni dānati spūs exalta
re voluit. Et pluit in terra ista iniqua secta. de
qua omne malū ꝑ deceptionē ꝓcedit: ⁊ vitam
de bono suo suspectam facit. Superbia nihil
aliud est ꝙ̄ velle sup oēs alios estimari et id
appetere qđ homo non est. Legitur autem
ꝙ quidam dixit Alexandro magno superbo.
Cum is leo sit rex animalium: tamen fit sepe ci-
bus formicarū. Et arbor alta cito eradicat vio
lentia ventorum. Sic et tu ꝗuis sis rex homi
num: cito tamē eris cibus vermium. Et ꝗuis
nunc sis altus: cito tamen eris depressus. Scri
ptum est enim Eccli. x. Sedes ducū superbo-
rum destruxit deus.

De auaricia. B

Ecundū capitale peccatū est auari-
8 cia que a Tullio et Alexandro de
ales in. ij. parte summe. in tractatu
de auaricia. arti. j. ⁊ a beato Thoma
ij. ij. q. cxviij. arti. ij. ⁊ in questionibus disputa-
tis de malo. q. de auaricia. arti. j. sic diffinitur.
Auaricia est inordinatus amor pecunie. Pecu
nia autem ſm Augustinum in libro de libe. ar
bi. hic accipitur large pro omni eo quod homi
nes habent: prout etiam accipitur in. l. pecu-
nie verbum. ⁊ in. l. pecunie appellatione. ff. de
verbo. signi. aliquando tamen accipitur stri-
cte pro his tamen que cō sistunt in pōdere: nu-
mero: ⁊ mensura. vt in. l. ij. §. iterum mutuum.
ff. si cer. peta. Aliquando strictissime pro pecu-
nia numerata tātū: vt in. §. item precium. insti
tu. de emptio. ⁊ vendi. ⁊ in. l. j. C. de proba. In
hac autem diffinitione accipitur pro omni re
tam corporali ꝙ̄ spirituali quā inordinate q̄s
appetere pōt ſm Durandū nostrū in summa
lib. j. par. vj. dist. j. Et ideo ipse magis genera
liter diffinit auariciam dicens magis clare: ꝙ
auaricia est inordinatus amor aliquid habēn-
di. Ex qua diffinitione innuitur ꝙ quis po-
test res temporales appetere sine auaricie pec
cato dum ordinate appetit maxime necessaria
Ideo Prouerb. xxx. dicebat Salomon dño.
Paupertatem ⁊ diuitias ne dederis mihi: sed
tantū victui meo tribue necessaria. In quinqꝫ
autē casibus quis reputatur auarus. Primo
si iniuste acquirit. Abacuc. ij. Ue his qui cō
gregant non sua. Scđo si nimis affectuose di-
uitias diligit paratus peccare anteq̄ꝫ illas
amittere. Istis auaris dicit saluator noster
Mat. vj. Nō potestis deo seruire et māmone.
Tertio si est crudelis pauperibus. j. Johan. iij.
Qui viderit fratres suū necessitatem habere et
clauserit ab eo viscera misericordie: quomodo
charitas dei manet in illo. dicit Apostolꝰ: qua-
si dicat non est. Quarto si viuit in miseria cū
sit diues. Eccī. v. dicit Salomon. Est alia in-
firmitas pessima quā vidi sub sole: diuitie cō-
gregate in damnum dñi sui. Ad qđ facit illud
qđ legitur in fabulis poetarum: scilꝫ ꝙ Mida
rex petijt ab Apolline deo suo: vt quicquid tā
geret fieret aurum: quo ei concesso cum cibum
vel potum manibus vel labijs tangeret aurū
fiebat: ⁊ sic fame mortuus est. quo datur intel
ligi ꝙ auarus semper appetit diuitias: que tñ
sunt causa mortis sue. Quinto quis dicitur
auarus si diues existens valde: totum tamen
studium suum habet ad diuitias acquirēdas:
maxime nō habēs heredem. De his auaris di
cit Paulus ad Ephe. v. Omnis auarus nō ha
bebit hereditatem xp̄i et dei. In hoc autē co-
gnoscitur stulticia auari: q2 edificat vbi ꝑ mo-
mentum est permansurus: ⁊ non in celo: vbi in
eternū si benefecerit est regnaturus. Et tantā
curam habet de putribilibus et vilissimis re-
bus transitorijs. De preciositate autē anime
sue non curat. Iđ exclamat dñs noster Mat.
xvj. c. di. Quid prodest homini si vniuersum
mundū lucretur: anime vo sue detrimentum
patiatur: aut quā dabit homo cōmutationem
ꝓ anima sua. quasi di. O auari stultissimi no-
lite tantū solliciti esse in acquirendis diuitijs
tēporalibus quas in breuissimo tpe estis amis
suri sed de salute aīe vestre: et de eternis opi-
bus cogitate: illasqꝫ acq̄rere ꝓcurate. Ait enī
Asculanꝰ poeta in. c. de auaricia. O stulti tātū
laborare quid iuuat oēs ad illam antiquā ma
trem redistis: nomē vestrū vix reperietur. Ea-
propter vos hortat Greg. in homel. super Lu-
cam que ponit in dñica sexagesime di. Si ve-
re diuites esse cupitis veras diuitias amate.
O auare ne credis ꝙ vere diuitie sint ille q̄s
tu in arca recondita tenes. Profecto pecunie
tue nō possunt recte appellari diuitie. Ait enī
Seneca ad Lucillū. Neminē pecunia diuitem
facit. Quid sunt ergo? Certe potius spine et
aculei ꝙ̄ diuitie appellandi sunt. De quibꝰ ait
Greg. vbi. s. di. Spine sunt: q2 cogitationum
suaꝝ punctionibꝰ mētes lacerāt: fallaces sunt
q2 nobiscum diu manere nō possunt: fallaces
sunt: q2 mentis nostre inopiā nō expellūt. So
le enī diuitie vere sunt: que nos diuites virtu
tibus faciūt. hec ille. Ex quibus apparet stulti
cia auaroꝝ qui de spinis diuitiarū edificāt se

bi domum infernalē in qua cōburentur. iuxta illud Esa.xxxiij. Spine cōgregate igni cōburē tur. O igitur auari vultis absq peccato magnas & veras diuitias adipisci: virtutes acquirere festinate. Sic enim ysocrates in exhortationibus suis.c.j. Uirtute nulla possessio preciosior est nec securior: potior enim est omnibus opibus virtus.

De luxuria.

T Ertium peccatum capitale est luxuria: que secundum oēs Theol. maxime Alexan. de ales in.ij. parte sum. in trac. de luxuria: est libidinose delectationis appetitus. Habet autē septem species: secundum Alexan. de ales. vbi.s. ar.ix. & Tho.ij.ij.q.cliiij. arti.j. Que sunt fornicatio simplex: stuprum: raptus: adulterium: incestus: & sodomia. Fornicatio simplex est quādo peccantes ambo sunt sine copula matrimoniali: & nullus eorum est deputatus ad diuinum cultum: nec peccant in loco sacro: vel modo cōtra naturam: & nemo eorum est virgo: nec inter se habent aliquam cognationem vel affinitatem: & nullus eorum est coactus ad peccandum sed ambo sponte peccato luxurie assentiunt. Stuprum est quando peccatur cum virgine: hoc libidinis nefandissimo vitio. Et multo est grauius quando ambo peccantes sunt virgines. Raptus est cum per violentiam ad peccandum aliquis vel aliqua arctatur. Adulteriū est cum vnus peccantium hoc crimine est vxoratus: & multo maius est peccatū si ambo sunt matrimonio ligati. Incestus cum peccantes luxuriose sunt cognati inter se vel affines. Sacrilegium est cum aliquis peccantium diuino est cultui deputatus: & tanto grauius crimen est si ambo diuini sunt obsequijs mancipati. Item sacrilegium est si hoc maledictum peccatum in loco sacro cōmittatur. Horrendissimum autē sodomie crimen est qn̄ cōtra nature ordinem luxuriosa rabies perpetratur. De quibus libidinis speciebus nolo ad presens ad particularia ac abominabilia scelera descendere modos eorum declarando: ne illa ignorantes addiscant. Sic enim seraphicus noster Franciscus de predicatoribus in regule sue.c.ix. Sint examinata & casta eorum eloquia: q: igitur scriptū est Eccl.xiij. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. Ideo nolo de his turpibus ac vituperosis facinoribus aliud specificare. Sed qui habet aures audiendi audiat: vt dr̄ Apoc.ij.c. O quot horrenda scelera faciūt luxuriosi. O quam nefande res in obdi tis & tenebrosis locis fiunt quam pauci cōiuges reperiuntur qui sanctum matrimonium sicut debent custodiant tam quoad locū & modum quam etiam quoad tempus & ordinem: ac alias circūstantias. Satis est bonum intenditorē esse ad verba mea. O maledicta luxuria adeo mundū infecisti: quod vera est illa sentētia Johelis eius.j.c. di. Cōputruerūt iumēta in stercore suo. Ideo dicit Alb. in tractatu de virtutibus politicas. Quod luxuriosus equiparatur hyrco: qui propter lasciuiam semper est fetidus & putrescit. Quantum autē hec abominatio luxurie deo displiceat patet ex illo exemplo qd̄ legitur in summa de septem donis: vbi dr̄. Quod in tyro in quadam terra erāt homines multum luxuriosi: propter qd̄ iniquissimū peccatum immisit deus terremotum maximum in illa terra & tota submersa est: se enim terra aperuit & deuorauit illos sceleratissimos. Mane autem facto inde quidam transeuntes videntes ibi esse aquam in qua erat terra illa: aspexerunt in aqua & viderunt illos maledictos homines & mulieres simul esse coniunctos in illo nefando actu in quo erant qn̄ submersi sunt. Et hoc ostendit deus: vt oibus intimaret quantū hoc spurcissimū luxurie vitium ei displiceat. Ideo contra luxuriosos exclamat Asculanus poeta in.c. de luxuria di. Teneatis vestram deam luxuriam & plage noue factrices faciatis: plus quam secta iudaica fecerat. age videatis cum aliqua pietate: qui super vos lachryme pluūt videndo quōo bonū diuinū dimittitis: diuitie destruūt personā: gula: luxuria & bellū femine & ioco reputat: corpus consumit & animā comedit. Per eam celū claudi mihi videtur. Et ad altū dei dedignationem cōducit. Plusque humane genti inimica est quam alia vitia. Gaudet faciendo peccatum carnaliter. & est rō: qui non pōt facere p suā naturā: nec dare laudē pōt: sed oīa alia bona potest opiri. O serui tristes. O empti schlaui. quare carnalis actus vos tm̄ excruciat: qui contra deus vos agere facit cū tāto prauo & horribili vitio: qd̄ natura reprehēdit. O aīe sodomitice despe rate. O quantū hic actus deum offendit querentis amorem vbi amor nō regnat. O aīe cece de bono fine: de vita vr̄a aer dedignatur. O cogitate quōo ossa vestra nuda in obscuro remanebūt: & quōo mors oēs percutiet. propterea vilem actū spernatis: qd̄ si feceritis: ratio de summis nihil acquirit: nisi satisfeceritis.

De peccato Gule.

Q Uartum vitium capitale est gula: quam quidā facetus predicator dicebat fuisse vxorem carnisprivij. De quo carnisprivio declarabat. Primo originationem. Secundo ipsius nominationem. Tertio eius depictionem. Quarto ipsius

malignationē. Quinto eius filiationē. Sexto seruitoꝝ ipsius cōditionē. Septimo ꝯo ipsius expulsionē. Octauo aūt eius finitionē. Quoad primū ait ꝙ vt dr Gen.iij. Vidēs diabolus mulierē deambulātē in paradiso voluptatis dixit illi. Cur p̄cepit vobis dns: vt non comederetis ex oī ligno paradisi? Cui rn̄dit mulier. De fructu lignoꝝ q̄ sunt in paradiso vescimur. De fructu aūt ligni: qd̓ est ī medio paradisi: p̄cepit nobis ne comederemus ⁊ ne tāgeremus ne forte moriamur. Dixit aūt serpens ad mulierē. Nequaq̄ moriemini. Scit em̄ deus ꝙ in quacūq3 die comederetis ex illo: aperient̄ oculi vr̄i ⁊ eritis sicut dij sciētes bonū ⁊ malum. Vidit ergo mulier ꝙ bonū esset lignū ad vescēdum: ⁊ pulchrū oculis aspectuq3 delectabile. Tulitq3 de fructu ⁊ comedit: deditq3 viro suo: q̄ comedit: ⁊ apti sunt oculi eoꝝ. Et statim facta tali comestione natū est carnispriuiu3 qd̓ dicere potuit illud Job.iij. Pereat dies in qua natus sum: ⁊ nox in qua dictū est: cōceptus est hō in mūdū. Sup quo Greg. iiij. moral. c. xxvij. inq̄t. Ꝙ scriptura sacra tribus modis hominem appellat. Primo p naturā: vt cū dixit deus Gen.j. Faciamus hoīem ad imaginē ⁊ similitudine3 nr̄am. Scd̓o p culpā. iuxta illud ps. lxxxj. Vos aūt sicut hoīes moriemini. s. per pctm̄. ⁊ Paulus. j. ad Coꝝ. iij. ait. Cū sit inter vos zelus ⁊ cōtētio nonne carnales estis: ⁊ ɓm hoīem ambulatis. Tertio dr hō p infirmitatē. Juxta illud Viere. xvij. Maledictus hō qui cōfidit ī hoīe. i. in infirmitate. Vn̄ sequit̄. Et ponit carnē brachiu3 suum. Et sic p3 quō natū est carnisprīuiū. Nam ex p̄dicta comestione caro Adā ⁊ Eue priuata sua puritate ac innocentia ⁊ pace ac cōcordia: quā cū oīa habebat. Et sic etiā p3 scd̓m. s. eius noīatio. Aliqui em̄ accipiunt nomē ab excellentia alicuius virtutis: ⁊ aliq̄ ab abūdātia tristicie vel malicie. Carnisp̄uiū aūt nomē accepit triplici rōne ɓm eius pessimas qualitates. Vn̄ pōt appellari res turpitudine notabilis: de q̄ noīatiōe hr̄. ff. de postu. l. j. §. scd̓o loco. Primo enim appellatū est carnisprīuiū: q3 priuauit: vt dictū est: carnē p̄moꝝ parentū: ⁊ totius posteritatis suo dono iustitie originalis: qua mediāte mēbra corporis nō sentiebāt aliqd̓ incēdium cōcupiscētie vel libidinis: vt ait Nico. de ly. super eplam Pauli ad Gal. Statim autem facto pctō verificatū est illud qd̓ ait Augu. sup Gen. ad lr̄am di. Senserunt ia3 nudati aīe carnisq3 motū quendā turpissimū atq3 precipitē. Unde cōfusi ad fici folia cucurrerūt: ⁊ mēbra sollicita pudore libidinis texerūt, hec ille. Scd̓o appellatum est carnaualium: l3 em̄ malum sit maximū ꝙ ꝓpter hanc comestionē amisimus dominium mēbroꝝ: q̄ amplius nō sunt subiecta rationi: tn̄ maius detrimentū est ꝙ caro ꝯsurgit aduersus spm̄ ⁊ ei aduersat̄. vt ait Paulus ad Gal. v. Et ideo dicitur carnaualium: q3 caro et sensualitas valet cōtra spiritū ⁊ rōnē. De quo lamentatur Paulus ad Ro. vij. dicens. Video aliam legem in membris meis repugnante3 legi mentis mee: ⁊ captiuū me ducentem in lege peccati. Tertio appellatu3 est carnasaluū: eo ꝙ caro nr̄a salsa fomite originalis peccati nunq̄ marcescit ad libidinē. Nā in infirmitate ⁊ senectute ⁊ ī quacūq3 sanctitate semper parata est ad cōcupiscentiā: qd̓ patuit in beato Spe. De quo Greg. inquit in l2. dialogoꝝ ꝙ existens proximus morti fugabat quandam feminam sibi seruientem di. Recede q3 adhuc spūs viget in me. De senectute etiam habemus exemplu3 de Noe ⁊ de multis senibus adhuc luxurie operā dantibus. De sanctitate aūt habetur exemplū beati Francisci: qui cu3 laudaretur a pluribus dicebat. Nolite me laudare nō securum. Na3 filios ⁊ filias adhuc habere possem. Ecce ergo o tu qui vis vocare carnisp̄uio vn̄ ꝓcessit eius denoīatio. Juri em̄ operā daturu3 prius noscere oportet vnde nomen iuris descendat. l. j. ff. de iusti. ⁊ iu. hic aūt accipimus ius non vt accipit iuriscōsultus: sed ad ꝓpositum nostrum. Na3 ius aliquādo accipitur ꝓ brodio in quo coquitur carnes porcine: vt ait Catholicon. ⁊ vt ide3 inquit: dicitur ius ꝓfanum: q3 iudeis non erat fas comedere carnes porcinas: vel ius earū bibere. Tertio dicebat ille p̄dicator ꝙ carnisp̄uium depingitur in forma hominis pinguis. Nā ɓm philosophos pinguedo ꝓuenit ex sanguine indigesto ⁊ male decocto ꝓpter quietes. Unde quanto pinguedo magis augetur: tanto magis minuitur de sanguine: ⁊ consequenter breuiatur vita hominis cu3 sit in sanguine. Et ideo inquit phs. xiij. de animalibus ꝙ non est vtile augmentare pinguedinem: q3 breuiat vita: ⁊ sunt talia corpora morbis aptissima: q3 calor naturalis suffocatur ⁊ a pinguedine clauditur: ⁊ incurrunt grauissimas ⁊ longas infirmitates. Et ex hoc prouenit podagra ⁊ chiragra. Viero. quoq3 cōtra Jouinianum ait. Galienus quoꝝ vita ⁊ ars sagina est dicit in exhortatiōe medicīe: nec viuere posse diu nec sanos eē corporibus. Depingitur quoq3 cum oculis rubeis more ebrioꝝ quoꝝ oculi videntur a carne salsa suffulti. Unde quidam ebrietati deditus dicebat. Melius est habere oculos laceratos

sue lippos q̃ siti deficere. Semp enim patiun
tur sitim isti ebriosi: ⁊ oĩ hora parati sunt bibe
re. Dicũt em̃ ꝙ oportet facere vltimum de po-
tentia in bibendo pro cõseruatione sanitatis.
Et in hoc suo modo intelligunt ⁊ allegant qđ
inquit Cato. s. Hoc bibe qđ possis si tu vis vi-
uere sanus. Depingit̃ etiã ipsum carnisp̄uiuꝫ
magnis infirmitatibus. Unde Sen̄. ad Lucil.
ait. Quis hostis in quẽq̃ tam contumeliosus
fuit: q̃ in quosdam voluptates sue? Voluptas-
tes enim nõ tantuꝫ excecant voluptuosos: sed
etiam impotentes reddunt ⁊ contractos ac le
prosos: varijsq̃ eos infirmitatibus affligunt.
Depingitur etiam in forma hominis insani ⁊
amentis. Quia vt ait Aug. Ebrietas aufert me
moriam: dissipat sensum: confundit intellectũ:
cõcitat libidinem: inuoluit linguam: oĩa mem
bra debilitat: vitam diminuit: ⁊ omnem salutẽ
extermínat. Ebrietas etiam est status mentis
euersio. c. vinolentuꝫ. xxxv. di. ⁊ sepelit rationẽ.
xv. q. j. c. Sane. Quoad quartuꝫ. s. de carnisp̄i
uij malignatione dicebat ideꝫ facetus predica-
tor ꝙ propter carnisp̄uiuium Adam cum poste
ris suis eiectus est de paradiso. Nã dicit̃ Gen̄.
iij. ꝙ post predictam comestionem ⁊ carnisp̄i
uij originationem. dixit deus ad Adaꝫ. vbi es?
Quasi diceret. Quid fecisti? Et quare istud car
nisp̄uiuium causasti? Cui respondit Adam. Uo
cem tuam audiui ⁊ timui eo ꝙ nudus essem ⁊
abscondi me. Dixit autem deus. Et quis indi-
cauit tibi ꝙ nudus esses: nisi quia ex ligno de
quo preceperam tibi ne comederes comedisti.
Facta autem reprehensione eiecit Adaꝫ ⁊ Euã
de paradiso cum carnisp̄uiuio. Et induit eos tu
nicas pelliceas. ⁊ ait derisorie. Ecce Adam fa
ctus est quasi vnus ex nobis sciens bonũ ⁊ ma
lum: ⁊ sic honorabiliter vestitos expulit de illo
loco amenissimo: de quo dicam in. ij. parte p̄n-
cipali huius operis ser. vj. parte. j. ⁊ diffusius.
ix. parte principali nostri Marialis sermõe. j.
parte. j. Uide ibi. Et ista est rõ dicebat ille pre-
dicator ꝙ homines diebus carnisp̄uiuij induũ
tur pellibus velut bestie ac vestib' inhonestis:
⁊ tingunt se more stultoruꝫ: ac faciũt laruas ⁊
alia multa puerilia tanq̃ si essent alieni a sen-
su ⁊ amentes affecti. O maledictum carnisp̄i
uium qđ humanum genus ad tantam calami
tatem deduxisti: ⁊ dominũ Adam de horto vo
luptatis expelli fecisti: de quo inq̄t btũs Tho.
j. q. q. cij. ⁊ Rich. in. ij. di. xxvij. qui se fundat su
per dictum Damasce. li. ij. ⁊ Isid. iiij. Etymo. ⁊
Strabi. ac Bede ⁊ Alexan. de ales in. ij. di. xix.
q. xvj. Et est in prima parte oriẽtali vbi sol ori
tur de mense martij ⁊ septẽbris qñ est equino-
ctium: ⁊ hec pars terre est nobilissima: cum ꝑm
p̄hm. ij. de celo ⁊ mundo. oriens sit dextera ce-
li. Dextera auteꝫ est nobilior sinistra in compa
ratione ad homineꝫ. Unde Isid. vbi s̄. inquit.
Paradisus locus est in orientis partibus con-
stitut': cuius vocabulum a greco in latinuꝫ ver
titur hortus. Porro hebraice eden dicitur: qđ
in nr̃a lingua delitie interpretatur: qđ vtrũq̃
iunctum facit hortum delitiarum. Dicit auteꝫ
Rich. vbi. s̄. ꝙ iste locus est temperatus ex vi-
cinitate ignis: ⁊ directa operatione solis ⁊ du
plici transitu eius bis ĩ anno super scenith ca-
pitum inhabitantium in eo qui sunt Enoch ⁊
Helyas. Hanc enim triplicem caloris causam
temperat p̄mo aeris subtilitas. Fortius nãq̃
agit sol in re grossa q̃ in re tenui: vt patet ex-
perientia: q̄ calidior est petra in terra t̄pe esta-
tis q̃ aer: ⁊ ideo in nostro aere qui non est pu
rus habemus maiorem calorem propter maio-
rem impuritatem q̃ in montibus. Paradisus
aũt voluptatis ꝑm aliquoꝝ doctoꝝ opinioneꝫ
est citra supremam regionẽ aeris: ⁊ ideo est ibi
aeris subtilitas ⁊ puritas. Scđa rõ est: quia ca
lor causatus ex reflexione radioꝝ solariuꝫ a su
perficie terre nõ ascendit illuc. Tertia ratio est
summa frigiditas que est in medio interstitio
aeris: cuius extremitati superiori equaliter for
mate ꝓpinqua est superficies illius loci sicut
sphere ignis: ⁊ trãscendit mediam regionẽ ae-
ris vbi generantur impressiones frigide ⁊ hu-
mide: ⁊ attingit vsq̃ ad partem aeris purissi-
mam. Scđa ṽo causa temperiei est: q̄ vt. s̄. di-
ximus: est sub equinoctiali. s. in illo loco vbi sol
oritur de mẽse martij ⁊ septembris qñ sunt di-
es noctibus equales. Et q̃uis p̄hs dicat in li.
Metheo. regionem illam esse inhabitabileꝫ ꝓ
pter estum? Respõdetur ꝙ ĩ paradiso terrestri
est illa temperies ꝓpter predicta: ⁊ etiam pro-
pter illum fontem de quo dicitur Gen̄. ij. Fõs
ascendebat de terra irrigans vniuersam sup̄fi-
ciem terre. Dicit aũt Damascenus vbi. s̄. ꝙ de
us cõstituit hoĩem quasi quendam regeꝫ ⁊ p̄n
cipem oĩs terre ⁊ oĩm que sunt in ipsa. Et ideo
creauit ⁊ fabricauit ei paradisum terrestrẽ qua
si quandam regiam domũ ⁊ arcẽ sublimem: et
super omnẽ terrã eminentẽ: in qua cõuersans
beatam duceret vitã. O igitur felix habitatio.
O iocũda mansio. O amenissima regio. O no-
bilissima patria: ꝓ qua incolenda creatus fuit
homo. Et hec est prima dñi Ade nobilitas que
dicitur localitatis: quam ꝓpter carnisp̄uiuium
cum posteris suis amisit. Secunda eius nobi-

litas dicitur corporalis. Nam cũ esset principiũ
oium alioꝝ fuit pulchrior ⁊ venustior ⁊ ipse ⁊
vxor sua oibus alijs hoibus: q͛ erant a deo im-
mediate formati quoꝝ tñ formositatẽ superas-
se xp̃s ⁊ beata virgo mater eius vt diffuse tra-
ctabo in. ij. parte nostri Marialis ser. iiij. Item
habebãt corpus immortale: q͛ vt d͛ ad Ro. v.
Mors per peccatum introiuit in orbem terra-
rum. Unde notandum fm Tho. ꝑ. ij. q. xcvij. ꝙ
aliquid d͛ immortale vel incorruptibile multi-
pliciter. Primo ex parte materie eo ꝙ nõ habe-
at materiã que est principium generationis et
corruptionis: vt angelus ⁊ aia. Scḋo q͛ nõ ha-
bet potentiã ad aliã formã: vt corpora celestia:
⁊ istis duobus modis dicit͛ celuz incorruptibi-
le fm naturam. Alio modo d͛ aliquid incorru-
ptibile: q͛ illi materie adheret aliquid qḋ nõ si-
nit illaz corrumpere: ⁊ hoc modo d͛ incorrupti-
bile corpus gloriosum: q͛ tam potentẽ fecit de-
us anime naturaz: vt gloria ipsius anime redũ-
det ĩ corpus. Alio quoqꝫ mõ dicitur aliquid in-
corruptibile ex parte cause efficiẽtis: ⁊ hoc mõ
in statu nature institute fuit corpus humanuz
incorruptibile ⁊ immortale. Unde Aug. in lib.
questionum noui ⁊ veteris testamenti ait. De-
us hominez fecit qui q̃zdiu nõ peccaret immor-
talitate vigeret: vt ipse sibi autor esset vel ad vi-
tam vel ad mortem. Ex quo patet ꝙ primi pa-
rentes erant incorruptibiles: ⁊ nos pariformi-
ter essemus si ipsi nõ peccassent ⁊ peccatũ suũ
ad nos nõ transmisissent. Nam in illo felici sta-
tu stetissem⁹ donec cõpletus fuisset numer⁹ ele-
ctoꝝ: ⁊ postea sine alicuius laboris vel doloris
siue mortis experimẽto translati fuissemus ad
patriam celestem: vt ait Aug. xiiij. de ci. dei. c. x.
Qꝫ aũt ipse Adam cum posteris fuisset incorru-
ptibilis: patet: q͛ corruptio humani corporis ꝓ-
uenit aut ex corruptione interiori aut ex accidẽ-
ti exteriori. Quoꝝ neutrum fuisset in ipso Adã
nec in nobis: quia in ipso paradiso humores
nunq̃ fuissent corrupti ⁊ perfecta restauratio
semper fuisset facta ꝑ esum ligni vite: ⁊ sic nũq̃
deuenisset ad senectutem: sed semper in eodem
iuuentutis flore ꝑmansisset. Nec exterius erat
aliquid quod ei noceret. Nam animalia ei fu-
issent semper subiecta. Aer ꝟo ⁊ elementa ibi
sunt purissima ⁊ perfectissima ⁊ omnium noci-
uorum ⁊ proficuorum habebat totalem cogni-
tionem. Cognoscebat enim perfecte influenti-
as celorum herbas ⁊ lapides ⁊c. Et ideo Aug.
vbi. s. ait. Quam igitur felices erant primi ho-
mines. Nullis perturbationibus animoꝝ agi-
tabantur. Nullis corporum ledebantur incom-

modis ⁊c. A quo felici statu deiecit eos istḋ ma-
ledictum carnis spiritium. Tertia Ade ⁊ Eue no-
bilitas dicitur spiritualis. s. anime quaz nobis
ad memoriam reducere perutile erit. Naz si q̃s
fuerit filius alicuius magni imperatoris dum
rememoratur gloriam patris si ipse sit in penu-
ria ⁊ egestate dolet se amisisse paternas diuiti-
as: ⁊ si ad illas sit possibilis accessus conat͛ ꝓ
viribus illas recuperare. Dicitur enim Eccĩ. iij.
Gloria hominis ex honore patris sui: ⁊ dedec⁹
filij parens sine honore. Ista autem nobilitas
excellentior est alijs duabus. s. locali ⁊ corpora-
li. Unde notandum est ꝙ magister. ij. dis. xxiij.
recitat opiniones de cognitione primi parẽtis
de qua cognitione etiam tractat Alexan. de al.
in. ij. parte summe. in tractatu de sciẽtia primo-
rum parentum. Positis aũt opinionibus ipse
magister postea ponit suam dicens. Qꝫ est tri-
plex cognitio de deo. Prima est patrie ⁊ glorie
que cõsistit in clara dei visione. De qua inquit
Pau. ꝑ. Coꝛ. xiij. Tunc cognoscam sicut ⁊ cogni-
tus sum. ⁊ ꝑ. Joh. iij. dicitur. Uidebimus eum
sicuti est. Et hanc cognitionem nõ habuit Adã
cum nõ esset in gloria. Scḋa autez cognitio est
viatorum que est cognitio nostra: quaz de deo
possumus hr̃e per creaturas: ⁊ ista est enigma-
tica. de qua Paulus vbi. s. ait. Uidemus nũc ꝑ
speculum in enigmate: tunc autem facie ad fa-
ciem. Unde dicit Augu. xiiij. de ciuitate dei. Qꝫ
enigma est visio obscura: vt exempli causa ali-
ter videtur denarius detentus in manu: ⁊ ali-
ter proiectus in aqua vel representatus in spe-
culo. Nos aũt habemus cognitionẽ obscuram
multis de causis. Primo ꝑ pctm̃ primi parẽtis:
quo vulnerati sumus vulnere ignorantie. Su-
mus etiam ꝓ peccatis nostris obtenebrati: ⁊ ꝓ
temporalibus implicati: ⁊ ex grauedine corpo-
ris totaliter depressi: q͛ corpus qḋ corrumpit͛
aggrauat animam. Sap. ix. Cognitio autez pri-
mi parentis erat media inter cognitionez bea-
torum ⁊ nostrã. Nam sicut eius habitatio erat
quasi media inter celum ⁊ terrã: tenebat tñ se
plus ex parte terre q̃ celi: sic ⁊ ipsius cognitio.
Unde videbat deum per speculuz clarum ⁊ nõ
obscurum cum haberet carentiam predictorũ.
Et ideo Hugo in li. de sacramentis ait. Cogno-
uit hõ creatorẽ suũ nõ ea cognitiõe qua mõ a
credentibus absens fide queritur: sed ea qua
tunc per presentiã cõtemplationis scientia ma-
nifesta cernebatur. hec ille. Sed ꝓ clariori eui-
dentia cognitionis Ade: est sciendũ ꝙ quadru-
plex est modus cognoscẽdi deum. Omne enim
qḋ cognoscitur: oportet ꝙ sit p̃sens intellectui.

Et hoc fieri potest quadrupliciter. Aut enim
est presens per fidem: et hec est cognitio no-
stra: que cognitio in prophetis et euangelistis
fuit clara et manifesta cum ipsi viderent spiri
tusancto dictante omnia predicta. Nos vero ip
sam cognitionem habemus per fidem et audi
tum: qr fides est ex auditu: auditus autem fit
per verbum christi. Ad Roma. x. Nam ꝙ deus
sit trinus in personis: et vnus in essentia et ꝙ
deberet incarnari et mori etc. Erat presens in-
tellectui prophetarũ et apostolorum. Nobis aũt
ista sunt presentia per credulitatẽ. Et hic mo-
dus cognitionis in Adam non fuit cũ nullus
alius eum instrueret nisi deus. Secundo ali-
quid est presens intellectui per contemplatio
nem que tanto est nobilior quanto altior et ex-
cellentior: et hanc cognitionẽ habuerunt mul-
ti sancti: vt Augustinus: Ambrosius: Hierony
mus: Gregorius: et alij q̄plures. Et hanc co-
gnitionem excellẽtiori modo habuit Adam cũ
haberet corpus magis subtile et mentem ma
gis aptam ad deum contemplandum: et idem
fuisset de nobis si ipse non peccasset. Tertio est
aliquid presens intellectui in signo sicut est
apparitio: et hec est gratia specialis: vt fuit ap
paritio Abrae et aliorũ in veteri et nouo testa-
mento: et hanc habuit Adam: cum deus creãs
illum mõstrauerit se ei post creationem in sub
iecta creatura. Et similiter apparuit ei post la
psum. Unde si adam non peccasset deus ei fre
quenter apparuisset: et cum eo locutus fuisset
et similiter nobis. O felix cognitio. O clara sci
entia. O iocunda confabulatio. Si enim in cu
ria principis temporalis magnum reputatur
posse familiariter alloqui principem: quando
quis vult et esse suũ secretarium. Que consola
tio fuisset Ade et nostra in dei apparitione et
allocutione. Que oia propter carnisprivium
perdidimus. Est autẽ quarto aliquid presens
intellectui clare et lucide: sicut est in beatis ipse
deus: et hanc Adam non habuit: sed habuisset
in gloria. Unde Alerã. de ales in. ij. parte sum.
dist. xxij. q. xvij. dicit: ꝙ aĩa Ade fuit perfectissi
ma quantũ ad cognitionem nõ solum dei: sed
etiã omniũ aliarũ rerum. Et dicit Hugo in li-
bro de sacramentis: ꝙ talem cognitionem ha-
buit simul et semel ab ipso sue cõditionis exor
dio: vna ac simplici illustrationis diuine illu-
minatione. Et dicit Tho. j. ij. q. xciiij. ar. iij. ꝙ si
cut nobis ad gubernationem vite nostre ne-
cessariũ est cognoscere que sunt fidei vt possi-
mus peruenire ad supernaturalem finem: ita
ipse Adam habuit cognitionem de istis natu-
ralibus quantum erãnt necessaria ad guber-
nationem vite humane sm statum illum. Ex
quo elicitur ꝙ habuit cognitionem rerum di-
uinarum perfectiori modo q̄ꝫ aliqui theologi
habuerint: habuit quoqꝫ oẽs scientias mũdi.
Et similiter nos omnem predictam cognitio-
nem habuissemus: si non fuissemus per pecca
tum: et consequenter per carnisprivium priua-
ti. Essemus namqꝫ sapientiores Prisciano:
Ptolomeo: Salomone: Tullio: ceterisqꝫ omni
bus philosophis: et sapientibus qui vnq̄ fue
runt. Deus enim hominem preposuerat cete-
ris animalibus vt ad nutũ eius oĩa obedirẽt.
Et ideo vt ait alexander. Decens erat vt natu
ras illorum cognosceret. Nam nõ decet sapiẽ-
tem committere curam suarum rerum stulto
gubernatori sed prudẽti: qm̄ acceptus est regi
minister intelligens. Prouer. xiiij. Et ideo non
decuit deũ facere hominem non intelligẽtem
sed cognoscentem cetera sue cure commissa: vt
sciret quid vnicuiqꝫ expediret: quod et fecit.
Cuius rei signum est ꝙ nomina imposuit re-
bus qđ facere non potuisset nisi rerum omniũ
proprietates sciuisset: qr vt dicitur. iiij. Meta
phy. Ratio quã significat nomen est ipsa diffi
nitio. Et ideo nomina rerum non a se nec ab
angelo imponi voluit deus: sed ab homine vt
ex hoc ostenderetur ꝙ singulorum naturam et
vsum ac officium ex insita sibi ratione cogno-
uit: que enim propter eum creata erãt ab ipso
regi et instrui debebant. Unde omniũ eorum
scientiam habuit. Et cum ille status esset per-
fectus debuit primus homo esse expeditus in
oĩbus considerationibꝫ intellectus per omnis
scientie complementum. Et sic patet quãte no
bilitatis ac scientie fuerit anima patris car-
nisprivij. s. domini Ade quam propter ipsum
cum posteritate sua amisit. Quoad quintum
de filiatione carnisprivij dicebat predictꝫ pre-
dicator facetus: ꝙ carnisprivium sic originatũ
ac baptizatum in aqua Macharonum: idest
pastillorum in aqua feruenti elixorũ: que edũ
tur in carnisprivio per Italiam noluit esse cõ
tinens: sed vxorem habere voluit cuius votum
approbans diabolus dedit ei vxorem domi-
nam gulam. Dixit enim ipse serpẽs antiquus
alijs malignis spiritibus. Non est bonum ho
minem esse solum. Faciamus ei destructorium
simile sibi. Data autem illi hac vxore dixit eis
illud Genesis. j. Crescite et multiplicamini et
replete terram. Ex qua vxore carnisprivium
genuit duodecim filios et totidem filias. De
quibus dici põt illud Deut. xxxij. Generatio

praua atqꝫ puersa ⁊ infideles filij. ⁊ ps̄. lxxvij.
Generatio praua ⁊ exasperās. ⁊ Mat. xij. Genera
tio mala ⁊ adultera. ⁊ Job. v. Longe fiēt filij
eius a salute. ⁊ Sap. iiij. Ex iniquis oēs q̄ na⸗
scunt filij testes sunt nequicie aduersus parē⸗
tes. ⁊ Ezechiel. ij. Filij dura facie ⁊ indomabi⸗
li corde. Diabolus eñ potuit dicere carnispri⸗
uio illud Osee. j. Vade ⁊ sume tibi vxorē forni
cariā: ⁊ fac tibi filios fornicationum. Primus
aūt filius carnispriuij vocat dñs preueniēs: si
ue cito veniēs: qui anteꝙ egrediatur de lecto
vel anteꝙ sit integre vestitus facit sibi porta⸗
re ad comedendū ⁊ bibendū: ⁊ nunqꝫ expectat
horā congruā epulandi. Contra qđ vitiū dicit
Eccs. x. Ve terre cuius principes mane com⸗
edunt: quo vitio laborauit Jonathas filius
Saul qui ante tēpus comedit cōtra prohibi⸗
tionem patris: vt habet. j. Reg. xiiij. De quo
Greg. iij. Moraliū ait. Mortis quippe sniam
patris ore Jonathas audire meruit: qui in gu
stu mellis cōstitutū comedēdi tēpus antecel⸗
sit: hic aūt dñs preueniēs preest tabernarijs ⁊
cauponibus ac meretricibꝰ ⁊ hmōi qui citius
aperiunt tabernas suas ꝙ clerici ecclesias.
Scđs filiꝰ vocatur dñs delicatus: siue dñs gē
tilis: qui cōmunibus cibis nunꝙ est cōtentus
sed semper vult cibos exquisitos: ⁊ hic posse⸗
dit filios israel in deserto. Vñ Numeri. xj. ha⸗
betur ꝙ cōcupierūt carnes. ⁊ ps̄. cv. ait. Con⸗
cupierūt cōcupiscentiā in deserto. Super quo
Grego. inqt. Ex egypto populus ductus in he
remo occubuit: qui despecto māna cibos car⸗
nium petiuit quos lautiores putauit. Et hic
dñs est magni animi: ⁊ stat vt plurimū cū im⸗
peratoribus: regibus: pōtificibꝰ: epis: ⁊ pingui
bus sacerdotibꝰ: et vniuersaliter cū nobilibus
⁊ magnis dñis. Et hoc vitio laborauit ille di⸗
ues epulo. de quo dr Luce. xvj. ꝙ epulabatur
quotidie splēdide. Tertius filius vocatur dñs
curiosus: siue studiosus: qui de nocte cogitat
qđ comedere debeat in die: et nimiū studet in
preparādis comestibilibus. Et hoc fuit vitium
filioꝝ Heli: vt habetur. j. Reg. ij. Super quo
Greg. inquit. Prima filioꝝ Heli culpa suborta
est: ꝙ non antiquo more coctas vellēt se sacri⸗
ficio carnes accipere: sed crudas q̄rerent quas
accuratius exhiberent. Et hic dñs stat coiter
cū mulieribus coquinarijs et hospitia tenēti⸗
bus. Vñ Jsido. ait. Tota die epulas ruminant
qui ad explendam gulam delitias vespere pre
parant. Quartus filius vocatur dñs Tropus
siue dominus omnia consumens. Quo vitio
laborauit populus sodomorum. De quo Eze⸗
chielis. xvj. dicitur. Hec fuit iniquitas sodome
abundantia panis et vini: et ocium. Super
quo Grego. ait. Aperte ostenditur ꝙ icirco sa
lutem perdidit: quia cum superbie vitio men⸗
suram moderate refectionis excessit. et Hiero
ny. inquit. Pluuia illa est optima que sensim
descendit. Subitus autem nimius et preceps
ymber arua subuertit. Et hic dominus cōmu⸗
niter stat cum omnibus tam laicis qꝫ clericis:
qui nimium comedunt. sicut dñs Zanfronus:
qui tēpore nostro viuens tantū comedebat in
vna refectione quantum vigintiquinqꝫ homi
nibus satisfecisset. Quintus filius vocatur do
minus insatiabilis siue dñs ingurgitans: qui
habens gulam pilosam: totius ad deuorandū
cibum inardescit: ⁊ cito omnia sine debita ma⸗
sticatione deglutire querit: malam partem so
cijs relinquens. Habet enim vnum bolum in
ore: alium sco in manu: ⁊ tertium respicit ocu⸗
lo: et nihil relinquit in incisorio: vel parapside
Et ideo nullus libenter comedit cum tali: qui
deuorat partem suam et socij: nec sufficit sibi
quicꝙ apparatus: sed videt ei quicquid appo⸗
nitur esse paruꝫ: ⁊ hoc prouenit quia sequitur
appetitum bestialem ⁊ non regitur aliqua ra
tione. Et hic dñs dominat precipue tēpore ie⸗
iunioꝝ ⁊ famis: ⁊ stat cum illis qui intrantes
domū vociferant contra vxores ⁊ familias vt
cito cibos expediant ⁊ preparent ⁊ comedunt
tanꝙ rabidi canes. Impletū semper os tenē⸗
tes ⁊ anteqꝫ primū bolū deglutiuerint ponen
tes secūdū: et hoc vitio laborauit Esau filius
Jsaac. Gen. xxv. De quo Grego. inquit. Primo
genitorum gloriā Esau amisit: qui magno estu
desiderij vilē cibum: idest lenticulam concupi⸗
uit: quā dum vēdendis primogenitis pretulit
quo in illam appetitu anhelaret indicauit. Ex
quibus cōcluditur ꝙ sepe aliquis plus peccat
comedendo etiam vilissima cū nimia auidita
te: ꝙ alius preciosiora cum minori affectione.
Hos aūt quinqꝫ filios gule ponit ipse Greg.
xxx. moral. Sextus filius vocatur dñs acidio⸗
sus: siue dñs piger lentus. De quo vitio inqt
Hiero. in lib. contra Jouinianum. Comeden⸗
dum est ⁊ bibendum: ⁊ dormiendum: ⁊ post⸗
ea incētiua carnis sentienda. Hic enim filius
cum bene satiatus fuerit nō potest quicꝙ be⸗
ne operari: sed vult aut iacere ⁊ sedere: aut dor
mire: et ociose viuere. Unde Grego. ait. Gule
deditos leuitas prorsus operis et ociositas se
quitur. Quo vitio laborauit Holofernes. De
quo dicitur Judith. xiij. Porro Holofernes ia
cebat in lecto nimia ebrietate sopitꝰ. Septimꝰ

filius dr dña Ololanus qui nihil ꝙ potus & ebrium q̄ritat. Ait em̄ Salomō de vino & ebrieta te. Prouer. xx. Quicūq̄ his delectat̄ nō erit sa piēs. & Esa. xxviij. dr de ebriosis. Absorpti sunt a vino: errauerūt i ebrietate: & ignorauerūt iu diciū. & Osee. iiij. Uinum & ebrietas aufert cor. Octauus filius vocat̄ tetibonus: siue dñs lu dū agēs. De quo exponi pōt illud Exod. xxxij. Sedit ppl's mādu care & bibere: & surrexerūt lu dere. Iste em̄ nō delectatur nisi in ludis & sola cijs. Un̄ ꝓpter carnisp̄uiū verificat̄ illud Za charie. viij. Platee ciuitat̄ implebunt̄ pueris & puellis ludētibus. & illud Esa. xiij. Requiescēt ibi bestie: & pilosi saltabūt ibi. Bonus aūt vir & bona mulier ab his iocis & ludis norms abstinet. Un̄ dicere pōt illud Hiere. xv. Non sedi in cōsilio ludentiū. Nonus filius dr dñs Cecus. Nā vt ait Ouid. in eplis. epla. iiij. Quid decet at nō videt vllus amans. Et iō amor depingit̄ Cecus. Quapropter dict' p̄dicator exponebat de carnisp̄uio illud Luc. xviij. Cecus sedebat secus viā mēdicās: qđ ponit̄ in dñica q̄nquage sime: quo die pōt de carnisp̄uio p̄dicari & acci pi illud ꝓ themate. Nō em̄ de hoc p̄dicādū est in quadragesima: sed solum illo tpe quo hoies vacāt dissolutionibus: & nolūt ire ad p̄dicatio nes: q: forte vt audiāt p̄dicari de carnisp̄uio ibūt: & sic audiēt reprehēdi suas dissolutiones & cognoscēt ꝙ in veritate sunt ceci: q̄ in via hu ius mūdi stāt mēdicātes & priuati lumine diui ne grē. vn̄ Grego. sup p̄dicta v̄ba ait in homel. Cecus iste eū genus humanū: qđ in parēte pri mo a paradisi gaudijs expulsum damnatiōis sue tenebras patit̄. Decimus filius dr dñs In iuriosus. vt em̄ dicit Salomō Prouer. ij. Lotu melia res inebrietas. c. Luxuriosa. xxxv. dist. & Ecci. xxvi. dr. Mulier ebriosa: ira magna & con tumelia: & turpitudo illius non tegef. Undeci mus filius dr dñs nullatenēsis: siue dñs paup culus. Scriptū est enim Ecci. xix. Operarius ebriosus nō locupletabit̄ &c. Duodecimus fili us vocat̄ dñs reuelās: est em̄ sicut Quintus cu rius romanus: qui nihil poterat tenere secretū vt refert Salustius in Cathilinario. De quo vi tio dr Prouer. xxxi. Nullū secretum vbi regnat ebrietas. O dānata filiatio. O iniqua ꝓgenies O ꝓles maledicta carnisp̄uij: quō hodiernis tpibus replesti terrā. Ne aūt mulieres possent gl'iari ꝙ nulle femine nate sint ex carnisp̄uio Ideo dicebat dictus p̄dicator ꝙ etiā multas filias ex eadē vxore generauit. Prima aūt voca tur dña Bibiana habēs oculos suffossos & lace ratos atq̄ īfectos ꝓpter vinū: iuxta illud Pro uer. xxiij. Cui suffossio oculorum nōne his q̄ cō morat̄ in vino: & studet calicibus epotādis. Se cunda vocat̄ dña Linguigeria: vel dña loqua citas. Ait em̄ Grego. j. moral. Pene semp epu las loquacitas sequit̄. Cūq̄ vēter reficitur: lin gua distrenat̄. Sicut nāq̄ tibia tunc bn̄ sonat qn̄ vento plena est: sic etiā carnisp̄uio vacan tes pleni cibo & potu vt pice faciūt: & vnus pro decē loquit̄: nec pōt sufficere vt socius loquat̄: sed ipse solus vult semper loqui: & post vana & ociosa verba venit̄ ad inhonesta & turpia. De q̄bus Basilius ad nepotes scribit. Praue cōfa bulationes vie q̄dā sunt ad facinora. Itē tales post nimiā comestionē incipiūt trufari ac deri dere alios: tā seculares ꝙ religiosi: diuersisq̄ noībus eos appellant: alios appellātes Hypo crita: alium fratrē stupā: & aliū fratrē bouiū: & sic faciūt de mulieribus baptizantes eas suo mō. Tertia filia dr dña immundicia: de vacātibus em̄ carnisp̄uio dici pōt illđ. ij. Pe. ij. Post carnem in cōcupiscentia immūdicie ambulāt. Et illud Ezech. xiij. Posuerunt immundicias suas in corporibus suis. Quarta dr dña destru ctrix. Un̄ Greg. xxx. moral. ait. Dum vēter nō re stringit̄ ꝑ carnis cōcupiscētiā ois simul virtu tes obruūtur &c. Quinta dr dña familiaritas. Filie enim vestre tēpore carnisp̄uij cū trāsue stitis cōuersantes: & cū viris familiaritatē con trahentes & ecōtra in multa facinora post ea di labunt̄: & verificat̄ illud saluatoris nr̄i dictum Mat. x. Inimici hois domestici eius. Sexta dr dña infirma. Post multas em̄ epulationes sentiūt dolorē capitis & stomachi: incurruntq̄ varias infirmitates: vt dr Ecci. xxxj. Septima dr dña Inhonesta: siue frontosa. De qua dicit̄ Apoc. vij. Ecce mulier occurrit ei ornatu mere tricio parata ad capiendas animas. Quando enim fiunt vanitates ex ornamenta meretricia nisi tpe carnisp̄uij. Iste aūt vane mulieres co nantur destruere ꝙ ecclesia sancta dei studet operari. Ipsa enim sancta mater ecclesia in oi bus actibus suis ducta a spūsctō: vidēs popu lum xp̄ianū carnisp̄uij ire post dissolutiones volensq̄ eū retrahere incipit in septuagesima vestire altaria nigris vestibus: vt excitet eū ad fletum ex memoria passionis christi sicut facie bat illa mulier que filio suo ostēdebat camisiā patris sui mortui sanguinolentā: sed iste perfi de mulieres ecōtrario ostendunt viris vanita tes & carnes suas discoopertas: & similiter viri mulierib': & maxime post comesatiōes & ebrie tates. Propriū est em̄ ebrietatis femora denu dare: & ad luxuriā incitare. xxxv. dist. c. j. &c.

Tertia die aque ipsi9 maris redigent in pristinũ statũ ⁊ fiet adeq̃tio ⁊ tranq̃llitas in aq̃s. Sicut aũt exaltatio maris ⁊ depssio ac cõturbatio ei9 significat ꝯturbationẽ ⁊ ꝯculcationẽ maloꝝ. iuxta illud Esa. lvij. Cor impij q̃si mare feruẽs qđ q̃escere nõ põt: ⁊ redũdant fluct9 ei9 in ꝯculcationẽ ⁊ luctũ. Ita ipsi9 maris tranq̃llitas denotabit ꝙ boni q̃ in hoc mũdo q̃ mari assimilat fuerũt diuersis cõquassationib9 agitati pfectã quietẽ recipiãt ⁊ ꝯsolationẽ. iuxta illud qđ dr deo Tobie. iij. Post tẽpestatẽ tranquillũ facis: ⁊ post lachrymationẽ ⁊ fletũ exultationem infundis. Quarta die oẽs belue ⁊ aĩalia q̃ mouent in aq̃s cõgregabunt ⁊ eleuabunt sup pelag9 inuicẽ mugiẽtes. iuxta illud Sap. xvij. Mugiẽtiũ valida vox bestiarũ deficiẽtes illos faciebat pre timore. Hoc aũt signũ erit ad detestationẽ nolẽtiũ ꝯfiteri pctã sua. sicut papit Jac. v. vbi dr. Cõfitemini alterutrũ pctã vra. Nã ipe belue marine faciẽt qđ rõnales creature facere cõtẽpserũt. Ille eñ ꝓ modulo suo clamabũt ad dñm hoies vo q̃b9 data est rõ: vox ⁊ volũtas: sua pctã tacebũt. Quinta die oĩa volatilia celi ꝯgregabunt in cãpis ⁊ nõ gustabũt quicq̃ neqꝫ bibẽt: sed emittẽt voces quasdã q̃si flebiles. quasi dicãt illud Apoc. viij. Uhe vhe vhe habitãtib9 in terra. i. tractãtib9 ea q̃ corpis sunt ꝙ de terra originẽ traxit Uhe habitantibus in terra. i. in pctõ mortali vhe auaris: vhe raptorib9: vhe vsurarijs: vhe supbis: vhe tyrãnis ⁊ oppressorib9 proximorũ: vhe luxuriosis: vhe adulteris: vhe sodomitis: vhe gulosis: vhe partialib9: vhe dissolutis: iuuenibus: vhe vanis mulierib9: vhe malis religiosis clericis et sacerdotib9: vhe malis prelatis: vhe inobediẽtib9 subditis: vhe malis artificibus ⁊ mercatorib9: vhe oib9 male viuẽtib9: vhe hereticis ⁊ oibus infidelib9: vhe vobis impijs q̃ dereliq̃stis legem dñi altissimi. Ecc̃i. xlj. Uhe gẽti peccatrici: populo graui iniq̃tate: semini nequã: filijs sceleratis. Esa. j. Uhe q̃ contradicit factori suo. Esa. xlv. Sexta die flamma maxima cõsurget ab occasu solis currẽs cõtra faciẽ firmamẽti vsqꝫ ad oriẽtẽ. Ad designãdũ ꝙ pctõres q̃ fuerũt frigidi in amore dei debẽt flãma infernali i ꝓprimo incẽdi. iuxta illud ps. cv. Flãma combussit pctõres. Septima die oĩa sydera tã fixa q̃ erratica spargent ex se igneas comas sicut comete ad denotandũ ꝙ oẽs status mũdi debẽt mutari. iuxta illud Lucani in. j. Mutãtẽ regna cometẽ ⁊c̃. Octaua die ita magn9 terremot9 erit, ꝙ oĩa edificia alta ꝓsternent. de q̃ Apoc. xvj. dr. Terremot9 factus est magn9 qualis nũq̃ fuit ex quo hoies fuerũt sup terrã. Et hoc signũ fiet ad detestationẽ cupiditatis hũane quasi terra nõ possit amplius auaros sup se tolerare. Uñ Esa. xv. ⁊ xxiiij. dr. Cõfractiõe cõfringet terra. Cõtritione cõteret terra. Cõmotione cõmouebit terra Agitatione agitabit terra sicut ebri9 ⁊ grauabit eã iniq̃tas. Nona die oẽs lapides scindẽtur ⁊ inuicẽ collident. Et hoc in detestationẽ eoꝝ q̃ noluerũt cõteri de pctĩs: q̃b9 dr Ecc̃i. x. Cor durũ male habebit i nouissimo: qi noluit seruare illud Johel. ij. Scindite corda vr̃a. et vñ v̄ificabit illud Ecc̃i. xvij. Cõteret cũ delinquẽte delictũ. Decima die oẽs plãte ⁊ herbe fluẽt sanguineũ rorẽ. de q̃ Johelis. ij. dicit dñs Dabo ꝓdigia in celo sursum ⁊ i terra deorsuz sanguinẽ ⁊ ignẽ et vaporẽ fumi. Et de hoc ꝓphetauit Sibylla tiburtina di. Judicij signũ tellus sudore madescet. ⁊ Esa. xxxiiij. dr. Inebriabitur terra sanguine. Et hoc ad detestationẽ eoꝝ q̃ noluerũt effundere lachrymas ex dolore pctõrum suoꝝ et memoria passionis xp̄i.

Undecima die oẽs mõtes ⁊ colles ⁊ edificia in puluerẽ redigẽtur ⁊ adequabitur terra. De quo ps. xcvj. di. Mõtes sicut cera fluxerũt a facie dñi: qr venit iudicare terrã. ⁊ Esa. iiij. dicit. Ois vallis implebit ⁊ ois mõs ⁊ collis humiliabitur: et erunt praua in directa: et aspera in vias planas: ⁊ reuelabit gloria dni ⁊c̃. Et hoc ad significãdũ ꝙ illi que habuerũt altitudinẽ ⁊ superioritatẽ ac dñationẽ super alios: in die iudicij illam habere cessabunt. Tunc eñ vt ait glo. in. c. fi. lxxxix. dist. Amplius nõ erit dñatio siue gradus maioritatꝫ vni9 ad alterũ. De hoc etiã signo predictũ fuit Baruch. v. vbi dicitur. Cõstituit deus humiliare omnẽ montẽ excelsum et conualles replere inequalitate terre.

Duodecima die omnia animalia congregabuntur in campis rugientia et nihil gustãtia. iuxta illud Hiere. ij. Super eum rugierũt leones et dederunt vocem suam. Et hoc ad denotandũ perpetuũ lamentũ damnatorũ in quorũ persona dicitur Esa. xlix. Rugiemus quasi

ptil oēs. Tredecima die oīa sepulcra ab ortu solis vsq ad occasum patebūt cadaueribꝰ ad resurgendū: ꝛ ossa mortuoꝝ simul cōgregata sup sepulcra stabūt:iuxta illud Ezech.xxxvij. Ecce ego aperiam tumulos vr̄os dicit dn̄s. Et ibidē. Accesserunt ossa ad ossa vnūquodq ad iuncturā suā:qđ erit in detestationē eoꝝ q credūt nullā aliā esse vitā ꝛ negāt resurrectiones mortuoꝝ futuras.ſm opinionē quoꝝ dr̄ p ps. xlviij. Et sepulcra eoꝝ do. i lloꝝ ineter. Quartadecima die hoies tūc viuentes de habitaculis suis recedēt discurrētq attoniti velut amētes ꝛ nihil adinuicē loquētes ex timore ꝛ stupore.iuxta illud Esa.xxxiij. Cōterriti sunt i syō peccatores:possedit timor hypocritas. qđ fiet in detestationē eoꝝ q̄ nō timēt nec credunt vētura dei iudiciū sed derident pdicantes de eo de quibus inqt ps.xiij. Non est timor dei ante oculos eoꝝ. De vagatione autem illoꝝ dicitur Sopho.j. Ambulabūt vt ceci quia dn̄o peccauerunt. Quintadecima die oēs hoīes morient̄ ꝛ resurgent cū mortuis longe ante defunctis:iuxta illud Esa.xiij. Oīs q inuētus fuerit occidetur. Et Dan.xij. Qui dormiunt in terre puluere euigilabunt ꝛc. et posito q ista signa debeant accidere credo q homines erunt ita ceci diuino iudicio q nō intelligent ea. sed tñ trepidabunt ꝛ pleni formidine deficient a sensu. Uerū quia Hieronymus non affirmat pre dicta signa debere accidere:ideo ex euangelico textu tria infallibiliter colliguntur. Primū dicitur signi redemptoris apparitio. Scd̄m corporū celestiū immutatio. Tertiū angelicarum virtutum commotio. C

Et primo canit ecclesia i festo sancte crucis dicens. Hoc signum crucis erit in celo cū dn̄s ad iudicandū venerit.et dn̄s noster iesus xp̄s Mat.xxiiij.dicit. Tunc apparebit signū filij hoīs in celo. Unde magister in iiij.di.xlviij.inqt. Angeli deferent ante eum signum crucis. Et dicit Richar.noster in eadem di.in questionibus circa litteram: q ipsamet crux in qua crucifixus est portabit ad iudicium restaurata miraculose:maximum habens splēdorem. De quo Chrys super Mat.dicit. Crux apparebit sole lucidior existens. Licet aūt aliq dixerint q non erit lignum crucis in qua mortuus est christus:sed quoddā signum illius crucis representatiuū:tñ cōiter tenetur q illamet crux i qua crucifixus est xp̄s portabitur ad iudiciū. Qui enim humana corpora redacta in pulueres eadem in numero restaurabit: illam eandem crucem numero restaurare potest. Et multo rationabilius est q ipsamet ad iudiciū portetur q̄ aliqđ signum p ea. Et hoc triplici rōne. Primo in ostēsionē gloriose victorie xp̄i: vt videant oēs q̄ mirabiliter ab eo fuerūt redempti. Scd̄o in ostensionē eius misericordie vt videāt boni q̄ misericorditer ab eo fuerunt saluati. Tertio in ostēsiones sue iustitie: vt videant mali q̄ iuste sunt dānati. Sed hic oritur dubium. Si predicta crux apparebit facta gloriosa:an nō. Et primo vr̄ dicendū q sic per dictum Chrys. preallegatū. In oppositū autē videt̄ tali rōne. Nam ſm theologos in.iiij.di. xlviij.oīa vegetabilia ꝛ mineralia ꝛ alia hmōi corruptibilia post iudiciū esse desinēt. Ergo cū crux sit de numero taliū nō permanebit: ergo desinet esse postq̄ apparuerit cū predicta claritate:ergo nō erit glorificata. Ad hoc respondet Alex. de ales in.iij. parte summe. in tractatu de aduentu xp̄i ad iudiciū nihil se hic diffinire:cum sancti ponāt diuersa. Nam aliqui dicunt q si imutabunt̄ elemēta qui corruptibilia sunt ꝛ corpora celestia:multo fortius videt̄ q etiā illud qđ fuit instrm̄ nostre redēptionis scz crux debeat imutari sicut alia corpora ꝛ elementa que sunt corruptibilia de sui natura: ꝛ sic permanere. qꝛ inquantū fuit instrumentum humane redēptionis hꝫ quādā dignitatē ꝛ cōsequēter cōgruentiā ad pmanēdū in illa claritate in qua reformabit̄. Alij tñ dicunt q sicut xp̄s in trāsfiguratione ostendit quādā claritatem manēte adhuc corpore suo mortali:ita posset in iudicio ostēdere claritatē in cruce manēte ipsa corruptibili. Et sic post talē apparitionem non oporteret q pmaneret in ppetuū: sꝫ annihilaret̄. Ego autē salua meliori opinione teneo primā. s. q in perpetuū postea durabit: vt in eternū appeat signū victorie xp̄i atq eiꝰ misericordie ꝛ iustitie. Alia quoq instrā ꝛ mysteria passiōis xp̄i reformata portabunt̄ in iudicio p angelos vel p aliquē sctōꝝ de aliquo ordine angeloꝝ. Unū possumus deuote cōtemplari q beatꝰ Frācisceus stigmatizatꝰ q̄ est i choro seraphin portabit crucē ante faciē iudicis. de q̄ canit ecclesia in officio eius. Decus morum dux minorū Frācisceus tenēs brauiū. Dic qūo corpus eius integrū pmanet cū stigmatibꝰ radiātibus more stellarū vt visum fuit ꝛc. Quia enī officiū seraphin est alios in amore dei pmouere. ideo vn̄ seraphin vel seraphicꝰ Franciscus deferēs in iudicio vexillū crucis clamabit ad oēs martyres ꝛ religiosos mundūq contēnētes ꝛ huiusmodi similes di. Uenite omnes nobiscum:cantate ꝛ exultate ac psallite:vos enim

seruastis cōsiliū dn̄i dicētis Matth.xvi. Qui vult venire post me: abneget semetip̄m ⁊ tol-lat crucē suā ⁊ sequat̄ me. Qꝛ v̄o officiū cheru-bin est ꝓmouere hoīem ad diuinā cognitionē. Jcarco vnus eoꝝ portabit colūnā in qua xp̄s fuit flagellatus: qḋ figuratū fuit in colūna: q̄ vt h̄r Exo.xiij. lucebat hebreis.s.p cognitionē fidei p noctē.i.ꝯ̄ hereticos. Et ille angelus vel sanctus ordinis cherubici clamabit ad oēs bo-nos theologos ⁊ p̄dicatores ⁊ filꝭ di. Veni-te nobiscū vos q̄ illuminastis mūdū q̄ fuistis quasi stelle lucētes añ dn̄m: cātate ⁊ exultate ac psallite. Qui em̄ docti fuerint fulgebūt q̄si splēdor firmamēti: ⁊ q̄ ad iusticiā erudiūt plu-rimos q̄si stelle in ppetuas eternitates. Dañ. xij. Qꝛ aūt officiū thronoꝝ est iudicare: cū i eis reluceat rectitudo diuini iudicij: iō vnus eoꝝ portabit lāceā q̄ aperuit latus xp̄i ⁊ clamabit ad oēs iustos principes: ⁊ reges: ⁊ iudices: ac h̄mōi filꝭ di. O vos oēs iusticie administra-tores venite nobiscū ⁊ in eternuꝫ gaudere. Di-xit em̄ dn̄s p p̄s.cv. Beati qui custodiunt iudi-ciū ⁊ faciūt iusticiā in oī t̄pe. Preterea qꝛ offi-ciū dn̄ationū est s̄m Grego. instruere in bello sp̄ūali p macerationē carnis. Jccirco vnus eo-rū portabit malleū quo cōclauate sunt manꝰ ⁊ pedes xp̄i: ⁊ iste clamabit ad oēs heremitas ⁊ sctōs patres q̄ steterūt in deserto ⁊ h̄mōi si-miles di. Venite vos oēs q̄ corpora vr̄a subiu-gastis p macerationē carnis: seruātes cōsiliuꝫ ap̄li dicētis ad Col.iij. Mortificate mēbra ve-stra q̄ sunt sup terrā. Qꝛ v̄o officiū principatꝰ est s̄m Greg. docere hoīes qualem debeāt vni-cuiqꝫ exhibere reuerētiā: iō vnus illoꝝ porta-bit coronā spineā: ⁊ clamabit ad oēs obedien-tes ⁊ bonos subditos di. O vos oēs q̄ semper p̄latis vr̄is fuistis obsequētes ⁊ reuerētes ve-nite nobiscū: obediētia em̄ vr̄a magis placuit deo q̄ꝫ victime ⁊ oīa sacrificia. c. Sciēdū. viij. q.i. Qꝛ aūt officiū potestatū est s̄m Berñ. de-fendere hoīem vt nō amittat regimen sp̄ūale suꝑplus ꝓpter varias tētationes: iccirco vnꝰ eoꝝ portabit clauos xp̄i: qꝛ claui faciūt resistē-tiā ne aliquid exeat de loco suo: ⁊ clamabit ad eos q̄ fortes fuerūt in tētationibus di. O vos oēs. de q̄bus inq̄t ap̄ls ad Heb.xi. Fortes fa-cti sunt in bello.i. tētat. onū: venite ⁊ iubilate ac gaudete nobiscū. scriptū est em̄ Prouer.xij. Manus fortiū dn̄abit̄. Preterea qꝛ officiū vir-tutū est s̄m Dionysiū docere p̄latos vt ꝑseuerā-ter ea q̄ ad officiū p̄lationis ptinēt exequant̄ ⁊ ex tedio nō relinquāt. Jdeo vnus eoꝝ porta-bit spōgiā cū felle ⁊ aceto; ⁊ clamabit ad oēs qui fuerūt mites ⁊ māsueti di. O vos oēs qui fuistis mites ⁊ māsueti: venite nobiscū. Ait em̄ dn̄s Mat.v. Bt̄i mites q̄m hereditate posside-būt terrā illā.s. terram de qua ꝓpheta ait p̄s. xxvi. Credo videre bona dn̄i in terra viuentiū. Preterea qꝛ officiū archāgeloꝝ est s̄m Diony-siū reuelare ꝓphetias hoibus: iō vnus eorum portabit disciplinā: qꝛ p disciplinā instruimur iuxta illud psal.xvij. Et disciplina tua ipsa me docebit. Et clamabit ad oēs bonos doctores ⁊ ꝓmi instructores ⁊ correctores di. O vos oēs qui ꝓximum in via dei direxistis ⁊ a pctō-rum semita reuocastis: venite nobiscū. Jnter opa em̄ charitatis nō minimū est delinquētes corrigere: ⁊ errantē ab erroris sui semita reuo-care. c. inter opa. de spō. ⁊. c. tria sunt genera. xlv. di. Qꝛ v̄o officiū angeloꝝ est exhibere ob-sequiū circa nos ⁊ ad bn̄ faciendū incitare: iō vnus eoꝝ portabit cannā cū qua ꝑcussum fuit caput xp̄i. Et clamabit ad oēs qui bonis īspi-rationibus cōmoti in exercitio virtutū fuerūt feruētes di. O vos oēs. de q̄bꝰ dicit p̄s.lxxxiij. Jbunt de virtute in virtutē: videbit̄ deus deo-rum in syō. venite nobiscū vt induamini virtu-te ex alto. Luce.xxiiij. Vos em̄ dicere potestis deo illud Mat.vij. Dn̄e in noīe tuo virtutes multas fecimus. Et p̄dicta oīa mysteria pas-sionis intelligunt̄ p signū filij hoīs qḋ appa-rebit in celo: p qḋ etiā intelligi possunt cicatri-ces q̄ apparebūt in corpore xp̄i: vt ait Alex. de ales. vbi. s̄. s̄m Chryś. vt impleat̄ illud Zach. xij. Videbūt i quē trāsfixerūt. Nā illud Zach. xiij. dicet dn̄s patri suo. His plagis plagatus sum in domo eoꝝ q̄ me diligebāt. De hoc etiaꝫ dr̄ Apoc.i. Videbit eū oīs oculus ⁊ quo eū pu-pugerūt. Pōt q̄ꝫ p hoc intelligi signuꝫ crucis t̄pe iudicij imprimendū in frōtibus fidelium: vt ait Alex. vbi. s̄. qḋ designat̄ Ezech.x. i Thau posito sup frōtes viroꝝ gemētiū ⁊ dolentiuꝫ. Vñ Apoc.vij. di. Nolite nocere terre ⁊ mari: neqꝫ arboribus quoadusqꝫ signemus seruos dei nr̄i i frōtibus eoꝝ. Et p̄dicta sufficiāt quo ad primū signū euangelicum. D

s [S]ecundū signū h̄r Mat.xxiiij. vbi dr̄. Sol obscurabitur ⁊ luna nō dabit lu-men suū ⁊ stelle cadēt de celo. Et Lu. xxi. Erunt signa in sole ⁊ luna ⁊ stellis. Et hoc predixit Esa.xiij.c. di. Stelle celi nō expandēt lumen suum: obtenebratus est sol in ortu suo: ⁊ luna nō resplēdebit in lumine suo. Circa ob-scurationem solis. Notandum est s̄m Alexan. de ales in .iij. parte summe. ⁊ Rich. qui sequū-tur magistrum. xlviij. dist. iiij. li. q solem ⁊ lu-

nam obscurari pōt intelligi: vel in ipso aduen
tu iudicis: ⁊ sic dicunt obscurari non sui lumi
nis priuatione: sed superueniente maioris lumi
nis claritate: vt ait Hiero. qꝛ maius lumē of-
fuscat minus. vñ Chrys. sup Matth. inqt. Si
cut in hoc sclo luna ⁊ sydera mox obscurantur
orto sole: sic in gliosa xpi apparitione sol obte
nebrescet: ⁊ luna nō dabit ꝓpriū iubar. hec il
le. Licꝫ ergo sol ⁊ luna: ⁊ alia corpora celestia
nūꝙ̄ sint ꝫm virtutem charitura sua naturali
qualitate: immo in aduētu iudicis verificabi
tur illud Esa. xxx. Erit lux lune sicut lux solis:
⁊ lux solis septēpliciter: tñ dicūtur obscurari
ꝓ eo ꝙ remanētes in eis luce nō irradiabūt ab
ex ad tps ꝑ diuinā virtutē in p̄ntia gliosissimi
corporis xpi. Et hoc p̄dixit Esa. xxiiij. c. di. Eru-
bescet luna ⁊ cōfundet sol cū regnauerit dñs
exercituū in mōte syon ⁊ in hierlm ī cōspectu
senioꝝ fuerit glificatus. ⁊ ibi loquit expresse
de iudicio. Pōt etiā intelligi solē ⁊ lunā obscu
rari añ iudicis aduentū: ⁊ sic patient eclypsim
supnaturaliter: qm̄ si paterent ꝑ naturā: cum
multotiens acciderit: nō poneret inter signa.
Vñ Greg. i homel. pluriū martyrū inqt. Que
em̄ ordinate veniūt signa nō sunt cōtra natu-
rā: ergo patient eclypsim sil: ad terrorē hoim:
ꝑ naturam em̄ impossibile est ꝙ sil patiant: qꝛ
naturalis eclypsis solis causat ꝑ interpositio-
nē lune inter aspectū nr̄m ⁊ solis. Eclypsis vo
lune causat ꝑ diametralē interpositionē terre
inter solē ⁊ lunā. De illa ergo horribili eclypsi
ꝓphetatū est Joh. ij. vbi dr. Sol vertet in te
nebras ⁊ luna in sanguinē anteꝗ̄ veniat dies
dñi magn⁹ ⁊ horribilis. Ista aūt eclypsis erit
differēs ab alijs: tū qꝛ erit vlis auferēs lucem
oībus partibus terre: qḋ in nulla alia eclypsi
fieri cōsueuit. Tū qꝛ diu durabit. Tū qꝛ vt p̄di
ximus nō fiet ꝑ lune interpositionē: sed ꝑ lu-
cis superuenientis maximā virtutē. De casu vo
stellarū credēdū est ꝫm Aug. in. xx. de ci. dei. c.
xxiiij. ꝙ tropica sit locutio qua dicuntur stelle
cadere de celo: eo ꝙ suo lumine videbunt pri-
uari: superueniēte maiori claritate. Proprie em̄
loquendo verificari nō posset: qꝛ corpora cele-
stia nō sunt grauia nec corruptibilia ꝫm Aris.
in. j. de celo ⁊ mūdo. Itē stella est dēsior pars
sui orbis ⁊ est fixa in celo ꝫm Ptolomeū: ⁊ iō
cadere nō pōt. Si ergo tenemus opinionē eo
rum q̄ dicūt iudiciū venturū de nocte: iuxta il
lud Mat. xxv. Media aūt nocte clamor fact⁹
est. Ecce spōsus venit: exite obuiā ei. dicendū
est ꝙ existētibus stellis in maxima claritate ex
serenitate aeris statim in ictu oculi ⁊ inspera-
to adueniet xp̄s cū angelis: tāta habens clari-
tatē ꝙ stelle ipso facto disparebūt ⁊ amplius
nō videbunt: ⁊ sic videbunt cecidisse de celo.
Qꝛ aūt de nocte debeat venire xp̄s ad iudiciū
videt tenere Alex. de ales. in. iij. parte summe.
in tract. de aduentu xp̄i ad iudicium. q. ij. dī.
Pōt nō incōgrue intelligi media nocte ventu
rus: qꝛ vt ait Cassiod. hoc tpe p̄mogenita egy
pti ꝑcussa sunt. Nec obstat illud ad Roma. ij.
In die reuelationis iusti iudicij dei: qꝛ ibi non
accipit dies ꝓ qualitate tpis sed rerū: qꝛ tunc
cogitationes ⁊ cōsilia singuloꝝ patebūt. j. ad
Coꝝ. iiij. hec ille. Verū qꝛ q̄dā inter quos est
Aug. exponit illa verba. Media nocte. i. nullo
sentiēte aut ꝓuidēte. Dici pōt ꝙ stelle cadent
de celo quātū ad apparitionē: qꝛ inflāmati va
pores in tāta quātitate ⁊ multitudine descen-
dent ꝙ videbunt aspiciētibus ꝙ sint stelle de
celo cadētes. Stelle em̄ similitudinarie dicte
sunt quedā impressiones ⁊ coruscatiōes ī aere
generate: q̄ tūc frequēter discurrent ꝑ aera ad
terrorē hoim. Sap. v. Ibūt directe emissiōes
fulgurū. Iste aūt expositiones de obscuratio-
ne solis ⁊ lune: ac de casu stellarū sunt ꝫm sen
sum hystoricū ⁊ litteralē. Pōt etiā intelligi so
lem ⁊ lunā obscurari ꝫm metaphoricā locutio
nē vt sit sensus. Sol obscurabit ⁊c. i. tā seuera
erit vindicta iudicis ꝙ etiā sol ⁊ luna ⁊ stelle
eam aspicere nō audebūt. Vñ Aug. ait. Mero
rē diei iudicij neqꝫ sol neqꝫ luna neqꝫ astra re
spicere poterūt. Et ita intelligit illud. Erūt si-
gna in sole luna ⁊ stellis. hec ille. Possunt q̄ꝫ
hec signa p̄dicta intelligi ꝫm sensum allegori-
cū siue spūale: vt sit sensus. Sol obscurabit. s.
xp̄s q̄ est sol iusticie illuminās oēm hoiem ve
nientē in hunc mundū. Joh. j. Unde de seipso
ait Joh. viij. Ego sum lux mundi. Tūc em̄ ob-
scurabit: qꝛ tpe antixp̄i p̄dicatione ⁊ miracu-
lis nō clarescet. In sole em̄ ꝫm Augu. tria cōsi
derant. s. ꝙ est ꝙ lucet ⁊ ꝙ calefacit: ⁊ silr in
christo tria sunt. s. diuinitas: sapientia: ⁊ boni
tas. Circa que tūc tpis parū ante iudiciū vide
bit obscurari: qꝛ hoies illius tpis in fide insta
biles: nō deū appellabūt eū sed purū hoiem:
nec credent illū fuisse hominem veritatis: sed
magis erroris nō habuisse spm̄sanctū: sed spm̄
malignū: ⁊ iō de ipso dici poterit illud Apoc.
vj. Sol factus est niger quasi saccus cilicinus
Ille q̄ sol tūc obscurabit de quo dr Malach.
vlti. Vobis timētibus nomē meū orit sol iu-
sticie ⁊ sanitas in p̄nis eius. i. brachijs in cru
ce extēsis. Antichristus aūt tūc erit valde clar⁹
qꝛ vbiqꝫ de eo predicabitur ⁊ miracula facere

videbit :ipse quoqꝫ exaltabitur ⁊ xp̄s humilia-
bitur. De quo exponi pōt illud qđ ait Salo.
Eccl's.x. Est malū qđ vidi sub sole:positū stul-
tus in dignitate sublimi:⁊ diuitē sedere deor-
sum. Per lunā aūt que tūc nō dabit lumē suū
intelligit ecclesia que illuminat a xp̄o sicut lu-
na a sole. Et iō dr̄ Apoc.xij. Signū magnū ap-
paruit in celo:mulier amicta sole.i.eccl'ia ifor-
mata xp̄i ꝯuersatiōe. Ista em̄ luna.s.eccl'ia tūc
eclypsabit ꝑ interpositionē terre.i.amoris ter-
renoꝝ inter ipsam ⁊ solē iusticie xp̄m. Et tunc
in ea nō relucebit christi humilitas vel paup-
tas nō mundi cōtemptus:non terrenoꝝ abie-
ctio vel animarum zelus. Sed cupiditas:aua-
ricia:pōpa:superbia:⁊ omnia vitia:vt ait dn̄s
Mat.xxiiij.di.ꝙ tunc abundabit iniquitas.
Unde ⁊ Chryß.super Mat.inquit. Sicut ho-
mo circa mortem multas patitur fantasias:sic
mundus in exitu multos patietur errores ⁊c.
Ista ergo luna tunc nō dabit lumen suū:q: ec-
clesia eo tp̄e sanctitatis sue lumen nō demon-
strabit:vnde obscura erit:q: nec miraculis ra-
diabit nec doctrine splendore clarescet:⁊ diui-
na officia celebrare nō poterit tēpore antixp̄i.
Dañ.viij. Per stellas aūt de celo cadentes in-
telliguntur hoīes qui sancti videbant dicētes
cum ap'lo ad Phil.iij. Nostra aūt conuersatio
in celis est:qui antixp̄i tp̄e cadent de celo.i.de
celesti conuersatione. Legimus em̄ ꝓpter tria
stellas de celo cecidisse. Primo per caudā dra-
conis Apocal. xij. Secundo per terremotum
Apoca.viij. Tertio vō per cornu Daniel. viij.
Nam antixp̄s quosdā decipiet per miraculoꝝ
falsoꝝ operationē ⁊ istos per caudā trahet:q:
sicut cauda operit bestie turpitudinē: sic falsa
miraculoꝝ operatio operiet antixp̄i iniq̄tatē.
Quosdā vō decipiet ꝑ donorum largitionē:⁊
istos ꝑ terremotū deijciet. vnde glo.sup illud
Dañ.xj. Terrā diuidet gratuito:ait. Quos em̄
antixp̄s subiugare terrore non poterit:auari-
cia subiugabit. Quosdā etiā a fide retrahet ꝑ
tormentoꝝ illationē:⁊ istos ꝑ cornu eijciet. vñ
Greg.inq̄t. Robustos quippe antichristus in-
terficiet:⁊ eos qui mente inuicti sunt corpora-
liter vincet. Uñ Dañ.viij.dr̄ de antixp̄o. Deie-
cit de stellis celi ⁊ ꝯculcauit eas. Iste sunt stel-
le que in eius ꝑsecutione obscurabunt:de qui-
bus Iohel.ij. Stelle retraxerūt lumē suum.⁊
Iob.iij. Obtenebrētur stelle caligine eius. Et
ipse antixp̄s dicere poterit illud Ezech. xxxij.
Nigrescere faciā stellas. Solemqꝫ obscurari
pōt intelligi ꝫm sensum theologicū siue mora-
lem:vt sit sensus,sol obscurabitur,i, intellect⁹
humanus:q: sicut sol inter oēs planetas : ita
intellectus iter oēs anime potētias est magis
clarus. Et sicut sol alijs planetis lucē suā cōi-
cat:ita intellectus alias potētias sue lucis vir-
tute illuminat. Iste igit sol.i. intellectus hu-
manus tp̄e antixp̄i obscurabit quātū ad fidei
nostre cognitionē:⁊ quantum ad legis diuine
obseruationē:⁊ quātū ad nr̄e cōditionis verā
cōsiderationem:q: fidem verā non habebit:le-
gem dei seruare nō curabit:⁊ magis corpus ⁊
cetera corruptibilia ꝙ̄ aīam suā immortalem
estimabit:qđ est signū stulticie ⁊ cecitatis. vñ
Ber.ait. Stulti examinatores de maximis mi-
nimam:de minimis maximā curam gerunt.
Maiorem enim curam habent de carne mor-
bida seruāda ꝙ̄ de aīa.immo vt corticem car-
nis custodiant nutriāt ⁊ impinguent: nucleū
anime sepe perdunt. hec ille. Iste quoqꝫ sol.i.
intellectus humanus qui debet eleuari in me-
dio celi ⁊ ibi stare:vt ī figura habet Iosue.x.
idest in fide ecclesie firmiter permanere:tūc de
celo ecclesie cadens nō ad diuina eleuabitur:
sed in terrenis ⁊ momētaneis defigetur:⁊ tūc
verificabit illud Amos.viij. Occidet sol meri-
die. Et hoīes illius tp̄is sic obscuratū haben-
tes intellectum dicere poterunt illud Sap.v.
Sol intelligentie non est ortus nobis:lassati
sumus in via iniquitatis ⁊ ꝑditionis ⁊ ambu-
lauimus vias difficiles:viā aūt dn̄i ignoraui-
mus. Per lunā aūt intelligitur voluntas hu-
mana:q: sicut luna illuminatur a sole:sic volū-
tas ab intellectu dirigitur. Unde philosoph⁹
iij.de aīa inquit. Volūtas nō fert nisi in preco-
gnitum. Ipsa igit volūtas que charitate ⁊ fer-
uore ⁊ bonis desiderijs ac opationibus dꝫ cla-
rescere:tp̄e antixp̄i erit tota obscura ꝑ torporē
⁊ negligentiam ⁊ mala desideria:⁊ tunc veri-
ficabitur illud Ezech.xxxij. Luna nō dabit lu-
men suum. Per stellas autem intelligitur me-
moria ⁊ potētie sensitiue. Sicut enim corpus
celeste ornatur stellis:ita corpus hoīs ornatur
memoria ⁊ potentijs sensitiuis:que debēt cir-
ca celestia exerceri:sed tp̄e antixp̄i circa terre-
na reuoluentur:⁊ ideo cadere de celo dicunt.
Aliter etiā predicta omnia exponi possunt my-
stice. Nam per solem significatur papa siue ec-
clesiastica dignitas. Per lunam vō imperator
siue regalis potestas.c. solite. de maio. ⁊ obe.
Per stellas autē intelligunt oēs alij xp̄iani q̄
sunt q̄si innumerabiles. De q̄bus dixit deus
Abrae Geñ.xv. Suspice celū ⁊ numera stellas
si potes. Sic em̄ erit semen tuū. Iste aūt sol ⁊
luna ac stelle deberēt lucere sc̄itatis splēdore

sed tēpore antixpi verificabitur illud Apoca. vj. vbi dr. q cū agnus aperuisset septimū sigillū: sol factus est niger & luna quasi sanguis: & stelle ceciderūt de celo. Per septimū nāq sigillū videtur sm quosdā intelligi septimus millenarius annus a creatione mūdi: in quo sol. i. papa siue ecclesiastica dignitas obscurabitur in cordibus hominū: ita vt in cōtēptū quodāmō habeatur et ei nō obediatur. Itē obscurabitur. i. p malā vitam & exēplaritatē denigrabitur. Ecclesiastici enim ordo pre ceteris lucere dz mētis sctitate: cordis puritate: carnis castitate: oris veritate: operis strenuitate: victus sobrietate: gestus maturitate: vestis hūilitate: & totius vite honestate vt colligi pōt ex his q habentur in. c. ecclesie. xxxv. dist. & in. c. clericus. di. xli. & . xliiij. dist. p totū. & de con se. dist. v. c. in oibus. & ex. de vi. & hone. de. c. a crapula. Sed tūc ecōtrario erit: nam ecclesiastici corū actio nō respōdebit eorū pfessioni. Eorū enim pfessio est deifica: sed actio erit demoniaca: tenebūt loca sanctorū sed nō exercere volēt opa eorū: sicut papit in. c. nō est facile. xl. dist. Luna qz. i. imperialis & regalis tpalisq ptās q lucida esse deberet p iustitiā & eqtatē: sanguinolēta erit p iniusticiā & crudelitatē et subditorū oppssionē. De qua seuitate dr in Policrato li. v. c vj. Cū in subditos ptās seuit: idem est ac si pupillū tutor psequatur vel cū suo mucrone iuguletur: ob cuius defensionē traditū sibi gladiū accepit. Tūc autē tpis poterit dici multis pncipibus regibus et imperatoribus illud Esa. j. Manus vre sanguine plene sunt. Ceteri etiā xpiani per stellas designati cadēt de celo. i. de opatione celesti et xtuali: qr de illis xificabitur illud prouerbiū pergamensiū quo dr. Ois hō in suo ministerio pauperrime seruit deo. Tropologice aūt exponēdo. Per solē q obscurabitur intelligitur charitas: q refrigescet. Mat. xxiiij. Abūdabit iniqtas & refrigescet charitas multorū. Per lunā que nō dabit lumē suū intelligitur fides q deficiet in qmpluribus xpianis. j. Tim. iiij. In nouissimis diebus discedēt quidā a fide. Hiere. vij. Perijt fides et ablata est de ore eorū. Per stellas xo cadētes de celo intelligūtur alie xtutes q euanescēt. Threñ. j. Egressus est a filia syon ois decor eius. i. ab aīa fideli ois ornatus xtutū. Hugo aūt cardinalis sup Luc. exponēs illa xba. Erūt signa i sole & luna & stellis & in terris pressura gentiū ait. Signū in sole est obscuratio: & in hoc denotatur imperia prelatorū. Signū in luna est sanguis: et in hoc notatur carnalis amor cōsanguineorum: et partialitas. Signū in stellis est casus in terrā & in hoc significatur auaricia clericorū & religiosorū. Signū aūt in terra est pressura: & in hoc notatur mutua oppressio laicorū.

E

T Ertiū signū erit angelicarū xtutū cōmotio. de qua Mat. xxiiij. dr. Uirtutes celorū mouebuntur. & Luc. xxj. idē dr. Et hoc etiā sm pfatos doctores dupliciter intelligi valet: aut p ordine xtutū: q sm Dionys. in libro de angelica hierar. est medius in media hierarchia: aut p oibus celestibus spiritibus. Si primo modo: sic virtutes celorum mouebūtur: qr angeli illius ordinis quorū officiū est circa mūdi regimē faciēdo aliqua facta insolita ad reuocandū mētes hoim in deum: per modicū tēpus ante christi aduentū facient facta maioris admirationis q vnq ante fecerint: & in ipso aduētu mouere cessabūt corpora celestia. Accipiēdo xo virtutes p oibus angelis beatis: dicūtur moueri: sm magistrum Petrū lombardū in. iiij. dist. xlviij. nō metu dānationis vel aliqua perturbatione pauoris: sed quadā admiratiōe eorū q videbūt. Et sic intelligitur illud Job. xxvj. Colūne celi pauēt & cōtremiscūt ad nutū eius. vbi Greg. ait. Quid ergo facient tabule qn tremūt colūne. Quid xgula deserti qn cedrus paradisi cōcutitur. & Remigius dicit. Quid mirū tremere homines cū in cōspectu iudicij tremunt angelice potestates. Chrys. qz in qt. Cū is angeli conscij sibi non sint: videntes tñ infinitas multitudines condēnari: nō intrepide illic stabūt. s. timore quodā reuerētiali: sm Alexā. de ales in. iij. parte summe. in tractatu de aduentu christi ad iudicium & Rich. in. iiij. dist. xlviij. Ubi etiam dicunt q virtutes celorum mouebūtur ex preparatione pugne. vñ Chrys. ait. Sicut cū rex pcessurus ad bellū cōtra aliquē expeditionē mandati in populo: dignitates oēs mouentur & exercitus cōcitatur totaq ciuitas feruet: quāto magis rege celesti exurgēte iudicare viuos et mortuos angeli spūs mouebuntur: terribiles ministri terribilē dñm precedentes. hec ille. Dicet ergo ille iudex spiritibus angelicis illud Ezech. vij. Canite tuba: preparent oēs ad preliū. Ira enim mea sup vniuersum populū.

F

H Ec sunt principalia signa que reperiūtur in euāgelio expressa: tñ multa alia horribilia signa creduntur debere accidere de qbus Lucanus aliqua ponit in. j. licz in totū nō dicat verū. Ait ergo. Sic cum cōpage soluta. Secula tot mūdi suprema coegerit hora. Antiquum repetēt chaos omnia mixta. Sydera syderibus concurrent: ignea polum.

Astra petēt: tellus extēdere littora nollet. Excutietq; fretū fratri prraria phebe. Ibit & obliquū: bigas agitare p orbē. Indignata diē poscet sibi: totaq; discors. Machina diuulsi turbabit federa mūdi. Nō est aūt mirū si horribilia signa precedēt exterminiū mundi. Nā vt dicūt doctores: qñ de⁹ vult aliquod magnū flagellū mittere in mundū solet plerūq; aliqua signa pmittere: inter que sunt tria. s. solis & lune eclypsatio & obscuratio: cometarū apparitio & portentoꝝ frequētatio: ꝓpter que timēdū est: ne immineāt in primo hoib⁹ mala. De primo inqt Ptolomeus ī suo cētiloquio. Sol & luna sunt dñi alioꝝ planetarū: eo ꝙ sunt cause toti⁹ operis & gubernatiōis stellarū. Et iō eclypsis accidētia grādia significat. & Messalla. c. vij. de tēporum varietate ait. Scito ꝙ eclypsis solis aut lune nō poterit fieri quin significet aliqđ magnum accidēs ſm qualitatē eclypsis ipsi⁹. & Vergili⁹ in. j. Georgi. ait. Sol tibi signa dabit: solē qs dicere falsum audeat: ille etiā cecos instare tumultis Sepe monet: fraudes: & operta tumescere bella &c. Vñ recitat Ricobaldus in chronicis suis ꝙ anno Neronis. iiij. solis obscuratio fuit & terremot⁹ magnus et tūc magna ꝑsecutio insurrexit contra xpianos. Tpe etiā Cōstātini tertij facta est solis obscuratio & postea Saraceni in Siciliam nauib⁹ deuenerūt et eā depredati sunt ac alia multa mala fecerūt. Silr tpe Lotharij secūdi fact⁹ est sol sanguine⁹ & post paucos dies hominū lues est secuta. De secūdo autē signo. s. apparitionis comete est sciēdū quicquid dicat Tulli⁹ in. ij. li. de natura deoꝝ. et Pictagorici: ꝙ cometa nō est stella fixa nec erratica de natura celi: sed est vapor ad volūtatem creatoris accēsus in viscosa materia et adustibili vt ait Johānes Damascen⁹. De cuius apparitione dicit Ptolome⁹ in cētiloquio ꝓpositione. c. ix. & in. ij. quadrupti. c. vlti. & Aristo. j. Metheo. ꝙ significat malos effectus. Scribit aūt Seneca in questionibus naturalib⁹ ꝙ due insule submerse sunt prenunciāte cometa. Justinus etiā scribit ꝙ anno q̄ natus est Mitridates q̄ regnauit in Asia primo anno quo regnare cepit cometa p multos dies apparuit resplēdēs tāta luce vt celū omē videretur ardere: que in quātitate videbat magnū celi spaciū occupare & in luce vincebat splendorem solis apparebatq; singulis diebus p quattuor horas. Hic autē rex crudelissimus romanis atrocia bella gessit: et homicidia multa fecit fieri: vt scribit Eutropius & etiā Valeri⁹ in rubrica de crudelitate. De his tñ cometis tenēdum est illud qđ dicā in sermone. xvj. hui⁹ partis parte. iij. Tertiū aūt signū est portētoꝝ frequētatio. Unde Plini⁹ scribit in. ij. naturalis hystorie. Anteq̄ Crassus romanus occideret a parthis ferrum pluit in Lucania: et oēs lucanos milites qui multi erāt incrassati exercitu occidit. Recitat q̄s Orosius ꝙ anno ab vrbe condita. cccclxxx. sanguis de terra e multis fontib⁹ scaturīt: et anno sequēti terribilis pestis romanos inuasit. Apud tharētinos cū panes p conuiuia frāgerētur: cruor e medijs panib⁹ fluxit: & tūc per septē cōtinuos dies grādo lapidum immixtis etiā testaꝝ fragmētis terrā latissime verberauit. Refert q̄s idē Orosius ꝙ multa bella horribilia atq; crudelia ꝓdigia maxima premonstrarūt: maxime bellū punicū cū romanis. Nā bos quidā locutus est rome dicens. Caue tibi roma. Et Aug. in. v. li. de ciui. dei. c. vlti. de hoc inqt. Omitto boues locutos: infantes nondū natos quedā v̄ba clamasse de vteris matrum volasse serpētes: feminas & gallinas in masculinū sexū fuisse cōuersas. Inter cetera aūt mala que ex post secuta sunt: ſm Orosiū in ea pugna q̄ apud cānas facta est q̄draginta quattuor milia romanoꝝ cesa sunt. & Hannibal in testimoniū victorie tres modios anulorum aureorū q̄ ex manibus interfectorū detracti fuerāt Carthaginē misit. Vñ ſm quosdā ciuitas que nūc dr̄ Pensaurū ꝓpter hoc sic appellata fuit: q: ibi dicti anuli pensati sunt. Multa q̄s ꝓdigia & signa ostēsa sunt ante destructionē Hierusalē: de q̄bus tractat Josephus in li. de bello iudaico. Inter q̄ stella quedā p annū in forma gladij stare visa est quasi imminens de sup ciuitati. Itē cū in festo populi cōuenissent octauo die mēsis aprilis: hora noctis nona tātus fulgor luminis arā tēpluq; circundedit vt dies clarissimus videret. Māsitq; spacio hore dimidie. Qđ quidē ignaris ꝓsperū visum est: sed peritis portētū exitiale apparuit. Luna insup eclypsim per duodecim noctes continuos passa est. Item ianua tēpli que erat ad oriētē cū esset ere solido induta tāti pōderis vt vix viginti viris summo conatu impellentibus clauderetur: repente hora noctis sexta sesipsa aperta est: q̄ꝫ ferreis vectibus teneret. Insuper die. xx. Maij ꝓpe solis occasum visi sunt currus et quadrige in omni regione per aerē ferri: & armatoꝝ cohortes nubibus cōmisceri. Item in nocte pentecostes sacerdotes ingressi templū ad diuina officia celebranda: primo senserūt quosdam strepitus et paulopost,

audi erũt voces clamãtes. Discedamus ab his sedibus. Quidã etiã noĩe Iesus p quattuor annos ante ipsam destructionẽ clamauit ↄtinue alta voce dicens. Vox ab oriẽte: vox ab occidẽte: vox a quattuor vẽtis: vox sup hierlm: vox super sposos ⁊ sposas: voxq; sup vniuersum populũ. Sicq; clamãs discurrebat p vicos ⁊ plateas: ⁊ flagellatus ac pcussus ⁊ ante iudicẽ flagris vsq; ad ossa laceratus vt taceret cũ quodã eiulatu semp illud replicabat addẽs. Ve hierosolymis: ve masculis ⁊ femellis. Si ḡ tot signa precesserũt iudiciũ ⁊ flagellũ particulare: pfecto plura precedẽt iudiciũ ⁊ exterminiũ generale. Et hoc pz etiã ex euãgelio: maxime Lu. xxj. c. vbi inqt dñs. Erit in terris pressura gentiũ pre cõfusione sonitus maris ⁊ fluctuũ: arescentibus hoĩbus pre timore ⁊ expectatione q̃ superueniet vniuerso orbi. ⁊ in eo. c. etiam ait. Erũt signa magna. Ex quo nõ est dubitandum ꝙ ante iudiciũ videbunt terribilia signa: nõ solũ in sole: luna: ⁊ stellis: sed etiã in aere: in auibus: in terra: ⁊ in arboribus: in mari: in aĩalibus: in aquis: in fluminib᷒: ⁊ in oĩbus abyssis: ac ceteris creaturis. Jõ inqt dñs vbi. s. Ve autem pregnãtibus ⁊ nutrientibus in diebus illis Erit eñ pressura magna sup terras. ⁊ Math. xxiiij. ait. Tũc plangent se oẽs tribus terre. s. propter terribilia signa que videbũt ante iudiciũ. O igit insensati pctõres quale erit cor vestrũ in illa hora: quõ stabit cõscia vr̃a. Multis ergo nõ timere in illo tpe: timete nũc deũ ⁊ deponite pctã vestra. Ait enim Dauid ps. cxj. Beatus vir qui timet dñm. sequit. disponet sermones suos in iudicio: q: in eternũ nõ cõmouebit. In memoria eterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.

De causis signorum precedentium iudicium vniuersale. ❧ B

t Ertia ⁊ vltima pars nr̃i sermõis dr̃ causationis. s. quare tot signa mittet deus ante diẽ iudicij? Et respondeat pdicti theologi vbi. s. ꝙ maxime hoc faciet ppter tria. Primo rõne ostensionis. s. ad ostendẽdũ q̃ terribilis erit aduentus filij dei veniẽtis ad iudicandũ: qm̃ oẽs creature tm̃ vident pauere ꝙ potius appetere cognoscunt oẽ exterminiũ q̃ tã terribilẽ iudicẽ expectare. De quo Dan. vij. dr̃. Thronus eius flãma ignis: rote eius ignis accẽsus: fluuius igneus rapidusq; egrediebat a facie eius. Propter metum ergo incutiendũ hoĩbus hec signa terribilia veniẽt. Est aũt metus instãtis vel futuri periculi cã mẽtis trepidatio, l. j. ff. qd̃ me. cau. Et pfecto talis metus nõ solũ in cõstantẽ virum cadet: de quo in. l. metũ. ff. eo. ti. sed in quẽcũq; cõstantissimũ. Ista aũt signa terribilia ⁊ formidabilia cõgrue pcedere habẽt sniam vltimã iudicij vniuersalis ⁊ seuerã vindictã eterne dãnationis reproboꝝ. Erũt eñ tanq; admonitio q̃dam pcedẽs cõdemnationẽ ⁊ punitionẽ: sicut fieri dz ƀm iura. Vñ dr̃. in. c. sacro. de sen. excõ. Prohibemus ne qs in aliquẽ sniam excõicationis pmulgare psumat: nisi competẽti admonitione premissa. ⁊. xvj. q. vij. c. Oẽs decime. dr̃: ꝙ nemo dz excõicari p pctõ: nisi trina admonitione pmissa. Multo magis excõicationẽ eternã: ⁊ perpetuã separationẽ maloꝝ a cõsortio btõꝝ debẽt admonitiones pcedere. Sicut ergo in tẽpestate coruscatio pcedit tonitruũ: licz naturaliter simul ipsum tonitruũ ⁊ coruscatio cõcausentur: ita tonitruũ diuine sententie ⁊ eterne dãnationis pcedent coruscationes portentoꝝ ⁊ signorũ: licz aũt coruscatio prius recipiat a sensu nr̃o q̃ tonitruus rõne naturali: q: illuminatio fit in instanti. ij. de aĩa. ⁊ sonus successiue: ⁊ ideo visu velocius sentimus coruscationem q̃ auditu percipiamus tonitruũ. Vñ etiã ordinatione diuina hoc pcedit vt admoneant homines se signo crucis munire ⁊ dei auxiliũ postulare ne tonitruo ⁊ fulminibus occidantur. Et siĺr taliũ horribilium signoꝝ coruscatio admonebit oẽs vt de pctis suis cõterant ⁊ peniteant: ne eternaliter perimant. Maximã itaq; incutient formidinẽ quibuscũq; etiã audacissimis viris pdicta signa. Si ergo timent hoĩes insolitã solis obscurationẽ: sicut factus fuit in morte cesaris: de qua ait Vergi. j. Georgi. Ille etiã extincto miseratus cesare romã. Cũ caput obscura nitidũ ferrugine texit. Impiaq; eternã timuerũt secula noctem. Si timẽt nõ cõsuetas tenebras: sicut egyptij: de qbus dr̃ Exod. x. Facte sunt tenebre horribiles in vniuersa terra egypti: tribus diebus nemo vidit fratrẽ suũ nec mouit se de loco in quo erat. Si timẽt terremotũ: ventoꝝ vehementiã: fortunas maris: fulgura ac coruscatiões ⁊ tonitrua: nocturnos strepitus ac serpentiũ sibilos ⁊ draconum: leonumq; rugitus: quãto magis timebũt sic horribilia signa vocesq; seuerissimi iudicis dãnantis ⁊ exprobrãtis malos. Que ↄsiderãs Hiero. sup Mat. inquit. Quotiẽs diẽ iudicij cõsidero toto corpore cõtremisco. Siue eñ comedã siue bibã siue aliquid aliud faciã: semp videt illa tuba terribilis insonare auribus meis. Surgite mortui venite ad iudiciũ. Et idem ait ad Chromaciũ ⁊ Heliodorum. Ego in scelerum meorũ

latēs sepulcro: ⁊ pctōrum vinculis colligatus: quotidie illū dñicū clamorez expecto. Hierony me veni foras. Ego deniq͂ omnia tuta timeo. Quid audis pctōr: q̄d Hiero. dicit: ⁊ quis ipse erat: nōne sanctus: nōne ꝓbus ⁊ virtuosus: nōne a curis terrenis penitus absolutus: nonne pnīa maceratus: nōne in dei opere assiduus: et tamē clamat. Ego timeo. Et cur nō times tu o amator seculi: o negligens in via dñi. O pctōr neq̄ssime cōtremisce ⁊ cōcutiantur oīa viscera tua: depone fatuitatē mētis tue qua fit vt non timeas: ⁊ sepius mēte reuolue Hieronymi verba dicentis: ego timeo.

D

s Ecūda rō illoꝝ signoꝝ ē accusationis. Nā oēs quasi creature immutabuntur parate ad vindictam cōtra pctōres: iuxta illud Sap. v. Armabit omnem creaturam ad vltionem inimicorū suoꝝ. vnde Deut. xxxi. dicitur. Inuocabo cōtra eos celū ⁊ terram. Nā cum deus oēs creaturas fecerit ad hoīs vtilitatem ⁊ oēs deo obedierunt hoī seruiendo: ipse vo hō rebellis ⁊ inobediens creatori suo extiterit: ideo accusabūt eū quasi ingratū. Clamabit nāq͂ suo modo celū. O deus oīpotens ego hoī ministraui cuz planetis meis influendo super terram ⁊ alia operando que tu iussisti: ipse vo te offendit: ergo vindica iustissime iudex. Clamabūt sol ⁊ luna ⁊ stelle. O deus magne nos dedimus pctōribus lucē vt tuū ꝓsequeremur imperiū: illi vo i oībus cōtēpserūt: fac ergo vindictā. Clamabit hoc mō aer: clamabit terra: clamabūt aque ⁊ oīa que in eis sunt. Jō Hugo de scto Vic. ait. In die vltionis nihil habebit qd̄ respōdere possit hō peccator: vbi celuz ⁊ terra: sol ⁊ luna: dies ⁊ noctes ⁊ totus mūdus: ⁊ oēs creature stabunt aduersum nos in testimoniuz peccatoꝝ nostroꝝ.

J

t Ertia rō illoꝝ signoꝝ ē cōpassionis. Mouebunt vtiq͂ quodā affectu pietatis ⁊ cōpassionis cūcte creature ad cōpatienduz miseris damnatis. vñ Chrys. super Mat. ait. Patrefamilias moriēte tota domus eius turbat: familia plāgit ⁊ nigris se vestib⁹ induit. Sic humano genere circa finē cōstituto celi ministeria lugent: ⁊ candore deposito tenebris induunt. Licz eñ oēs creature suo mō accusabūt pctā nrā dei iusticia hoc requirēte: nature tñ humane cōpatient: ⁊ eius dānationi. Plāget ergo sol eternā hoīm dānationē: planget luna: plāgēt stelle: plāgēt oīa elemēta ⁊ vniuerse creature. O q͂ durus es tu pctōr: q͂ ferreus: q͂ tibi ipsi crudelis: qui te dānandū cōspicis ⁊ morti sempiterne dedicandū ⁊ nō ploras. O saxeū pectus. O adamātinū cor. O insensibilis mēs peccatricis aīe plāge: qr sol te plāget: plāge: qr te plāget luna: plāge: q: plāgēt te oīa elemēta. Accipe exēplū illius regis de quo legit in hystoria scti Josaphat qd̄ exēpluz sctūs Barlaam illi dixit. Videt q erat qdā rex potentissimus q̄ licz in magnis esset ꝓsperitatibus: nunq͂ tñ ridebat: nūq͂ in tripudijs aut in alijs locis cōsolationē accipiebat: sed semꝑ mestus: semꝑ timidus: ⁊ semꝑ lachrymosus apparebat quē frater suus carnalis humaniter rephēdit dicens. Cū sis ita magnus rex ⁊ potēs ⁊ nullus ꝯ te insurgere possit: nullūq͂ hoīem mundi timere habeas nō est bñfactū: immo rephēdēdū illud qd̄ agis. s. semꝑ tristari ⁊ nūq͂ ꝓcerib⁹ tuis aliquā leticiā demonstrare. Cui ille dixit. Als tibi rñdebo. Erat aūt consuetudo q qñ aliqs debebat decapitari: in sero ibāt tubicines regis ad portā eius: quosdā terribiles iusticie sonit⁹ faciētes. Deinde hora matutinali ridebāt silr faciētes: hora vo tertiarū reuertētes: tertiū faciebāt signū: ⁊ ille decapitādus ad locum iusticie ducebat. Misit ergo rex illa die in sero ad domū fratris sui tubicine sonitus iusticie facientes. Quib⁹ auditis ille cepit flere ⁊ lachrymari totāq͂ noctē ille duxit insomnē in anxietatib⁹ ⁊ angustijs: veniētes aūt tubicines hora matutinali: silr fecerūt. Qd̄ audiēs ille ꝓtinus induit se vestib⁹ nigris: posuitq͂ cinerem sup caput suū: chordāq͂ collo apposuit ⁊ ꝑrexit ad curiaz regis cum maximo eiulatu: ibi expectās donec rex exurgeret. Quē diu rogātē vt corā rege duceret: tādē rex eū venire fecit. Ille vo se ad terrā ꝓijcēs misericordiaz clamare cepit. Cui rex inq̄t. Habuisti ne timorē i hac nocte postq͂ audisti tubicines mortis? Cui ille inq̄t. Nūq͂ dormiui sz angustias mortis semꝑ ab illa hora habui. Cui rex inq̄t. Si tu tm̄ me timuisti fratrem tuū quē nūq͂ offendisti: timēs ne te decapitari facerē: quare ego timere nō debeo expectans illū terribilē iudiciȷ diē: in quo corā illo seuerissimo iudice apparere debeo q̄ nullius acceptat personā: qui nō corporali morte sed eterna cōdemnat delinquentes? Si tu frater mi horruisti tm̄ tubā hoīm: tātūq͂ ꝓpter illā lachrymatus es: quō ego possum nō timere ⁊ lachrymari expectās illā horribilē dei tubā oēs ad iudiciū aduocātis. O igit stulti pctōres: o demētes hoīes: o fatui mortales: sequimini exēplum huius regis vestrosq͂ defectus plangite in hoc seculo: vt post in eternū gaudere valeatis in futuro. Amen.

Feria. ij. post dñicā primā in quadragesime

de iudicij universalis opinatiõe: discussione: et sententiatione seu diffinitione. Sermo .x. K

Congregabuntur

c ante eũ oẽs gentes. Mat. xxv. et in euãgelio occurrẽtis ferie. Q̃ sit terribilis de⁹ cõtra peccatores patet in eiectione angelorũ peccãtiũ de paradiso cũ principe eorum lucifero. de quo habet Esaie. xiiij. et .ij. Pet. ij. dr. Deus angelis peccãtib⁹ nõ pepercit: sed rudẽtibus inferni detractos in tartarũ tradidit cruciãdos. Itẽ in snia lata cõtra Adam et Euam: ejiciẽdo eos de terrestri paradiso. Gen. iij. In diluuio in quo oẽs hoies mortui sunt: exceptis octo. Gen. vij. In quinq3 ciuitatib⁹ submersis Gen. xix. In primogenitis egyptiorum interfectis. Exod. xij. In pharaone multipliciter flagellato et demũ in mari submerso. Exod. xiiij. In amalech cui⁹ memoriã deleuit. Exod. xvij. In duob⁹ filijs Aarõ ab igne deuoratis. Leuitici. x. In blasphemo lapidato. Leuiti. xxiiij. In populo deuastato post carnes comestas. Nume. xj. In Maria lepra percussa. Numeri. xij. In colligẽte ligna lapidato. Nume. xv. In dathã et abiron a terra deuoratis. et .ccl. viris thuribula in manu habẽtibus vt offerrẽt sacrificiũ cũ Chore eorum duce igne de celo descẽdẽte perēptis. Numeri. xvj. In Moyse et Aaron ad aquas contradictionis: qb⁹ dixit de⁹ q̄ ꝓpter incredulitatẽ nolebat eos ingredi terram promissionis. Nume. xx. Et finaliter in sexcẽtis milibus virorum quorum nullus intrauit terrã ꝓmissionis p̃ter duos: scz Josue et Caleph: sicut minatus fuerat dñs Nume. xiiij. In serpentibus immissis deuorãtibus populũ. Nume. xxj. In Achor cũ tota familia occiso. Josue. vij. In exterminio populi israel in q̃ mortui sũt ĩ duabus vicib⁹ .xl. milia virorum gladio: et trib⁹ Beniamin ꝓpter peccatuz Gabaonitarũ vbi mortui sunt .xxv. milia pugnatorum. Judic. xx. In heli morte damnato cum filijs. j. Reg. ij. et .iiij. In Saul reprobato. j. Reg. xv. ꝓpter cuius pctm̃ fames venit in terrã et illi post mortẽ ei⁹ destructi sunt. ij. Reg. xxij. In .lxx. milib⁹ hoib⁹ occisis ab angelo. ij. Reg. xxiiij. propter superbiaz David. Item in .clxxxv. milib⁹ occisis propter blasphemiã sennacherib. iiij. Reg. xix. In propheta occiso a leone. iij. Reg. xiij. In .xl. duob⁹ pueris ab vrsis occisis. iiij. Reg. ij. In Giezi facto leproso propter symoniam. iiij. Reg. v. In Ozia rege iuda volẽte adolere incẽsuz in altari q̃ factus est leprosus. ij. Paral. xxvj. In populo a chaldeis captiuato. ij. Macha. iij. In antiocho grauiter ĩfirmitatib⁹ ꝑcusso. ij. Macha. ix. In seruo nequã cõseruũ suffocante spoliato et incarcerato. Mat. xviij. In Anania et saphira subito decedentibus. Act. v. In Herode ab angelo ꝑcusso. Act. xij. Jdõ di Leuit. xxv. Unusquisq3 timeat deũ suũ. et Deut. iiij. dicit de⁹. Discãt timere me omni tẽpore. et Deut. vj. Dñm deũ tuũ timebis et ipi soli seruies. Et idẽ habetur Josue. xxiij. et .j. Reg. xij. et in multis alijs locis sacre scripture que causa breuitatis omitto: exhortãtur oẽs ad timendũ deũ. Unde ij. ad Cor. v. inqt apls. Timorẽ dñi oĩbus suademus. Uera est eñ illa snia Greg. in quadaz homel. di. Bene vnusqsq3 de die nouissimo formidare dz: q2 in quo inuenerit eũ suus nouissimus dies cũ de hoc seculo egredietur: taliter in die nouissimo iudicabitur. De quo iudicio tres cõsiderationes faciemus. Prima di opinationis. Scda discussionis. Tertia et vltima sentẽtiationis siue retributionis.

Pars prima. s. vtruz possit sciri quo tẽpore futurũ sit iudiciũ vniuersale? L

p Ro expeditiõe prime partis queritur. Numqd aliqs põt scire certitudinaliter diẽ et horã iudicij vniuersalis? Et rñdet ꝺm Alex. de ales in .iij. pte summe. in tract. de aduẽtu xpi ad iudiciũ. q. ij. et beatũ Bon. in .iiij. di. xlviij. art. j. q. iiij. q̄ nõ. Et hoc ꝓbat duplici rõne. Prima dr cõpletionis siue electionis: arguẽdo sic. Tũc veniet finis mũdi qñ cõplet⁹ fuerit numerus electoruz ꝺm theologos in .ij. dist. j. et .ix. quẽ numerum oportet impleri maxime vt impleantur sedes ruinose angelorum. iuxta illud ps. cix. Judicabit in nationib⁹ implebit ruinas. vñ hec fuit vna ex causis creatiõis hoĩs: ꝺm magistrũ in .ij. di. j. Sed numer⁹ electorum est soli deo cognit⁹. vñ Grego. in quadã collecta mortuorum inqt. Deus cui soli cognit⁹ est numerus electorum in supna felicitate collocandus: ergo ipsi soli est cognit⁹ finis mũdi et cõsequẽter dies iudicij. Secũda rõ dr terminationis: principiũ eñ et finis mũdi debẽt simul correspõdere: q̄ deus est principiũ et finis tot⁹ creature q̃ ait Apoc. j. et vlti. c. Ego sum principiũ et finis. Uñ inqt Alexã. de ales in .iij. pte summe. in tractatu de cõuenientia incarnationis xpi. q. ij. ꝺm Paulũ termegistũ q̄ diuina essentia est sicut sphera intelligibilis cuius centrum est vbiq3: circũferentia vero nusq̃. Sicut eñ centrũ finit lineas et ab ipso linee deducũtur: ita creator finit creaturas et deducit eas ad finẽ. Sicut ergo principiũ mundi

gnum dei possidebūt. ⁊ ad Gal. v. Manifesta sunt opa carnis que sunt fornicatio: immūdicia: impudicitia ⁊c. ⁊ cōcludit. Qui talia agūt regnū dei nō cōsequentur. ⁊ ad Heb. xiij. Fornicatores ⁊ adulteros iudicabit deus. Et hoc est cōtra illos qui dicūt fornicationē simplicē nō esse peccatū: cōtra quos est ter. in. c. meretrices. xxxij. q. iiij. ⁊. q. v. c. nō mechaberis. ⁊ cōfutat eos Tho. ij. ij. q. cliiij. ar. j. ⁊. ij. Quarta causa est auaricia. Et hoc pctm̄ pōt cōmitti multipliciter. Nā si filius ꝓhibet patrem testari ab eius hereditate repellendus est. l. ij. C. si quis ali. testa. ꝓhi. Item si testatoris mandata non seruat. Nam testamenti cōmodum meret͂ perdere qui eius mādata noluit obseruare: vt ait Aug. in li. de verbis dn̄i. ⁊ ponit in. c. silnester. xj. q. j. in. c. si heredes. de testa. ⁊ in. l. vlti. in fi. C. de fideicō. Et iste filius ꝓhibēs patrē testari vel nō implēs eius testamentū tenet͂ ad restitutionē oībus ex hoc dānificatis. Itē si filius patrē in captiuitate positū neglexerit redimere: vel positū in carcere noluerit in sua fide iussione suscipere: vel infirmo pr̄i aut indigenti nō subuenerit: vel si parētibus furiosis debitam curam non exhibuerit: his casibus oībus qui videt͂ ex auaricia ꝓcedere: pōt filius priuari hereditate paterna sm̄ iura superius allegata. Et hoc nō solum dicitur de filijs: sed etiā de quibuscūq; alijs quibus cōpeteret hereditas qui priuari possunt si in predictis delinquerint. ⁊ facit ad hoc tex. in. l. iij. ff. de his quibus vt indi. Ubi ptz ꝙ ille pōt priuari hereditate qui reos institutus p negligentiā vel culpā suā id egit vt testatrix moreret͂. ⁊ ibi dicit glo. medicum nō adhibēdo. ⁊ hmōi. His etiaꝫ causis multi priuantur hereditate celestis patrie: scꝫ auari: vsurarij: ⁊ raptores qui faciunt cōtra p̄ceptum patris celestis. Exo. xx. s. nō furtū facies ⁊c. Unde ait apl's ad Ephe. v. Ois auarus nō habet hereditatē in regno christi ⁊ dei. Fit quoq; diuino iudicio etiā in hac vita: vt sicut ipsi ꝓhibuerunt patrem suum testari: ita filij eorum eos postea testari prohibeant. Et sicut nō seruauerunt patris sui testamentū: ita etiā filij eorum nō seruent suum testamentum. Et sicut male tractauerunt patres suos ac eos in magna miseria dimiserūt: ita filij eoꝝ eos male tractent ⁊ in miseriā mori permittant: per illam christi regulam. Qua mensura mensi fueritis remetietur ⁊ vobis. Mat. vij. ⁊ Luce. vj. ⁊ apl's ait. Quecūq; seminauerit homo hec et metet. ad Gal. vj. Alij etiam sunt qui priuātur hereditate superna, s. qui paupibus negligūt subuenire. In quorum persona christus pater noster patitur in frigore: in carcere: in nuditate: in fame ⁊ siti: ⁊ in infirmitate. Unde Mat. xxv. dicet illis in iudicio vniuersali. Ite maledicti in ignem eternum. Esuriui enim ⁊ nō dedistis mihi manducare ⁊c. Et ideo Iaco. ij. dicitur. Iudicium sine misericordia fiet ei qui nō fecerit misericordiam. Hac etiā hereditate priuantur partiales ⁊ in discordiam viuentes cū proximo: quia testamentum pacis domini sui nolunt obseruare: vt ait Augu. in libro de verbis domini. Ipse enim saluator transiens ex h̄ mundo ad patrem dixit fidelibus suis. Iohā. xiiij. Pacem meam do vobis: pacem relinquo vobis: ⁊ sic fecit testamentum solenne per suū notarium Iohannem euangelistaꝫ. Qui ergo pacem cum proximo habere noluerit: cum patre celesti regnare ⁊ gaudere non poterit. Et ideo Augustinus vbi. s. ait. Pacem qui habet teneat: ⁊ qui non habet requirat: quia qui in ea inuentus non fuerit exheredabitur a patre abijcietur a filio: ⁊ a spiritusancto efficietur alienus. Quinta causa quare filius exheredari meretur est stulticia: que etiam ostenditur in duobus: scilꝫ in infami conuersatione: ⁊ in incauta presumptione. Si igitur filius efficitur maleficus: vel cum similibus conuersatur vel fit hereticus: aut cum hereticis conuersatur: potest priuari hereditate. Bona enim hereticorum ipso iure confiscantur. c. cum secundum. de here. lib. vj. Item si presumpserit crimen lese maiestatis committere. l. quisquis. C. ad legem iul. ma. ⁊. vj. q. j. si quis. His etiam causis priuantur multi hereditate celesti. Naꝫ malefici incantatores diuini: ⁊ ipsis fidem dātes peccant mortaliter. Et similiter omnes heretici sunt excommunicati excommunicatione papali: vt pater in processu curie: ⁊ hic solus est casus quo papa excommunicari potest xxiij q. j. c. j. ⁊. ij. ⁊ de here. c. ad abolendam. ⁊ c. excommunicamus. l. j. ⁊. ij. similiter de illis qui presumunt aliquid indignum cōtra sacramenta dei: vt abutētes corpore christi vel oleo sancto aut aqua benedicta: quod est crimen lese maiestatis diuine. Item omnes qui facere presumunt contra sacra vota deo dicata. Nam omnes tales omni iure merito: ac iustissime priuantur paterna ⁊ celesti hereditate nec amplius nominari possunt filij dei: sed diaboli: ⁊ sic decedentes erunt in eternum maledicti. Sed iam ad expositionem orationis dominice reuertamur qui de dei filiatione tantopere gratulamur. Postq̄ autem saluator

Noster docuit nos dicere deo: pater nr̃. ꝓtinus addidit: q̃ es in celis. qđ ẜm Alexan. de ales in iiij. pte summe. q. xxxvj. mẽbro. iiij. đi multis de causis. Prima est illa quã ponit Hugo de scto victore in li. de sacramẽtis dicẽs. In celis de⁹ maxime habitare đi cũ tñ vbiq̃ sit: qꝫ p ce los intelligunt angeli ⁊ hoies iusti in quibus maxime habitat de⁹ sicut scriptũ est. Aĩa iusti sedes est sapiẽtie: qđ hr̃ Sap. ix. Aug. q̃z in li. de orone dñica exponit dicẽs. In celis. i. in san ctis ⁊ iustis. Nõ em̃ spacio locorũ cõtinet de⁹. Quẽadmodũ em̃ terra appellat⁹ est peccatori cui ei dictũ est. Terra es ⁊ in terrã reuerteris. Gene. iij. sic iustus celũ ecõtrario dici põt. Justis em̃ đr templũ dei sanctũ est qđ estis vos. j. ad Cor. iij. Et accommodatissima ista locutio est vt spũaliter tãtũ interesse videat inter iustos ⁊ peccatores quantũ inter celũ ⁊ terrã. Et Amb. in. iij. de sacramẽtis dicit. Habes ꝙ sup celos celoꝝ dñs sit quasi nõ in celis vt angeli: sed in celis de quib⁹ dictũ est. Celi enarrãt gloriã dei. Sanctus Bo Bona. in expositiõe orationis dñi ce sic exponit. In celis. i. in angelis vel sanctis qui dicunt celi quadrupliciter. s. vite sublimi tate. ad Phil. iij. Nostra aũt conuersatio in ce lis est. Itẽ bonoꝝ operuꝫ claritate. Ad Phil. ij. inter quos luceris sicut luminaria in mũdo verbũ vite continẽtes. ⁊ Math. v. Uos estis lux mũdi. Sic luceat lux vestra corã hoib⁹ ⁊c̃. Itẽ ꝓpositi firmitate. ps. xxxij. Uerbo dñi celi firmati sunt ⁊c̃. Itẽ deo in eis quiescẽte p gra tiam. qui ait Esa. lxvj. Celuꝫ mihi sedes est. et ps. cij. ait. Dñs in celo parauit sedem suam. et Amb. in. iij. de sacramẽtis inquit. Celũ est vbi culpa cessauit. Celum est vbi nullum mortis est vulnus. Alexan. aũt de ales aliam causam vbi. s. assignat dicẽs. Deus dicitur esse in celis vt ostẽdatur immensitas diuine potentie que existẽs in celis generat nos filios per adoptio nẽ in terris: cuius cõtrariũ mali senserunt. ẜm qđ legit Job. xxij. vbi dixerũt. Quid nouit do minus. Et quasi per caligineꝫ iudicat. Nubes latibulũ eius nec nostra cõsiderat: et circa car dines celi perambulat. Item alia est ratio: vt sic orãs a terra abducatur: et in celis quantuꝫ ad celibẽ cõuersationẽ affligatur. Unũ Chrys. in homel. sup Mat. ait. In celis aũt dicit non illinc deũ cõcludẽs: sed a terra abducens oran tem: ⁊ in excelsis affigẽs regionibus ⁊ superio ribus cõuersationibus. hec ille. Qui etiam ait. Addidit autẽ: qui es in celis: vt sciamus nos habere patrẽ celestẽ: ⁊ erubescãt se terrenis re bus substernere q̃ patrẽ habẽt in celis Theo philus aũt exponit dicẽs. Nõ aũt dicit: qui est in celis. tanq̃ ibi circũscribat: sed ad celos eri gat auditorẽ ⁊ abstrahat a terrenis. Alexã. vo de ales aliã causam assignat dicẽs. Per hoc si gnificatur ꝙ celestia simpliciter petẽda sunt. Unũ Hugo ait. Si dixisset q̃ vbiq̃ es: verũ di xisset. Sed ne inepta ⁊ inania queritãdo men te vagemur dixit: qui es in celis. vt mẽte radi cata que sunt vtilia queramus. In collationi bus aũt patrũ dicit. Hoc dixit vt illã regionẽ in qua patrẽ nostrum cõmorari fatemur: sum mo desiderio ꝓperemus. Hugo vo cardinalis sup Lucã ait. ꝙ Lucas nõ posuit illa verba: qui est in celis. vt innuat deum esse vbiq̃ per potentiam presentiam ⁊ essentiam. Mattheus vo addidit propter septem causas. Primo vt oremus in spiritusancto ⁊ mundo. quale est ce lum. Johan. iiij. Deus spiritus est: et eos qui adorant eum oportet adorare in spiritu ⁊ veri tate. Secũdo vt celestia petamus nõ terrena. Joh. xvj. Usq̃ mõ non petistis quicq̃ in noie meo: petite vt gaudiũ vestrũ sit plenũ. Tertio vt ad celi habitaculum tẽdamus dicẽtes deo Cant. j. Trahe me post te ⁊c̃. Quarto vt in al tissimo cõfidamus cui assistunt angeli: dicẽte ps. cxxiiij. Qui cõfidunt in dño sicut mõs syõ: nõ commouebitur in eternum qui habitat in hierusalem. Quinto vt sanctũ imitemur. Le uiti. xx. Sancti estote: quia ego sanctus sum. Sexto vt ostẽdatur ꝙ potẽs est dare qđ peti tur: quasi pater existens in cellario pleno ⁊ re fert omniũ bonoꝝ affluentia. Unũ cũ dicimus: qui est in celis. idem est ac si diceremus. da no bis qđ petimus: quia potes. Es em̃ in cellario tuo: vbi omne bonum affluit ⁊ redundat. j. ad Timo. vj. Beatus et solus potens rex regũ et dñs dominantiũ: qui solus habet immortali tatem ⁊c̃. ⁊ ad Roma. x. Idem deus omniũ di ues in omnes qui inuocant illũ. Unde sponsa congratulans ait Cant. j. Introduxit me rex in cellaria sua. Exultabim⁹ et letabimur in te. Septimo vt ostẽderet qualis locus nobis pre paratur et vbi de quo ipse saluator ait. Johã. xiiij. Uado parare vobis locum. ⁊ Johã. xvij. Quos dedisti mihi: volo vt vbi ego sum ⁊ illi sint mecum. hec ille. Nicolaus aũt de lyra sup Matth. dicit. ꝙ ideo dicitur: qui es in celis. qꝛ licꝫ sit in oĩbus per essentiã. presentiam: ⁊ po tentiam: ⁊ speciali modo in iustis per gratiam tamẽ specialissime excellentia eius relucet in beatis per gloriam. BB

q Uoad tertium principale de dominice orationis continentia oportet decla

Pater noster q es i celis

rare particulariter oēs petitiones in ea cōtentas. Quarū prima est: sanctificeẞ nomē tuum. qđ exponit Nicolaus de lyra vbi.s. dicēs. Nō petimus ꝙ aliqua sctitas ei accrescat: q2 hoc est impossibile: sed vt sctitas q̄ ei eternaliter inest reluceat ampli⁹ in creaturis: ⁊ primo et principaliter queraẞ in opibus humanis. ẞm qđ dicit Apls. j. ad Cor. x. Oia in gloriam dei facite. Aug. vo dicit vbi.s. Ita dr de⁹ sanctificari sicut glorificari et magnificari. ⁊ Amb. in v. de sacris ait. Nomē eius sctificari in nobis est ei⁹ sanctificationē ad nos puenire. ⁊ glosa Aug. sup Mat. dicit. Nomē patris petimus sanctificari: nō vt ipse sanctior sit: sed vt in nobis opereẞ augmentū sue sanctificationis. Et vt q̄ in baptismo sanctificati sumus: in eo qđ esse cepim⁹ pseuerem⁹. ⁊ iterū ait. Hic spiritū sapientie oramus: ne a sctitate nois in aliquo discrepemus: sed patris nomē in filijs vita et morib⁹ ostēdamus: ⁊ rursum inqt sanctificeẞ. idest ita vt est sanctū habeaẞ hoibus: ⁊ ita innotescat illis vt dies vt nō putetur aliqđ sanctius. ⁊ iterū ad Probā scribit di. Cū dicimus sanctificeẞ nomē tuū: admonemur desiderare nomē ei⁹ qđ sanctū est: apud hoies semp sctm̄ habeaẞ. Tit⁹ aūt expositor sup Lucā ait. Sanctificeẞ nomē tuū. i. nota sit sctitas tua mūdo: ⁊ laudet te decēter. Rectos em̄ decet collaudatio. Iussit igiẞ orare ꝑ emēdatione mūdi totius. hec ille. Chrys. vo in homel. exponit. Sāctificeẞ. i. p nostraꝫ vitā glorificeẞ. q. d. Ita fac nos viuere vt p nos vniuersa te glorificēt. Digna est em̄ deū deprecātis oratio nihil petere ante patris gloriā: sed oia eius laudi postponere. ⁊ Grego. nisenus predicta cōfirmās addit. Quis em̄ est adeo bestialis: q̄ vidēs in credētibus vitā purā: nō glorificet nomē inuocatū in tali vita. Chrys. etiā dicit. Sicut cū qs celi pulchritudinē aspicit: dicit. gloria tibi dñe: sic etiā cū aspicit alicui⁹ ꝟtute: q2 hois virtus multo magis ꝙ celū glorificat deū. Et iterū ait. Sanctificamus deū in nobis qn sciētes eū sanctuꝫ: eū timemus ⁊ sollicite vigilam⁹: ne forte violemus sanctitatem nois eius in nobis p mala opera. Possumus etiā exponere. Sanctificeẞ: idest sanctū prediceẞ ⁊ manifestetur cūctis gētibus: sicut fecit ipse dñs q̄ ait Ioh. xvij. Pater manifestaui nomē tuū hoibus. Scđa autē petitio est. Adueniat regnū tuū. Pro cuius intelligētia dicit Alex. de ales in. iiij. pte summe q. xxxvij. mēbro. iiij. ꝙ regnū dei multipliciter accipiẞ. Primo ꝑ ecclesia militante: q2 regitur iuxta illud Matth. v. Qui soluerit vnum de

Nota

mādatis istis minimis ⁊ docuerit sic homies: minimus vocabiẞ in regno celoꝝ. et Matth. xiij. Mittet fili⁹ hois angelos suos: ⁊ colligēt de regno eius oia scādala. Scđo accipitur pro ecclesia triūphāte: q2 regnat. Matth. viij. Venient ⁊ recumbēt cū Abraā Isaac ⁊ Iacob in regno celoꝝ. ⁊ Matth. xxvj. Non bibant de hoc genimine vitis donec bibā illud in regno patris mei. Tertio pro gratia dei. Luce. xvij. Regnum dei intra vos est. Itē pro gloria speciei. Mat. xxv. Percipite regnū qđ vobis paratuꝫ est ab origine mūdi. Quarto ꝑ intellectu scripture. Mat. xix. Auferetur a vobis regnū dei: ⁊ dabitur gēti faciēti fructus eius. Quinto ꝑ loco patrie. Mat. xiij. Fulgebūt iusti sicut sol in regno patris mei. Sexto ipse xp̄s dicitur regnum dei. Luc. xj. Si in digito dei eijcio demonia: pfecto peruenit in vos regnuꝫ dei. ⁊. xvij. c. eiusdē euāgelij iterum ait. Regnū dei intra vos est. qđ exponiẞ nō tātū ꝑ gratia diuina: sed etiā ꝑ xp̄o. De quolibet aūt istoꝝ regnoꝝ pōt exponi qđ dicit. Primo em̄ de ecclesia militāte exponit Alexā. vbi.s. di. In hac petitione petiẞ vt veniat regnū ecclesie militātis ad regnū triūphātis vt fiat triūphans. Unde non petitur vt regnum ecclesie veniat sed vt adueniat. Possumus etiā exponere sic. Adueniat regnum tuum: idest visita: defende ⁊ dilata ecclesiam militantē: vt amotis persecutionib⁹ tyrānoꝝ. hereticoꝝ: ⁊ maloꝝ xp̄ianoꝝ: in trāquillitate ⁊ pace seruiendo tibi in nobis cū gloria regnes. De quo regno exponi pōt illud qđ ait Apls ad Roma. xiiij. Nō est regnū dei. i. ecclesia esca vel potus: sed iusticia ⁊ pax ⁊ gaudiuꝫ in spiritu sancto. De regno aūt triūphantis ecclesie exponit glo. sup Matth. di. Regnū dei semp est: sed rogatur vt adueniat. i. vt manifesteturẞ hoibus. De gr̄a autē exponit Nicolaus de lyra vbi.s. di. Bene diciẞ adueniat: q2 non possumus ad deū venire per gloriam nisi ipse primo veniat ad nos p gratiā. Un̄ Aug. super Iohā. ait. Ille em̄ venit quē gr̄a dei preuenit. ⁊ Iohan. vj. ait saluator. Nemo pōt venire ad me nisi pater meus traxerit eū. s. p gratiā. Qn̄ ergo aīa h3 gratiā spūssancti ⁊ bonā conscientiā tūc h3 regnū dei gloriosum: quia gloria nostra hec est: testimonium conscientie nostre. ij. ad Cor. j. Et ideo Grego. nisenus exponit. Adueniat regnum tuuꝫ: idest veniat spiritus sanctus tuus et purificet nos. Et Augusti. in li. de ꝟbis dñi dicit. Tūc em̄ venit i nos regnū dei quādo eius sumus gratiam consecuti. Et in collationibus patrum diciẞ, Nouit sanctus

testimonio cōsciētie sue cū apparuerit regnū dei eius se futurū esse consortē. Et Hiero. ait. Attēdendū est φ grādis audacie sit pure conscientie postulare regnū dei ⁊ iudiciū nō timere. De gloria aūt speciei exponit Alexā. vbi. s. dicens. Regnū tuū adueniat: idest regnū quo tu mō regnas in nobis p fidē: perueniat ad regnū q̄ in nobis regnabis p speciē. i. regnū fidei ad regnū trāseat speciei: qm̄ hec est vita eterna vt cognoscant ⁊c̄. Joh. xvij. De intellectu autē scripture exponit idē Alex. ibidē di. Adueniat regnū tuū. i. intellect⁹ sacre scripture quo videmus mō trāseat ad intellectū quo videbimus te in te: q̄ es liber vite. j. ad Cor. xiij. Uidemus nūc per speculū in enigmate. s. sacre scripture: tūc aūt facie ad faciē. Et glo. sup Mat. super illa v̄ba. Adueniat regnū tuū. dicit. Hic spūs intelligētie petit quo mundat cor. vt deus videatur. De loco aūt patrie sic exponi pōt. Adueniat regnū tuū. i. fac vt genus humanū veniat ad regnū tuū. i. ad celū vt illi⁹ sedes ruinosas restauret. iuxta illud ps̄. cix. Judicabit in nationib⁹ implebit ruinas. De xpo etiā exponit ſm Cyprianū. vbi. s. qui ait. Pōt etiā et ipse xp̄s esse regnū dei quē venire quotidie cupimus cui⁹ aduētus vt cito nobis representet optamus: nā cum ipse sit resurrectio: qr in ipso resurgimus: sic ⁊ regnū dei pōt intelligi: qr in illo regnaturi sumus. Bene aūt regnū dei petimus. i. celeste: qr est ⁊ terrestre regnum. Sed qui renūciauit iā seculo maior est etiā honorib⁹ ei⁹ ⁊ regno. Et iō q̄ se deo et xp̄o dedicat: nō terrena sed celestia regna desiderat. hec ille ⁊ Cyrillus ait. Qui hoc dicunt videntꝰ optare rursum refulgentē in mūdo omniū saluatorē. Mandauit aūt in orōne petere illud tempus vere terribile: vt sciāt φ viuere decet eos non lēte vel remisse vt illud tempus nō pāret illis flāmā ⁊ vindictā: sed magis honeste ſm volūtatē ipsius: vt eis tēp⁹s illud nectat coronas. Origenes autē exponit. Adueniat regnū tuū: vt scʒ euacuetꝰ principat⁹ ⁊ ptās ⁊ virtus ⁊ regnū mūdi: q̄netiā pctm̄ qd̄ regnat in mortalibus nr̄is corporib⁹. Aug. etiā de sermone dn̄i in mōte ait. Hoc nō ita dictū est quasi de⁹ nūc nō regnet etiā i terra: sempq̈ʒ i ea regnauerit. Adueniat ergo accipiēdū est vt manifestetꝰ hominibus. Nulli aūt licebit ignorare regnū dei cū vnigenit⁹ eius non solū intelligibiliter sed etiā visibiliter venerit iudicare viuos et mortuos. Tūc aūt esse futurū diē iudicij dn̄s docet cū euāgeliū p̄dicatū fuerit in oībus gētibus: que res pertinet ad sanctificationē nois dei.

Uel gn̄aliter p toti⁹ mūdi petit regno vt diabolus in mundo regnare desistat: vel in vno quoq̈ʒ regnet de⁹ ⁊ nō regnet pctm̄ in mortali hoim corpore. hec ille. Qui etiā ad Probā ait. Per hoc desideriū nostrū ad illud regnū excitamus vt nobis veniat atq̈ʒ in eo regnemus. Et idē in li. de pseuerātia dicit. Cū petitꝰ: adueniat regnū tuū: quid orāt q̄ iam sancti sunt nisi vt in ea sctitate que iā illis data est perseuerent: neq̈ʒ em̄ aliter veniet dei regnū qd̄ his q̄ perseuerāt vsq̈ʒ in finē certū est esse venturum. Cyprianus s̄mo vbi. s. inqt. Regnū petim⁹ aduenire a deo nobis repromissum ⁊ xp̄i sanguine acq̄sitū: vt q̄ in seculo ante seruiuim⁹: postmodū xp̄o donāte regnem⁹. hec ille. O igitꝰ pater celestis: adueniat regnū tuū. Debent etiā patres thesaurizare filijs. ij. ad Cor. xij. ⁊. xvj. q. j. c. p̄dicator. ⁊ ex̄ de cēsib⁹. c. cū apls. Itē votū est patris res suas ad filios peruenire. l. de emācipatis. C. de legi. here. l. scripto. ff. vn̄ lib. ⁊. l. penul. ff. de bonis q̄ lib. Et iō di. Si filius ergo heres: vt notat glo. in autꝰ. vt hi qui obliper. res. mi. §. vt aūt nō demus. ⁊ instit. de here. que ab intesta. defe. §. sui aūt. ⁊. §. sed sui. insti. de here. qua. ⁊ diffe. Nobis ergo adueniat regnū tuuʒ in illa beata vita. de qua Cesarius ait. Beatā vitā illā facilius est cōsequi φ enarrare: cuius erit possessio sine timore: vsus sine fastidio: refectio sine cibo. Sub antiquis perpetuisq̈ʒ gaudijs semp noua iocūditas et sine periculo amittēdi felicitas. Excita te o anima mea ⁊ cogita quātū potes quale ⁊ quātū sit illud bonum. Si em̄ singula bona delectabilia sunt. cogita diligēter q̈ʒ sit delectabile illud bonū qd̄ cōtinet iocūditatē omniū bonoꝝ: ⁊ non qualē in reb⁹ creatis sum⁹ expti: sed tāto differenter quanto creator differt a creatura. Cur ergo p multa vagaris homuncio querēdo bona aie ⁊ corporis tui: Ama vnū bonū in quo sunt oīa bona ⁊ sufficit. Si delectat te pulchritudo: fulgebūt iusti sicut sol. Si velocitas aut fortitudo aut libertas corporis: erūt similes angelis dei. Si lōga ⁊ salubris vita ibi erit summa eternitas ⁊ eterna sanitas. Si satietas: satiabūtur cum apparuerit gloria dei. Si ebrietas: inebriabuntꝰ ab vbertate domus dei. Si melodie: ibi cōcinnūt angeloꝝ chori. Si sapientia: seipsam ostēdit eis sapientia dei. Si amicitia: diligūt deū plus q̈ʒ seipsos. Si ptās: oīpotētes erūt sue volūtatis sicut ⁊ dn̄s sue: nā sicut poterit de⁹ que volet p seipsum: ita poterūt beati que volent. Si honor ⁊ diuitie: supra multa eos cōstituet dn̄s. Si securitas: certi erūt nul-

latenus illud bonū defuturū. hec ille.

T Ertia petitio est. Fiat volūtas tua ⁊c. Quā exponēs Nicola' de lyra vbi.s. ait. Qz illud p qđ principalr consequimur beatitudinē est impletio volūtatis diuine p sanctā opatione: ⁊ frequēter volūtas ei' est nobis incognita. ⁊ qn cognoscit adhuc sumus impotētes ⁊ pigri ad implēdū. Jō tertio petim': Fiat volūtas tua. i. inspires nobis virtutē ⁊ propositū adimplēdi tuū beneplacitū. Addit autē: sicut in celo ⁊ in terra. Beati eñ q̄ sunt in celo: qz sunt immediate cōiūcti regule diuine. Jō nō pñt deficere nec deuiare a diuina volūtate: ⁊ pptera nos q̄ sumus in via et nō sum' cōiuncti sic petim' vt diuina grā hoc suppleat in nobis: tenēdo voluntatē nostrā in cōformitate ad suā in operib' nr̄is: sicut cōformātur illi q̄ sunt in celis. Hiero. ✠o sic exponit di. Oramus hac petitione vt libertas arbitrij nr̄i societ p grām sue volūtati q̄ est scrificatio nr̄a ⁊ vita eterna. Glo. ✠o Mat. vj. ait. Hic petitur spūs cōsilij p quē volūtas dei inquirit vt a nobis ipleat. Et alia glo. inqt. Volūtas dei est pceptoꝝ custodia. ⁊ Hugo quē refert magister sniarum in. j. dist. xlv. ait. Pro pcepto dei atqz ɔsilio pōt accipi volūtas dei. ibi: Fiat volūtas tua ⁊c. Chry. aūt sup Mat. dicit. Non ait: Fiat volūtas tua i me vel i nobis: ʒ vbiqz terrarū vt soluat error ⁊ plantet veritas ⁊ expellat malicia vniuersa et reuertat virt': et in nullo ꝫm hoc differat iā celū a terra. Si enim hoc fiat: nihil distabūt que inferi' sunt ab his que superius: ⁊ si natura differāt angelos alteros terra nobis ostendēte: qz hoies erunt siles angelis. Aug. ✠o in. v. sermone de verbis dñi ait: Fiat voluntas tua ⁊c. Hoc est: vt sit par in terra queadmodū est i celo. Jdē ꝙ Aug. quadruplicitet exponit pdicta ✠ba: quā expositionē ponit glo. sup Mat. ⁊ Alexā. de ales vbi.s. di. Sicut in celo et in terra. i. sicut in angelis ita et in hoib': vel sicut in perfectis ita et in peccatorib' cōuersis. Et idē Aug. in lib. de dono perseuerantie recitat expositionē Cypriani martyris dicētis. Est ⁊ alius in his verbis sensus vt. s. p infidelib' qui sunt adhuc in terra terrenā tātū hoiem portātes orare intelligant fideles q̄ celesti hoie induti non immerito celi hoie intelligunt. Unde sensus est. Fiat voluntas tua. in infidelib' sicut in fidelibus: vt non solū fidelib' augeat fides ⁊ perseueret in eis: sed etiā infideles eā recipiāt. Tertio exponit sicut in celo ⁊c. i. sicut in mente: ita ⁊ in carne: vt sicut in mēte est sermo legis dei, ad Rom. vij. ita sit ⁊ in carne vt non concupiscat aduersus spiritū. Uel sicut in xpo: ita ⁊ in ecclesia: ita vt ecclesia sequat viā ⁊ doctrinā xpi: et ei' faciat volūtatē. De qua idē Aug. inqt. Uoluntas xpi est humilitas in cōuersione: stabilitas in fide: modestia in ✠bis: iusticia in factis: mia in operibus: disciplina in moribus: par cū fratribus: amare deū toto corde: qz pater noster est: timere. qz deus est: xpo nihil preponere qz nec ipse quicqz nobis pposuit qn se p nobis ad mortē exposuit. Dicit aūt Aug. in lib. de ✠bis dñi in mōte: Fiat volūtas tua. i. sicut facta est in ipo Jesu xpo tanqz in viro q̄ patris voluntatē impleuit: ita fiat in terra. i. in ecclesia tanqz in femina que illi desposata est. Celū eñ ⁊ terra cōuenienter intelligit quasi vir ⁊ femina: qm terra celo fecūdāte fructifera est. hec ille. Qui etiā ait. Jn illo beatitudinis regno vita brā perficiet in sctis sicut nūc in celestib' angelis: et iō post illā petitionē. Adueniat regnū tuū. sequit: Fiat volūtas tua ⁊c. i. sicut in angelis q̄ sunt in celo volūtas tua sit vt te pfruant nullo errore obnubilāte eoꝝ sapientiā: ⁊ nulla miseria impediēte eoꝝ beatitudinē: ita fiat i sanctis tuis q̄ sunt in terra: ⁊ de terra quantū ad corpus attinet facti sunt. Uel fiat volūtas tua sicut in iustis ita ⁊ in pctōribus: vt pctōres ad te cōuertant ⁊ faciāt volūtatē tuā. Chry. ✠o sup Mat. dicit. Uide cōsequentiā optimā. Qz eñ cōcupiscere docuit celestia p hoc qđ dictum est: Adueniat regnū tuū. anteqz ad celū perueniat ipam terrā iussit fieri celū p hoc qđ dicit: Fiat voluntas tua sicut in celo ⁊ in terra. Cyprianus aūt ait. Nō petimus vt de' faciat qđ vult: sed vt nos facere possimus quod deus vult: qđ vt fiat in nobis opus est dei: voluntate. i. ope ei' ⁊ protectione: qz nemo suis virtbus fc̄tus est: ʒ dei mīa tutus. ⁊ Chry. addit in homel. Uirtus eñ nō est nr̄i studij solū sed superioris grē. ⁊ Aug. in li. de bono pseuerantie ait. Ex hoc aūt euidēter ostēditur cōtra pelagianos initiū fidei esse donū dei qn p infidelibus vt habere fidē incipiāt sancta orat ecclesia: cū etiā in sanctis iā sit facta dei voluntas: cur vt fiat adhuc petunt nisi vt perseuerent in eo qđ esse ceperūt. Chry. etiā super Mat. dicit. Cōiter accipi debet qđ ait: Sicut in celo ⁊ in terra. i. sanctificetur nomen tuum sicut in celo et in terra. Adueniat regnum tuum sicut in celo et in terra: et fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. Et vide ꝙ caute locutus est: Non dixit. Pater sanctifica nomen tuum in nobis. Adueniat nomen tuum super nos. Fac

voluntatē tuā in nobis. Nec iterū dixit. Sctifi
cemus nomen tuū. Suscipiamus regnū tuuȝ.
Faciamus volūtatē tuaȝ: ne aut h̄ dei tm̄: aut
hoīs tm̄ esse videat̄. Sed medie dixit ꝛ imper
sonaliter. Nā sicut hō nō pōt facere bonuȝ nisi
habuerit adiutoriū dei: sic nec deus bonū opa
tur in hoīe nisi hō voluerit. ꝛ ideo dicit. Fiat
volūtas tua. q. d. Presta nobis dn̄e cōuersatio
nē celestē: quatenus quecūqȝ tu vis nos etiaȝ
velimus. ꝛ Grego. ait. Qm̄ vitaȝ humanā post
resurrectionē similē dicit esse vēturā vite ange
lice: cōsequens est vitā mundanā ad vitaȝ que
postmodū sperat̄ disponi vt in carne viuētes
carnaliter nō viuamus. Per hoc autem verus
medicus aīe soluit morbi naturā vt quos occu
pauit infirmitas per hoc ꝙ a voluntate diui
na recesserāt: a morbo denuo liberet copulatio
ad voluntatē maiestatis diuine. Quarta peti
tio est. Panē nostrū supsubstātialē ꝺm Mat.
ꝛ ꝺm Lu. quotidianuȝ da nobis hodie. Hiero.
aūt exponit supsubstantialē. i. pcipuū ac pecu
liarē siue egregiū. Chrys. ṽo exponit supersub
stātialē. i. quotidianū: qr. s. sup terrā nos quo
tidie de illo sumētes sustentat. Si aūt referat̄
ad panē sacramētalē: ideo dr̄ supsubstantialis
qr aīam ꝛ corpus sup oēm alium cibū sustētat
ꝺm Alexā. vbi. s. Uel sic dr̄ ꝺm Hiero. qr sup oēs
substātias est ꝛ vniuersas superat creaturas.
Un̄ notādū est ꝺm Alex. de ales vbi. s. ꝙ quat
tuor sunt panes nobis necessarij in via: ꝛ vnus
in patria. In cuius signuȝ dn̄s pauit pplm̄ se
quenteȝ se qnqȝ panibus. Mat. xiiij. Primus
panis est materialis siue corporalis qui est ad
corporis sustētationē: de quo Gen̄. iij. dr̄. In su
dore vultus tui ꝛc. ꝛ Mat. iiij. Nō in solo pa
ne viuit hō. Alius est spūalis. s. panis iusticie
qui est necessarius ad corroborationeȝ: de quo
Lu. xj. dr̄. Accōmoda mihi tres panes. Isti em̄
tres panes significāt triplex robur. s. ad operā
dum bonū: ad resistēdū malo: ꝛ ad pseuerādū
in virtutibus. Tertius panis est doctrinalis q̄
est necessarius ad eruditionem: vt hr̄ in. c. inter
cetera. de offi. or. ꝛ hoc vt sciat̄ q̇d eligendū sit
ꝛ quid declinandum. De quo pane dr̄ Eccī. xv.
Cibauit illū dn̄s pane vite ꝛ intellectus. ꝛ iste
panis ꝺm glo. est verbum dei. Quartus est sa
cramentalis qui est necessarius ad expiationē
de quo dr̄ ps̄. lxxvij. Panem angeloꝝ māduca
uit hō. ꝛ Sap̄. xvj. Panē de celo prestitisti eis
oē delectamentū in se habentem ꝛ oīs saporis
suauitatē. Quintus panis est eternalis qui est
necessarius ad fruitionē: de quo ipse ait Joh.
vj. Ego sum panis viuus qui de celo descendi:
si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eter
num. ꝛ Lu. xiiij. dr̄. Btūs qui manducat panē
in regno dei. Licȝ aūt p̄dictis panibus īdigea
mus ꝛ eos petamus: tn̄ non dicimus panes in
plurali: sed panē in singulari ꝓpter vnitatem
ordinis siue relatiōis: qr panis materialis: spi
ritualis: doctrinalis: ꝛ sacramētalis ordinant̄
ad eternalē: ꝛ hic petunt̄ ꝛ dant̄: vt ille qui est
eternalis habeat̄. hec Alex. CC

I Icȝ aūt in petitione panis cōprehen
dant̄ oīa vite necessaria ꝺm Augu. et
Chrys. super Mat. vt etiam exponit
Nicolaus de Lyra vtē. Tn̄ cum magno myste
rio posita sunt predicta verba vt sex vitia euis
temus. Primū est superfluitatis: ꝛ ideo dixit:
panem: vt non superflua petamus. vn̄ Chrys.
sup Mat. ait. Pro pane iussit orōnem facere:
nō ꝓ pecunijs necȝ lasciuia: sed solum ꝓ pane
quotidiano. Postulanda ergo sunt diuinitus
necessaria vite: nō ciboruȝ diuersitates ꝛ vina
odorifera ꝛ cetera que delectāt guttur: onerāt
aūt ventrē: ꝛ mentē perturbāt: sed panis q̄ po
test substantiā corporis sustētare ꝛc. Et glo. su
per Mat. dicit. Hi vident̄ argui qui spreto vi
ctu ꝛ vestitu cōi: lautiora sibi pre his cum qui
bus viuunt alimenta querunt. Secunduȝ vi
tium est rapacitatis: ꝛ ideo dixit: nostrum: non
alienū: qđ quidē est omne illicite acquisitum.
Panis ergo noster siue de iusta hereditate per
ceptus vel alio iusto titulo: aut de licito labore
acquisitus. Un̄ Chrys. sup Mat. ait. Dicit aūt
nostrū: qr qui de iusticia acquisitū panē mādu
cat suum panem manducat: qui aūt cum pecca
to: alienū. Possumus quocȝ dicere ꝙ dixit no
strum ꝓpter alias quincȝ causas. Primo pro
pter nostrā humilitatē. vn̄ Alex. de ales vbi. s.
inquit. Dicit̄ nostrū vt nostra ostēdat̄ indigen
tia: ꝓpter quā īdigemus hm̄oi panis refectio
ne: vt sic indigētiā nostram recordādo humilie
mur. Scđo ꝓpter cōicabilitatē. Un̄ Alex. vbi
s. addit. Itē nostruȝ dr̄ vt ostendat̄ ꝙ ꝓximo
indigente nō debet ab aliquo vt ꝓpriū habe
ri: sed ꝛ materialis ꝛ spūalis: ꝛ doctrinalis: ac
sacramentalis panis sibi cōicari. Chrys. etiam
vtē. inquit. Dicit̄ nostruȝ: qr oīa que nobis de
us dat: per nos alijs dat. vt de eo qđ accipim⁹
partē impotentibus faciamus. Qui ergo de la
boribus suis indigentibus nō prestat: non tm̄
panē suum manducat sed alienū. hec ille. Ter
tio dicitur nostrū ꝓpter vtilitatē. Unde Alex.
vbi. s. ait. Dr̄ nostruȝ: qr nos sumus causa pro
pter quā panis materialis: spiritualis: doctri
nalis: ꝛ sacramētalis est institutus: vt sciȝ sit

nr̄e indigētie reparatiu⁹: nr̄ ergo est nō ꝓprie-
tate sed vtilitate ⁊ causalitate. hec ille. Quar-
to ꝓpter dignitatē: ⁊ h̄ quātū ad panē sacralē
nā soli hoī data est dignitas cōficiēdi istū pa-
nē ⁊ nō angelis: ſm theologos in .iiij. dis. xiij.
Quinto đr nostrū ꝓpter comestionē: nā ange-
li nō comedūt de pane naturali: nec de pane sa-
cramētali corporis xp̄i. Licʒ em̄ vbū dei sit pa-
nis angeloꝝ: tm̄ panis hoīs est verbū caro fa-
ctū: ſm em̄ deitatē inuisibilē deus reficit ange-
los. Vn̄ Raphael dixit Tobie. xij. Ego cibo in-
uisibili q̄ ab hoībus videri nō pōt vtor: ſm aūt
deitatē i ꝑsona filij incarnatā reficit nos. Ter-
tiū vitiū est anxietatꝭ siue nimie sollicitudinis
ꝓcurādi terrena ꝑ lōga tp̄a possidēda: cōtra il-
lud qđ aplis ipse dn̄s inq̄t Mat. vj. di. Nolite
cogitare de crastino: ⁊ iđ dixit quotidianū. vn̄
Chryſ. inq̄t. Postulare iussit panē illū q̄ nobis
hodie sufficit: vt de crastino non cogitemus: ⁊
nō cōteram⁹ nosipsos sollicitudine supueniē-
tis dei. hec ille. In homel. q̄ tm̄ limitādo predi-
cta ait sup Mat. Et sic p̄ma facie videnť hec
verba sonare vt q̄ hoc dicūt nō habeāt cibum
in crastinū p̄paratum: qđ si ita est: oro ista aut
paucis pōt cōuenire sicut aplīs q̄ docēdi grā
oī tp̄e vagabanť: aut forsitan nulli. Doctrinā
aūt xp̄i ita debemus aptare vt oēs in ea ꝓfici-
ant. Vn̄ Cyprianus inq̄t. Diurnū cibū discipu-
lus xp̄i dʒ petere ne in longū desideriū petitio-
nis extēdat: q̄ꝛ cōtrariū sibi fit ⁊ repugnās vt
querat in seculo diu manere q̄ petit regnū ce-
loꝝ velociter aduenire. Vel addit quotidianū
vt tantū q̄s māducet quantū rō naturalis exi-
git: nō quātū lasciuia carnis impellit. Si em̄
in vno cōuiuio tantū expēdis quātuʒ sufficere
tibi pōt ꝓ cētū diebus: iā nō quotidianū cibū
māducas: sed multoꝝ dierū. hec ille. Hūc ergo
panē quotidianū petimus vt corpus nostrum
in dei seruitio sustentemus: nō vt ip̄m supflui-
tatibus replēdo ꝯtra sp̄m recalcitrare faciam⁹.
Vn̄ đr in. c. charitas. §. Itē corp⁹. de peni. di. ij.
⁊ sunt verba Prosperi in lib. de vita cōtēplati-
ua. Corp⁹ nostruʒ q̄ꝛ pars nr̄i est ad hoc nobis
diligēdū est: quatenus sp̄ūi ordinate subiectū:
ad eternā salutē accepta mortalitate ⁊ incorru-
ptibilitate ꝑueniat. Vbi glo. sup verbū subie-
ctū ait. Debemus adhibere iumēto nr̄o saccū:
paleā: ⁊ flagellū. Saccū i. op̄a pietatis alia bona
op̄a. Paleā. i. necessaria ad vite sustētationeʒ.
Flagellū vo ad castigationem si excesserit. Si
aūt intelligamus de pane sacrali: ex hoc qđ di-
cit quotidianū ostēdit vtilitateʒ quā recipim⁹
ex quotidiana cōione sicut fiebat in primitiua

ecclia: vt hr̄ in. c. pacta. de cōse. di. ij. Et ita ex-
ponit in collationibus patrum: vbi đr. Ex hoc
ostēdit eū quotidie esse sumēdū: q̄ꝛ nō est dies
qua nō opus sit nobis huius panis ꝑceptiōe:
cor interioris hoīs cōfirmāte. Aug. vo sup Lu-
cā exponit dicēs. Vel quotidianū panem acci-
piamus sp̄ūalē: p̄cepta. s. diuina: que quotidie
opʒ meditari ⁊ operari. Quartū vitiū est arro-
gātia. Sunt em̄ plerīqʒ q̄ diuitias quas possi-
dēt suo vel suoꝝ labori ac sollicitudini ⁊ indu-
strie tribuētes gliant: ⁊ obliuiscunť se illas su-
scepisse a deo: ⁊ iđ subdiť. Da. s. tu cuius sunt
vniuersa: de quo inq̄t ps̄. cxxxv. Qui dat escaʒ
oī carni. Chrys. aūt sup Mat. exponit di. Dica-
mus. da nobis: vt qđ māducam⁹ de manu dei
accipiamus: qđ est tm̄ sctōꝝ. nam illi deus dat
panē q̄ cū iusticia p̄parat: diabolus aūt ei q̄ p̄-
parat cū pctō. Quintū vitium est tenacitatis.
Sunt em̄ multi diuites q̄ faciūt sibi vngulas
curuas ad retinenduʒ sibi oīa ⁊ nihil pauperi-
bus erogādum: ⁊ ad modū milui efficiunť qui
semper clamat: mio mio mio. ⁊ iđ đr. Da nobis
nō mihi. Cōtra quos inq̄t Amb. in. c. sicut hi.
xlvij. di. Esurientium panis est quem tu detti-
nes ⁊c. Et ibidem. Plusqʒ sufficit ad sumptus
violenter obtentum est. Sextū vitium est lon-
geuitas siue immortalitas. Sunt em̄ quidam
sicut q̄ nūqʒ mori vellent: sic etiā putāt se quo-
dāmodo in perpetuū vel saltem diutissime vi-
cturos: sicut Mathusalem: ⁊ ideo toto affectu
terrenis immersi: presens seculum quasi quen-
dam sibi cōstituunt paradisum: ꝓpter qđ dici-
tur: hodie. quasi dicatur. petite que vobis sunt
necessaria ad presens tp̄s: q̄ꝛ nescitis quid su-
uentura pariat dies. Aug. vo in li. de dono ꝑse-
uerantie. ⁊ Cyprianus vbi. s. ⁊ Alexan. de ales
in loco preallegato exponunt hoc verbum ho-
die de pane sacramentali dicentes. Alia est rō
moralis vt per hoc intelligať ꝙ panis iste die
gratie: nō nocte pcti sit accipiēdus. nā indigne
accipiēs corporis ⁊ sanguinis dn̄i reus efficiať
j. ad Coꝝ. xj. Quinta petitio est. Dimitte nobis
debita nostra ⁊c. In q̄b⁹ verbis tanguntť tria.
Primo diuine virtutis immensitas. ibi. dimit-
te. s. tu deus qui solus habes potestatē in ter-
ra dimittendi pctā Mat. ix. cui inquit prophe-
ta ps̄. xxxj. Tu remisisti impietatē peccati mei.
Secundo tangitur prauitatis humane cōitas
ibi: nobis. q̄ omnes sumus peccatores. ad Ro-
ma. iij. Omnes peccauerunt ⁊ egēt gratia dei.
Et. j. Ioh. j. Si dixerimus: q̄ꝛ peccatū nō habe-
mus ipsi nos seducamus ⁊ veritas in nobis nō
est. ⁊ Prouer. xx. Quis potest dicere mundum

est cor meū purus ſuȝ a pctō.q.d. nullus p̄ter
xp̄m ⁊ matrē ei⁹:vt excipit Aug.i li.de natura
e grā.⁊ Eccs.vij. Nō est hō iustus sup terrā q̄
faciat bonū ⁊ nō peccet. Quapropter Aug. in
li.de bono pſeuerātie inq̄t. Hoc telo pelagia=
ni cōfodiunt heretici q̄ audēt dicere homines
iustū in hac vita habere nullū oīno peccatum.
Tertio tāgit ſeruitutis anguste anxietas. ibi:
debita nostra.i.pctā.ſm glo.vñ Luc.xi.dr.Di=
mitte nobis pctā nr̄a. ⁊ ita Alexā. de ales vbi
ſ.di. Debita dicunt pctā q̄ nos debitores pe=
ne cōstituūt. Ut em̄ dicit Inno.nō hic agit de
debitis pecuniarū:ſ; de debitis offensaꝝ.Luc.
xiij. Putatis qr ⁊ ipi debitores fuerūt ⁊c.hec il
le. Et Aug.in li.de v̄bis dn̄i ait.Quid est debi
tum niſi pctm̄. Hāc aūt petitionē exponēs Cy
prianus in li.de orone dn̄ica inq̄t. Post subſi=
diū cibi petit ⁊ venia delicti: vt q̄ a deo paſcit
in deo viuat:nec tātū p̄ſenti vite ſed eterne cō
ſolatur:ad quā venire pōt ſi pctā donent q̄ de
bita dn̄s appellauit. Quare necessarie et salu=
briter admonemur q̄ pctōres sum⁹ dū ꝓ pctis
rogare cōpellimur.vñ ne quis ſibi quaſi inno
cēs placeat ⁊ ſe extollēdo plus pereat:instrui=
tur ſe peccare quotidie dum ꝓ pctis quotidie
iubet orare. Et Titus expoſitor ait. Hoc addi=
tū est necessario ꝓ eo ꝙ null⁹ ſine pctō reperi
tur:ne impediamur a ſacra ꝑticipatiōe ꝓpter
humana pctā. Cū em̄ teneamur exhibere xp̄o
oimodā ſanctitatē q̄ ſpiritūſanctū habitare fa
cit in nobis redarguēdi ſumus ſi nō obſerue=
mus ei tēplū mūdū. Sequit aūt in p̄dicta pe=
titione. Sicut ⁊ nos dimittim⁹ ⁊c.qđ etiā ha=
betur de peni.di.ſ.c.tres ſunt. Uñ est notādu;
ꝙ aduerbiu; ſicut:ſm doctores pōt hic accipi
ſilitudinarie: vt Mat.xxij. Erunt ſicut angeli
dei in celo. Qui em̄ indulſerit alijs:locum vel
gradū tenebit angeloꝝ: ⁊ q̄ nō indulſerit tene
bit gradū demonū ⁊ erit ſoci⁹ eoꝝ. Scđo acci=
pitur quātitatiue:ſicut ad Rom.vj.vbi dr. Si
cut exhibuiſtis membra veſtra ⁊c. Sicut ergo
exhibuiſtis vos ad faciēdā vindictā vniuerſali
ter:ardēter: velociter:pſeuerāter: ⁊ frequēter:
ita debetis vos exhibere ad parcendū oibus:
remittēdo oēs iniurias amore dei: ⁊ cū ardēti
feruore charitatis ac cito:et pſeuerare in dile=
ctione primi ⁊ nō ſolū ſemel remittere ſed ſe=
ptuagieſſepties:ſicut hortat dn̄s Mat. xviij:
Et poſuit finitū numerū ꝓ infinito. ſm Nico
laū de Lyra.i.totiēs quotiens offenſus fueris
remitte ſi vis pctā tua a deo tibi remitti:qui
ait Matth. vj.⁊ Luc.vj. Dimitte et dimittet
tibi. Trāſſumptiue,de peni,di.iiij.c. dicit dn̄s,

Dicit aūtē Cyrillus in declaratione orationis
dn̄ice. Uult em̄ vt ita loquar patiētie quā ho=
mines colūt imitatores fieri deū: vt qualē ipſi
exhibuerūt cōſeruis bonitatē: talē pari lance
recipere petāt a deo q̄ iuſta recōpēſat. Hoc igi
tur aduertētes grates agēde ſunt debitorib⁹
noſtris:ſiūt eni nobis ſi ſapimus cā indulgen
tie maxime: ⁊ pauca exhibētes plurima repe=
riemus. Nam ⁊ nos multa debemus ⁊ magna
debita deo quoꝝ ſi minimā partē a nobis vel=
let exigere iā periſſemus. Et Cyprianus inq̄t.
Qui ꝓ pctis nos orare docuit paternā mīam
ꝓmiſit:ſed plane addidit legē certa conditio=
ne nos cōſtringēs: vt ſic nobis debitū dimitti
poſtulemus: ſm ꝙ ⁊ ipſi debitorib⁹ noſtris di
mittimus. Et Greg. x.moral. addit:vt ꝑfecto
bonum quod a deo compuncti petimus hoc
primū ꝓ primo cōuerſi faciam⁹.hec ille. Notan
dū est etiā ſm Alexā.de ales.vbi.ſ. et beatum
Tho.in.iiij.ſcripto ſen.diſt.xvij.in expoſitione
littere ꝙ ille q̄ in pſona eccleſie dicat. Dimitte
nobis ⁊c.nō peccat hoc dicēdo:ſed tn̄ ei non re
mittūtur pctā niſi ⁊ ipſe remittat debitoribus
ſuis:qr ait ipſe dn̄s Mat. vj. Si dimiſeritis
hoibus pctā eoꝝ: ⁊ pater veſter celeſtis dimit=
tet vobis pctā veſtra. Si aūt nō dimiſeritis:
nec pater veſter celeſtis dimittet vobis. Tali
aūt retinēti iniurias et vindicare ſe volēti di=
cet dn̄s in iudicio. Serue nequā oēm debitum
dimiſi tibi qm̄ rogaſti me:nōne ergo oportuit
⁊ te miſereri cōſerui tui ſicut ⁊ ego miſert⁹ ſu;
tui. Mat. xviij. ⁊ de peni.di.iiij.c.dicit dn̄s. ⁊
de cōſe.diſ.ij.c.panē de altari. Propterea inq̄t
Aug.de verbis dn̄i. Si nō dimiſeris nō pote=
ris dicere:dimitte nobis debita noſtra ſicut et
nos dimittimus debitorib⁹ nr̄is.ſ.in pſona ꝓ
pria:qr ſic faciendo potius peccas ꝙ̄ miſerea=
ris. Uñ Chryſ.ſup Mattheū ait. Cum qua er
go ſpe orat qui inimicitiā ſeruat aduerſus al=
terū a quo forſitā leſus eſt. Sicut em̄ ipſe orās
mētitur,dicit em̄ remitto ⁊ nō remittit:ſic ⁊ a
deo petit indulgentiā ⁊ nō illi indulgetur.hec
ille. Dicit tn̄ Aug.in libro enchiridion. Cu; in
oratione dr:dimitte nobis debita noſtra ſicut
et nos dimittimus debitoribus noſtris. Pro=
culdubio verba ſponſionis huius implētur: ⁊
ſi homo nondū ita perfiat vt diligat inimicū:
tn̄ qm̄ rogat ab homine qui peccauit in eū vt
ei dimittat:dimittit ex corde qui etiam ſibi ro
ganti vult dimitti.hec ille. Et glo. ſuper illud
debitoribus noſtris:exponit:ſal; petentibus.
Ex quibus verbis quidā voluerūt determina=
re ꝙ ſolum veniā petētibus eſt remittendum

Sed Alex. de ales vbi .s. dicit: q oib' est generaliter venia dāda. iuxta illud Marci. xi. Dimittite si quid habetis aduersus aliquē .s. qui vos lesit. Licz autē etiā nō petētibus sit venia dāda: tñ maxime est petētibus impendēda. vñ Aug. de sermone dñi exponēs predicta verba Dimitte nobis etc. inqt. Tūc cōuincimur cōtra istā regulā fecisse: si eis nō dimittamus q veniā petūt: qm et nobis veniā petētib' a benignissimo patre dimitti volumus. Dixit aūt Alex. de ales: et Nicolaus de lyra vbi .s. q ls iniuriā passus teneat parcere iniuriāti: remittēdo ei odium et desideriū vindicte: nō tñ tenet ei remittere dānū qd ab illo sustinuit: nec detrimētū qd passus est ex iniuria illata: immo pōt illud petere iuridice vt etiā dicit glo. in .c. Si qs cōtristatus. xc. di. per .c. si illic. xxiii. q. iiii. Rācōre tñ cordis etiā iniuriāte nō satisfaciēte tenetur dimittere. de peni. dist. v. c. vlti. Immo nunq ds admittere: qr non licet aliquem odio habere. xxiii. q. iiij. c. cū in lege. Est aūt perfectionis nō solū remittere rancorē: sed etiā damnum iuxta exhortationē dñi dicētis Mat. v. Qui vult tecum contendere et tunicā tuā tollere: dimitte ei et pallium. Et ibidē. ac Luc. vi. Si qs percusserit te in vnā maxillā prebe ei et alterā. Q

B Certa petitio est. Et ne nos inducas in tētationē. Ubi notandū q non dicit. Mitte nobis tētationes vel permitte nos tētari: eo q sumus imperfecti: et tētationes sunt periculose ex quattuor partib'. Primo ex parte hostis qui nō intēdit nisi malū cū tētat. Secūdo ex parte mētis que cū nō semp sit diuine gratie auxilio roborata in bello tentationis cadit. Uñ glo. sup Matth. iiii. ait. Sine spirituSancto qui ad pugnas vadit cito cadit. Tertio ex parte tpis. Nā difficile est in tota vita militare viriliter et nūq deficere. de qua pugna dr Job. vii. Militia: als tentatio: est vita hoīs sup terrā. Quarto ex parte finis: qr tētatio demonis: carnis: et mundi est ad eneruandū et deiiciendū ac damnādum. Cū ergo sit ita periculosa nō debemus eā expetere: qr q amat periculū peribit in illo. Ecci. iii. Nō etiā dicit. Non permittas fieri nobis tētationes: qr hoc esset ablatio multoz bonoz. Unde Augu. ait. Periculosa tentatio est nulla tētatione pulsari: et ideo est qr inde proueniunt multa mala. Primū est illatio cordis. Scdm incōsideratio sui. Tertio incōpassio tentatoū. Quartū cōntēptus et despectio aliorū. Quintū est ignorantia agēdorum. iuxta illud Ecci. xxxiiii. Qui nō est tētatus quid scit. Et propterea deus noluit ab aplo Paulo tētationē auferre: ls eā auferri postularet: vt ipse inqt .ii. ad Cor. xii. et Tobie xii. ait angelus Raphael ipsi Tobie. Qr acceptus eras deo necesse fuit vt tentatio probaret te. Et iō ls cōsiderādo fragilitatē nostrā nō debeamus tētationes psumptuose expetere: tñ qñ deus eas nobis fieri permittit: eas debemus patienter sufferre: qr Beatus vir qui suffert tentationē: qm cū probatus fuerit accipiet coronā vite etc. Jaco. i. Et pter hoc dicit ibidē. Omne gaudiū existimate fratres cuz in varias tētationes incideritis etc. Dicitur autē Et ne nos inducas in tētationē .s. in qua succūbamus: sed da nobis vtutē resistēdi et vincēdi tu fidelis deus q non pateris hominē tentari supra id qd potest: sed facis cū tentatione prouentū vt possit sustinere .s. ad Cor. x. Hoc aūt dicēdo cōcordamus cū pppheta q ait ps. xvii. In te eripiar a tētatione et in deo meo trāsgrediar murū .i. omne forte prelium superādo confringam. Predicta aūt expositio cōfirmatur p glo. Mat. vi. que ait. In tētationē inducitur qui tētatione frangitur. et Aug. in lib. de vbis dñi exponit: Et ne nos inducas in tētationem quā .s. ferre nō possumus: sed quam ferre possit humana cōditio. Titus quoq ait. A diabolo nō tētari est impossibile: sed ne a deo relinquamur in tētatione deprecamur. Qd autē ex permissione diuina contingit: illud deus qñq facere dr in scriptura: et sm hoc nisi prohibeat tētationis inualescentiam que supra nos est: tunc nos in tētationē inducit. Maximus aūt dicit. Mādat deus vt petamus: Ne nos inducas in tētationē. i. nō permittas voluptuosarum et spontanearū tentationū experientiam pati. et Basilius inquit. Nō docet nos in orāndo petere afflictiones corporales. Uniuersaliter aūt precepit orare nō subire tētationē: sed postq aliqs subiit: expedit a dño petere virtutem perferendi: vt consumetur in nobis illud. Qui sustinet vsq in finem saluus erit. et Chrysosto. super Matth. ait. Hic docet neq renuere agones: neq insilire. Ita em et victoria clarior nobis erit et deuictio diaboli derisibilis. Attractos enim oportet viriliter stare: non vocatos aūt silire et tempus expectare agonis: vt et nō vanā gloriā et virilitatē ostēdamus: hec ille. Licz autem dicatur Genesis. xxii. Tentauit deus Abraam. et Sapien. iii. Quoniam deus tentauit eos: tamē exponi debet sm predicta. quod etiam confirmat Augusti. de verbis domini: dicens. Nos non in tentationem per semetipsum inducit deus: sed iudicij pa

titur. Unde Jacō.j.di. Nemo cum tentatur di-
cat ꝗ̄ a deo tētatur. Deus enim intētator ma-
lorum est: et ipse neminē tentat. ſʒ vnusquisqʒ
tentatur a concupiscentia sua abstractus ꝛ il-
lectus. Idem quoqʒ Augu. vbi supra dicit. Ali-
ud est induci in tentationem: et aliud tentari.
Nā sine tētatione ꝓbatus esse nemo potest si-
ue sibiipsi: siue alijs. Non igitur hic oratur vt
non tentemur: sed vt nō inferamur in tētatio-
nem: tanꝗ̄ si quispiam cui necesse est igne exa-
minari non oret vt igne non ꝯtingatur sed vt
non exuratur. Induamur enim si tales incide-
rint tentationes quas ferre nō possumus. Cū
ergo sic petimus hoc rogamus ne deserti eius
adiutorio: alicui tentationi vel consentiamus
decepti: vel cedamus afflicti. Idē etiā Augu.
in li. de bono ꝑseuerantie ait. Cū sancti petunt
ne nos inducas vel inferas in tētationē: quid
aliud orant ꝗ̄ vt in sanctitate perseuerent. Di-
cit autēʒ Alex. de ales vbi supra. ꝙ licʒ ab im-
perfectis ꝛ infirmis tētatio nō sit appetenda
sed patientia ꝛ victoria si accidat. Iteʒ nec san-
ctis sit vnꝗ̄ appetenda tentatio carnis. quia
vt ait glo. ij. ad Corinť. xij. ibi. Datus est mihi
stimulus. tentatio que fit a carne peccatum est
veniale si ei non consentiatur. Cum viri perfe-
cti in virtute ꝛ experti de periculis tentationū
ꝛ qui sciunt eas superare viriliter quia sunt be-
ne firmati in cōfidentia ꝛ amore dei. qnqʒ ap-
petunt tentari: sicut faciebat propheta dicens
ps. xxv. Proba me domine ꝛ tēta me. Sciebat
enim ꝙ vt dicit glo. sup Mat. vj. tentatio ne-
cessaria est ad coronā. ꝛ ꝙ vt inquit glo. super
ꝑdicta verba psalmiste: nisi tentaremur negli-
gentes essemus. Et ideo Grego. in mora. inqt.
Sanctus se tentari desiderat post virtutes ne
ex confidentia virtutū in peccatum cadat. hec
ille. Sed vt dictuʒ est aliud est tentari: ꝛ aliud
in tentationē induci. Illud em̄ vt ait August.
in li. de verbis dñi: deus in tentationē inducit
quem suo auxilio deseruerit. DD

s Eptima ꝛ vltima petitio est: Sed li-
bera nos a malo. quā exponit Augu.
vbi.ſ.di. Unusquisqʒ petit vt a ma-
lo: hoc est ab inimico ꝛ peccato liberetur. Sed
qui deo se cōmittit diabolū nō timet. Si enim
deus pro nobis qs cōtra nos. ad Roma. viij. ꝛ
Chrys. in homel. ait. Malū hic diabolū vocat
propter excellentiam malicie non que ex natu-
ra est sed que ex electione: ꝛ qꝛ ad nos impaca-
bile bellū hʒ: ꝛ Cyprianus dicit. Hic ꝓtectionē
dei aduersus malum petimus: qua impetrata
contra omnia que diabolus ꝛ mundus opera-
tur securi sumus. Sanctus autē Bonauentu-
ra in expositione orationis dñice ait: ꝙ hic pe-
timus liberari a malo culpe. i. cuiuslibet pecca-
ti mortalis et venialis: vt de nobis dici possit
illud ad Roma. vj. Liberati a peccō: serui autē
facti deo. Item a malo miserie ad Roma. viij.
Creatura liberabitur a seruitute corruptionis
in libertatem glorie filiorum dei. Item a malo
pene: maxime inferni. Osee. xiij. De manu. sal-
eterne mortis liberabo eos: de morte redimaʒ
eos. Nos autem dicamus ꝙ generaliter intel-
ligitur de omni malo. Et ideo dicam⁹ deo. Tu
es qui liberas ab oī malo. Sap. xvj. In fine au-
tem dicitur Amen. i. ſm Hiero. ꝛ Bona. vbi.ſ.
Uere ꝛ fideliter fiant a nobis gratie postula-
te. Aug. autem vbi.ſ. inquit. Uidetur etiā iste
numerus petitionum septenario beatitudinē
cōgruere. Si enim timor dei est quo beati fiūt
pauperes spiritu: qm̄ ipsoꝝ est regnum celoꝝ:
petamus vt sanctificetur in hoībus nomē dei
timore casto permanente in secula seculorum.
Si pietas est qua beati sunt mites: petam⁹ vt
veniat regnū eius: vt mitescamus nec resista-
mus. Si scientia est qua beati sunt qui lugent
oremus vt fiat voluntas eius sicut in celo ꝛ in
terra: qꝛ cum corpus tanꝗ̄ terra spiritui tāꝗ̄
celo cōsenserit nō lugebimus. Si fortitudo est
qua beati sunt qui esuriunt: oremus vt panis
nr̄ quotidianus detur nobis hodie quoad ple-
nissimā facultatē venire possumus. Si cōsiliū
est quo bti sunt misericordes: qm̄ ipsoꝝ misere-
bitur deus: dimittam⁹ debita vt nobis nr̄a de-
bita dimittanť. Si itellectus est quo bti sunt
mūdo corde: oremus nō induci in tentationeʒ:
ne habeamus duplex cor tpalia ꝛ terrena sectā-
do: de qbus tentationes fiunt in nobis. Si sa-
piētia est qua beati sunt pacifici qm̄ filij dei vo-
cabuntur: oremus vt liberemur a malo. Ipsa
em̄ liberatio liberos nos faciet filios dei. hec
ille. Multas aūt alias expositiones ꝛ questio-
nes circa hanc orationē dimitto causa breuita-
tis: quas ponit Alex. de ales. in. iij. parte sum.
in trac. de officio misse. membro. iiij. Pro cōclu-
sione vo dico ſm sanctū Bona. vbi.ſ. ꝙ in hac
oratione petuntur septem dona spiritussancti
de quibus habetur Esa. xj. ad extermināda in
nobis septē vitia capitalia. Dicimus ergo; san-
ctificetur nomen tuum: quasi dicemus. Da no-
bis spiritum sapientie. i. iocunditateʒ internā
vt gustemus ꝗ̄ suauis es: ꝛ hoc generet in no-
bis pacem: ꝛ hoc contra luxuriam: quia nō est
pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.
Adueniat regnum tuum, i. da nobis spiritum

patet q quantū ad veritates in se cōtentas sym bolum fidei hz quattuordecim articulos. Sed duodecim dicunt per respectum ad duodecim aplos. Et iste numer⁹ duodenari⁹ q̄ constat ex numero ternario q̄ttuor vicib⁹ cumulato signi ficat fidē trinitatis in doctrina q̄ttuor euāge liorum. Jō autē hec collectio τ cōpositio duode cim articulorum appellata est symbolū fm Alex. de ales vbi.s. Qr in phia symbolū dr̄ cōueniē tia.iuxta illud Aristo.in.ij.de generatione. In habētib⁹ symbolū facilior est trāsit⁹. Hec autē collectio facta est vt oēs nationes in vnā reli gionē τ fidē cōuenirēt. Alia etiā rōne appella ta est symbolū:a syn qd̄ est con:et belle qd̄ idē est qd̄ snia: quasi multorum aplorum insimul snia. Oēs em̄ hos articulos approbauerūt τ in eā dem sniam cōuenerūt. Uel idē dr̄ symbolū:qr v̄ba ei⁹ ex diuersis sacre scripture sentētijs col lecta sunt. Ait em̄ Aug.in li. de symbolo. Ista v̄ba p diuersas scripturas sparsa sunt: sed tñ collecta τ ad vnū redacta ne tardorum hominum laboraret memoria.hec ille. Sed dicet qs. Fac me cognoscere que dicis et quo in loco singule articulorum partes in sacra scriptura collecte sunt. Audi articulū primū qui fuit Petri di cētis: Credo. Et hoc habet Eccl.ij.vbi dr̄. Qui timetis dñm credite illi. In deū. Deut.vj. Au di israel. Dñs deus noster deus vnus est. Pa trem. Hiere.iij. Patrem vocabis me τ post me ingredi nō cessabis. Omnipotentem. Gen.vij. Ego dñs oipotens ambula corā me τ esto per fectus. Creatorem celi τ terre. Gen.j. In princi pio creauit de⁹ celū τ terrā. Scd̄s articulus fuit Andree qui dixit. Et in iesum.qd̄ habetur Abachuc.iij.c. vbi dixit pp̄heta. Ego autē in dño gaudebo τ exultabo in deo iesu meo. Chri stum. Abachuc vlti. Egressus est in salutē po puli tui in salutē cū xp̄o tuo. Filiū eius vnicū. ps.ij.dicit xp̄s. Dñs dixit ad me filius me⁹ es tu:ego hodie genui te.τ ps.lxxxviij. Ipse inuo cabit me pater me⁹ es tu. Et ego primogenitū ponā illū excelsum pre regibus terre. Dñm nos trum.ps.xxiij. Dñi est terra et plenitudo eius orbis terrarū: et vniuersi qui habitāt in eo. Et ps.ij.dixit deus pater filio quē volebat mitte re ad incarnandum. Postula a me τ dabo tibi gētes hereditatē tuā:τ possessionē tuā termi nos terre. Reges eos in virga ferrea. Tertiū articulū posuit Johānes dicēs. Qui cōceptus est de spiritusancto. Et hoc habetur Esa.lxiij. vbi dr̄. Spiritussanctus ductor eius fuit. Na tus ex Maria v̄gine. Esa.vij. Ecce virgo conci piet et pariet filium et vocabitur nomen eius emanuel.qd̄ interptatur nobiscū de⁹. Quar tus articulus fuit Jacobi maioris dicentis. Passus sub Pōtio pylato. Et hoc habet Esa. l.vbi inq̄t xp̄s. Corpus meū dedi percutienti bus τ genas meas vellētibus: faciē meam nō auerti ab increpātibus τ cōspuentibus in me. Crucifixus. Job.vij. Suspendiū elegit sibi aia mea.τ ps.xxj. Foderūt manus meas et pedes meos dinumerauerūt oia ossa mea. Mortuus Esa.liij. Tradidit in mortē aiam suā τ cū scele ratis reputatus est. Et sepultus. Esa.xj. Et erit sepulcrum eius gloriosum:dixit. Propheta vi dēs in spiritu xp̄m de sepulcro resurgentē cuz gloria. Quintū articulū posuit Jacobus mi nor dicēs. Descendit ad inferos. Et hoc habet Zacha.ix. vbi propheta loquitur dicēs futura velut preterita more prophetico. vñ ait. Tu q̄z in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu:in quo non est aqua. Anima enim christi descendens ad inferos liberauit sanctos pa tres. Sextū articulū posuit Thomas dicēs. Tertia die resurrexit a mortuis. Osee.vj. dice bant mortui qui debebant resurgere cū christo postq̄ itellexerūt illū esse mortuu forte p annū ciationē angelicaz. Uiuificabit nos post duos dies: tertia die suscitabit nos:et sic se inuicem confortabāt. Septimus articulus fuit Phi lippi q̄ dixit. Ascēdit ad celos. Et hoc habetur ps.xlvj. vbi dr̄. Ascēdit deus in iubilatione: et dñs in voce tube. Sedet ad dexterā dei patris oipotentis. ps.cix. Dixit dñs dño meo:sede a dextris meis. Octauū articulū posuit Bar tholomeus di. Inde venturus est iudicare vi uos τ mortuos. Et hoc habetur Esa.iij.vbi dr̄. Dñs ad iudicium veniet cuz senioribus populi sui τ principib⁹ eius.τ ps.xcvij. Judicabit or bem terrarū in iusticia:τ populos in equitate.

Nonus articulus fuit Matthei q̄ ait. Cre do in spiritūsanctū. Et hoc habetur Johel. ij. c.vbi dixit de⁹ de spiritusancto quem debebat mittere in die pētecostes. Effundam de spiritu meo sup oēm carnē:τ pphetabunt filij vestri.

Decimū articulū posuit Symō dicēs. San ctam ecclesiā catholicaz:scz esse vnicā per totū mundū.c.j.§. vna v̄o.de summa trini.τ fide ca tho. et ex̄ quam nemo potest saluari. De qua Sophonie vltimo dicit spiritussanctus. Red dam populis labiū electum:vt inuocent oēs in noīe dñi τ seruiant ei humero vno. Oēs enim xp̄iani dicuntur esse vnū corpus ecclesie. iuxta illud Pauli ad Roma.xij. Multi vnū corpus sumus in christo. Et eadem sentētia habet.j. ad Cor.xij. licz per alia verba. Sanctorum

cōionē. Sap. vij. Sine īuidia cōico: dicit quili-
bet sctūs. Et psal. cxviij. dicit Dauid dño. Par-
ticeps ego sum oim timentiū ꝛ custodientium
mandata tua. Undecim⁹ articulus fuit Tha-
dei dicentis. Remissionē pctōꝝ. Et hoc habeꝭ
Ezech. xxxvj. vbi dicit deus de aqua baptisma-
li. Effundā supervos aquā mundā ꝛ mundabi-
mini ab oīb⁹ inqnamētis vr̄is. BB

D istū aūt articulū cū precedentib⁹ po-
s test applicari remissio que fit non solū
in absolutione ɔfessoris: sed etiā illa q̄
daꝭ p indulgētias ecclesiasticas. Indulgentia
aūt hoc mō accepta est quedā remissio pene de-
bite p pctis post contritionē habitā de eis: vt
colligiꝭ ex notatis. i. c. qḋ aūt. de peni. ꝛ re. Sꝫ
hic qri pōt vtrū pcedat ꝙ indulgentie ecclie tm̄
valēt: vt sine alia penali satisfactione aliqñ ab
oī pena ipis pctis debita liberetur faciens qḋ
in forma indulgētie ɔtineꝭ. Et dimissis diuer-
sis opinionibus theologoꝝ maxime Richar. ꝛ
Tho. ac Bonauē. in. iiij. di. xx. ꝛ Alex. de ales in
iiij. par. sum. in tractatu de indulgentijs. et ca-
nonistarū. i. d. c. qḋ aūt. de peni. ꝛ re. ꝛ in. c. īdul-
gētie. eo. ti. li. vj. ꝛ in clemē. vnica. de reli. ꝛ ve.
san. Dico ſm Franciscū de may. in tractatu de
indulgētijs: ꝙ solū hoc pcedit ex merito xp̄i ꝛ
passionis eius cuius minima gutta sanguinis
vel sudoris sufficeret ad expiationē oim pecca-
toꝝ que vnq̄ꝫ fuerūt perpetrata aut perpetra-
būtur. Qꝛ eius respectu nihil sunt oīa. vt in. c.
dānamus. circa finem. de summa tri. ꝛ fide ca.
Uere etem̄ ipse portauit dolores nostros. Esa.
liij. et. c. cū marthe. de cele. mis. Cuius thesauri
dispēsatio tradita est sup terrā ei q̄ curā hꝫ my-
stici corporis: ꝛ clauē totius ecclesie militātis.
Mat. xvj. ꝛ. xviij. ꝛ. c. quāto. de trāslatis. ꝛ ca.
qḋcunq̄ꝫ. xxiiij. q. j. Et sic non obstat si dicaꝭ ꝙ
nō est discipulus sup magistrum: nec apl's ma-
ior eo qui misit illū. Ioh. xiij. Et ꝙ inferior nō
hꝫ autoritatem in bonis superioris. c. inferior.
cū si. xxj. di. Un̄ nō pōt inferior absoluere a pe-
na imposita a superiori. d. c. inferior. Et iō vi-
detur ꝙ nulla pura creatura habeat autorita-
tē sup merita xp̄i ꝛ passionis ei⁹: et cōsequēter
nec apli. Cunq̄ꝫ cuiq̄ꝫ pctō sit a deo imposita ꝛ
assignata debita pena. ꝛ etiā post cōtritionem
videꝭ ꝙ nullus sacerdos etiā si sit summ⁹ pon-
tifex possit dictā penā remittere et indulgere.
Ad qḋ rn̄deꝭ ꝙ ecclesia siue p̄lat⁹ ecclesie facit
hoc autoritate xp̄i qui concessit suo vicario au-
toritatē dispēsandi rōnabiliter thesauros me-
ritoꝝ passionis sue q̄ fuerūt sufficiētes ad infi-
nitos hoies redimendos cū essent infinite vir-
tutis. Et iō de hac superabūdātia cōferūtur in-
dulgētie ab ecclia. Et ad argumētū de superio-
ritate rn̄deꝭ ꝙ īferior pōt absoluere a pena im-
posita a superiori autoritate ei⁹. argu. in. c. vlt.
xciij. ꝛ. xciiij. di. c. j. Qꝛ aūt vicarius xp̄i habeat
hanc autoritatē ab ipso: pbaꝭ quadruplici via
seu rōne. Prima est talis. Qñcūq̄ꝫ aliqs p̄n-
ceps cōmittit alicui vicario suo plenitudinem
potestatis sue nullā ponēs in cōmissione exce-
ptionē ille potest ſm formā cōmissionis sibi fa-
cte in oī materia relaxare ꝛ restringere cum ha-
beat ptātē vniuersalr sibi cōmissam et nullate-
nus coartatā. Sed btō Petro vicario xp̄i fuit
ab eo collata ptās hmōi vlis ꝛ gn̄alis dū ei di-
xit. Qḋcūq̄ꝫ solueris sup terrā erit solutū et in
celo ꝛc̄. Mat. xvj. Et sir etiaꝫ alijs aplis talis
ptās fuit ab ipso ɔcessa. Mat. xviij. nulla peni-
tus facta exceptiōe. ergo vicari⁹ xp̄i pōt culpa-
rū penas relaxare. Qui eñ totū dic nihil exclu-
dit. l. a pcuratore. vbi glo. C. mā. ꝛ. c. solite. de
maio. ꝛ obe. cū si. Scda rō est talis. Quicūq̄ꝫ
p̄nceps cōmittit alicui qḋ mai⁹ est etiā intelli-
giꝭ cōmittere circa eādem materiā illud qḋ est
min⁹. Et iō dās autoritatē sentētiādi dare etiā
intelligiꝭ autoritatē inqrēdi de cā. c. p̄terea. de
offi. deleg. ꝛ l. ij. ff. de iuris. om. iu. Sꝫ circa ma-
teriam pctōꝝ maius est absoluere a culpa q̄ꝫ a
pena: qꝛ maius malum est ipsa culpa q̄ pena.
Ergo cū p̄nceps ecclīasticus habeat plenā po-
testatē absoluēdi a culpa: multomagis hꝫ po-
testatē absoluēdi a pena quo est min⁹ malū. cu-
ius signū est: qꝛ reddiꝭ pena p culpa a deo qui
semp dat minora p maiorib⁹. Tertia rō ē ta-
lis. Cuicūq̄ꝫ cōmittitur relaxatio maioris pene
circa eūdē pcessum videꝭ ꝙ nō sit ei neganda
relaxatio minoris: qꝛ nō dꝫ cui qḋ plus est lꝫ ꝙ
minus est nō licere. l. nō dꝫ. ff. de re. iu. et. c. cui
licet. eo. ti. li. vj. Et iō habēs ptātē a p̄ncipe di-
mittendi mortē intelligiꝭ etiā habere ptātē di-
mittēdi mutilationē vel exiliū. Sed xp̄s dedit
ecclie plenitudinē ptātis remittēdi obligatio-
nē ad penā eternam: vt pꝫ in absolutione pctī
mortalis cū sacerdos dicit confitenti. Ego ab-
soluo te ab istis ꝛ ab oībus pctīs tuis mortali-
bus ꝛ venialibus ꝛc̄. Ergo multomagis dedit
ei potestatē remittēdi obligationē ad penam
tpalē purgatorij. Nā qcūq̄ꝫ hꝫ potestatē super
antecedēs hꝫ etiā sup ɔn̄s: qḋ nō sequiꝭ nisi ex
illo an̄te. Sicut si mors nō posset euenire nisi
preuia infirmitate quicūq̄ꝫ posset tollere oēm
infirmitatē posset etiā tollere oēm mortē. Un-
de cū in ciuilibus actio nascaꝭ ex obligatiuo:
ex quo cōiter dꝛ ꝙ obligatio parit actionē. in-

sti.de acti.circa prin.⁊.ff.de pecu.l.licz in popu laribus. Quicūq; pōt tollere actionē pōt etiā tollere obligationē. Et cū ideo pena sit subseq̄ns ad culpā: sicut actio ad obligationē cum acceperit ecclia plenitudinē potestatis ad tollēdū instrumentaliter culpā: pfecto etiā accepit ptātē ad dimittēdā ipsaʒ penā. Quarta rō est. ta lis. Ois princeps iusticie dʒ esse promptior ad remittēdū q̄ ad puniēdū: dicente dño Ezech. xviij. Nō est volūtatis mee mors impij: sed vt magis cōuertat̄ ⁊ viuat. Et facit. l. adrian⁹. ff. de acti. ⁊ obli. Illa aūt ad q̄ magis est prōpt⁹ q̄ libet facilius cōmittit. Cū ergo xp̄s cōmiserit ecclie ptātē obligādi ad penā: q̄ multomagis ei cōmisit ptātē absoluēdi ab illa pena. Nā Io hā. xx. dixit discipulis suis. Quoꝝ remiseritis pctā remittunt̄ eis: ⁊ quoꝝ retinueritis retēta sunt. Nō em̄ ptātē habēt sacerdotes retinēdi pctā quoad culpā sed solū quoad penā: aliter possent aliquē inuitū retinere in pctō mortali qd̄ est falsum: verba ergo xp̄i intelligunt̄ de re tētiōe ⁊ remissione pene q̄ qd̄e remissio fit per indulgētias. Exquo pʒ ppositū. Si aūt q̄rat̄ q̄ possint cōcedere indulgētias. Rn̄deo vt pōt colligi ex dictis Ricb. in. iiij. di. xx. ar. v. q. iij. ⁊ san. Bon. ea. di. ar. ij. q. ij. ⁊. b. Tho. in. iiij. scrip. di. xx. ar. iiij. q. ij. ⁊. iij. ⁊ Fran. de may. vbi. s. q̄ solus papa pōt dare indulgētias plenarias in toto orbe: qꝛ ipse solus assumptus est in plenitudine ptātis. c. cū ex eo. de peni. ⁊ re. ⁊. d. c. qd̄ cūq;. xxiiij. q. j. ptāsq; eius indeterminata. ij. q. vj. c. q̄ se scit. ⁊ e. de auto. ⁊ vsu pal. c. ad honorē. Legati vō dñi pape pñt de iure facere ppetuas indulgētias in terminis sue legationis sicut ⁊ ppetua statuta. de offi. legati. c. vlti. i tex. ⁊ in glo. Archiepi etiā in sua puincia: ⁊ epi in sua diocesi dūmō nō accedāt summam quadraginta dierū: siue sit p anniuersario ecclie: siue p alia cā. In dedicatiōe tñ basilice pñt cōcedere vsq; ad summā vnius anni ⁊ non plus: siue dedicet̄ ab vno epō vel archiepō siue a plurib⁹ vt in. d. c. cū ex eo. ⁊. c. nr̄o. eo. ti. Et dicit Cardi. in demē. ij. de peni. ⁊ re. q̄ si excedāt hūc numerū nō valēt. vt in. c. indulgētie. eo. ti. li. vj. qd̄ intelligēdū est s̄m glo. ibidē quoad excessum nō quoad numerū cōcessum. Limitata em̄ est eis ptās a papa ne p immoderatas ɔcessiones dānes ecclie ɔtēnerent̄: ⁊ penitētialis satisfactio euacuaret̄. d. c. cū ex eo. Itēʒ qꝛ facilitas venie incētiuū tribuit delinquēdi. c. est iniusta. xxiij. q. iiij. ⁊. c. vt clericoꝝ mores. de vi. ⁊ hone. cle. Alij aūt plati inferiores vt abbates priores et hmōi: nō possunt dare indulgentias, vt notat glo. in. d. c. nr̄o. nisi ex speciali cōcessione ⁊ priuilegio vel ex pscriptione ⁊ hmōi cū eis cōpetat. vt in. c. accedētibus. de exces. plato. Sacerdotes vō alij etiā parochiales sr̄r nō possunt dare indulgentias publicas ⁊ generales. Tn̄ s̄m Aluarū quē refert Car. i cle. religiosi. de priui. in foro penitētiali possunt dare indulgētias il lis quos possunt absoluere. Arch. in. c. deus q̄. de peni. ⁊ re. ⁊ idē tenet glo. in. c. mēsurā. de pe ni. di. j. ⁊ Panor. in. c. sicut dignū. de homi. ⁊ al legat. c. quā penitet. de peni. di. j. ⁊ idem tenet Inno. ⁊ Ber. in. c. qd̄ aūt. de peni. ⁊ re. Sed de quāto nō determinat̄ nisi q̄ Aluarus dicit q̄ possunt dare indulgentiā annoꝝ vel dierum sicut eis videbit̄ dūmodo discrete faciāt. Et ideʒ tenet Inno. ⁊ sequit̄ Archi. in. d. c. Indulgentie. de peni. ⁊ re. li. vj. Et ideo cōsiliū est q̄ confessor semꝑ intendat dare cōfitenti oēm illam indulgentias quā ei dare pōt. Dicit aūt Ricb. vbi. s. q. j. ⁊ Tho. vbi. s. q. iiij. Et etiā malus epi scopus pōt dare indulgētias que quidem conferunt̄ per potestatem ⁊ iurisdictioneʒ prelatis ecclesie traditam: malicia aūt nō tollit potestatem vel iurisdictionē: sed solū bonitatem. Item prelatus nō dat indulgentias nec remittit penam ex vi meritoꝝ suoꝝ: sed ex vi meritoꝝ recōditoꝝ in thesauro ecclie. Sicut ergo malus epūs pōt a pctō absoluere subditum: etiā pōt ei indulgentiam cōferre: vt etiam tenet Host. in summa dicens. Et indulgentie quas talis dat valent q̄diu ab ecclesia tolerat̄. Et facit. c. Dictum est. j. q. j. Notandū est aūt s̄m Aleran. de ales. in. iiij. parte summe. in tract. de indulgentijs. ⁊ sanctum Tho. in. iiij. dist. xx. ar. iij. q. ij. ⁊ beatum Bon. vbi. s. q. iiij. ⁊ Fran. de mayro. in tract. de indulgentijs. q̄ indulgentie dant̄ ad supportandum infirmitatem: ⁊ declarandam diuinam benignitatem cui dī Sap. xj. Misereris oīm ⁊c. Dant̄ ergo indulgētie p dei gloria ⁊ laude que precipue relucet in sctis eius: vt dicunt cōiter doctores. Scti vō honorātur maxime in cōstructione basilicarū ⁊ cōmemoratione virtutū suarū. Et ideo recte dat̄ indulgentie celebrātibus eoꝝ festa: vel his qui intersunt pdicationibus: vel visitātibus eoꝝ ecclesias: aut porrigētibus manus adiutrices earū cōstructioni vel reparatiōi ⁊ hmōi. Sīr dant̄ indulgētie p cōi vtilitate ⁊ defensiōe fidei vel terre scte. Item pro pmotione studij sacre scripture ⁊ theologie ⁊ hmōi que ordinant̄ ad predicta. Nec dare aliquid p hac causa vt habeatur indulgentia cōmittitur symonia: qꝛ tpalia non cōsiderant̄ vt tēpotalia simpliciter: sed vt

ordinata ad spūalia. ſm Bonauē. vbi. ſ. Dicit
aūt idē doctor ⁊ ſilr Alexā. de ales vbi. ſ. Qꝫ ſi-
cut fit in corporalib⁹ ⁊ tēporalibus: ita fit ſuo
mō in ſpūalibus. In reb⁹ aūt corporalib⁹ vide
mus ꝙ theſaurus regis a theſaurario ſolet ex
poni duplici ex cā. ſ. vel ad gloriam: honoreꝫ: ⁊
magnificentiā oſtendendā regie dignitatis ac
maieſtatis: ſicut faciūt qñqꝫ reges liberales.
Ut habet de Aſuero Heſter. j. vel propter in-
digentias cōitatis: vt qñ theſaurus exponitur
ad dandū militib⁹ ꝗ exponūt ſe pugne pro de-
fendēda cōitate ne ab hoſtib⁹ ledat. Et ſilr ſpi
ritualis theſaurus eccleſie ꝓ ſupradictis dua-
bus cauſis dꝫ exponi. Notādū eſt etiā ꝙ indul
gētia rite cōceſſa nō expirat in morte cōceden
tis: ſed ꝑdurat ſm Inno. in. c. qꝺ trāſlationeꝫ.
de offi. lega. ⁊ Panor. in. c. ſi. eo. ti. Ad hoc aūt
vt indulgētia valeat plura requirunt. Un di-
cit Franci. de mayro. vbi. ſ. ꝙ multa ſunt que
impediūt ne īdulgētia ꝓficiat. Primū impe
dimentū eſt infidelitatis. Ut eñi dicit Aug. j.
de doctri. xp̄iana. Xp̄s ita dedit claues ecclie:
vt ꝗ nō crederēt ſibi pctā dimitti nō dimitterē
tur eis: ⁊ ꝗ crederēt indulgētiā perciperēt. hec
ille. Et iō cuidā religioſo dicēte mihi. Ego nō
credo ꝙ ꝑ iſtas indulgētias hō euadat penas
purgatorij: niſi opera pnīe fecerit: Ego rñdi.
Tibi nō ꝓderūt: qꝛ in eis nō habes fidē. Sed
bñ mihi: qꝛ firmiter credo ꝑ eas euadi penas
ꝓ pctō debitas. Et in huius ſignū dꝛ Luc. vij.
Sicut credidiſti fiat tibi. ⁊ ibidē. Fides tua te
ſaluū facit. ⁊ Mat. xv. O mulier magna eſt fi-
des tua fiat tibi ſicut vis. Scḋm impedimē-
tū eſt defectus cōtritionis: qñ. ſ. qs de aliquo
pctō mortali a ſe cōmiſſo nō eſt cōtritus. Tūc
eñi ſm eūdem doctorē. ⁊ Ricḃ. in. iiij. di. ij. ar.
iiij. q. j. ⁊ Tho. ea. diſt. ar. v. q. j. nō pōt ꝑcipe-
re fructū indulgentie. Qꝺ ꝓbatur ſic. Nō pōt
fieri remiſſio pene manente culpa: cū intentio
principis ſapiētis nō ſit vt theſaurus ſuus ini
micis ſuis ſed amicis diſpenſet. Exiſtēs autē
in pctō mortali ꝓtunc eſt inimicus dei ⁊ eccle
ſie. de peni. di. iij. c. charitas. §. neminē. Cū er-
go ei nō remittat culpa per conſequēs nec pe-
na. Talis eñi nō eſt ſuſceptibilis theſauri cha
ritatis: qui eſt indulgētia cū ſit extra gregem
charitatis. Un ſicut mēbrum ab alijs mēbris
preciſum nō recipit influētiam eorū. Qꝛ vt ait
Phs. ij. de aīa. Omne qꝺ nutrit neceſſe eſt ꝙ
habeat vitam. Sic qui eſt in peccato mortali:
quaſi membrū mortuū nō ſuſcipit indulgen-
tiā ex meritis mēbroꝝ viuorū. Tertiū impe-
dimentum eſt rōne excōicationis: qñ eñi quis
eſt excōicatus: nō eſt capax indulgētie: qꝛ eſt a
gremio ecclie ſequeſtratus. Un nō ꝓſunt ei ſa
cramenta eccleſiaſtica. c. ſi celebrat. de cle. excō.
mi. Et faciat ad hoc qꝺ notatur in. c. quicūqꝫ.
xxiiij. q. j. ⁊ in. c. preſenti. de ſen. excō. lib. vj. Si
cut eñi membrū a corpore ſeparatū nō ſuſcipit
bñficia corporis: ita nec excōicatus bñficia eccle-
ſie: qꝛ eſt ſeparat⁹ a corpe xp̄i. c. engeltrudam.
iij. q. iiij. Silr nec illis ꝓſunt indulgētie qui
non ſunt de iuriſditione ei⁹ qui dedit eas. c. qꝺ
aūt. de peni. ⁊ re. Et per hoc nō excludūtur illi
qui ſunt de ꝓuincia metropolitani dātis in-
dulgentiā: licꝫ non ſint de eius dioceſi. d. c. no-
ſtro. eo. ti. Dicit tñ Inno. in dicto. c. qꝺ aūt. ꝙ
habēs licentiā a ꝓprio epō pōt accipere indul
gentiā in dioceſi alteri⁹ epi. Alij āo cū quibus
trāſit Hoſti. dicūt ꝙ etiā ſufficit ad hoc licētia
ſui parochiani. Guil. āo in Spe. dicit ꝙ tuti⁹
eſt habere licentiā ab epō ꝓprio vel metropo-
litano: qui eam pōt concedere. d. c. noſtro. Et
facit ad predicta de licentia epi. c. ſignificaſti.
de fo. cōpe. Quartū impedimentum eſt defe
ctus cōfeſſionis. Licꝫ eñi quidā dixerint: ꝙ ille
qui in paſcha fuit cōfeſſus: ⁊ poſtea cecidit in
peccatum mortale ſi habeat contritionē de eo
cū propoſito cōfitendi tēpore ab eccleſia depu
tato: habebit indulgentiā. Quā opinionē tan
git Panor. in. c. omnis vtriuſqꝫ ſexus. de peni.
⁊ re. ⁊ Johan. and. in dicto. c. quod aūt. ⁊ glo.
in cle. vnica. de reli. ⁊ ve. ſan. ⁊ Cardi. ibidem
hoc tenet: tñ tutius eſt qꝺ cōfiteatur: maxime
cū vix ſciāt ſeculares bñ cōfiteri. Itē qꝛ cōiter
in indulgētiarū cōceſſione ponit cōtritis ⁊ cō
feſſis. Si autem ſufficeret ſola cōtritio fruſtra
adderet ꝯfeſſis. Uerba aūt nō debēt intelligi
inaniter poſita. c. ad audientiā. de decimis. Et
iō a forma priuilegij nō eſt recedēdū. c. porro.
de priui. Si quis tñ nō poſſet cōfiteri defectu
cōfeſſoris vel alia rationabili cauſa nō poſſet
plene ⁊ ſufficienter cōfiteri: credo ꝙ in hoc ca
ſu ſufficeret contritio cū propoſito confitendi:
habita opportunitate. Quintū impedimētū
dꝛ indiſpoſitionis corporalis vel temporalis.
Qñ eñi dantur indulgētie: ſub modo ⁊ limita
tione: vtputa viſitātibus aliquā eccleſiam vel
porrigētibus manus adiutrices ⁊ hmōi. Ta-
les indulgētias cōſequunt ſolū illi ꝗ actuali-
ter viſitāt ⁊ manus adiutrices porrigūt. Infir
mi aūt ⁊ debiles ꝗ nō poſſunt ipſam eccleſiam
viſitare ⁊ pauperes: ꝗ nō poſſunt eccleſie ma-
nus adiutrices porrigere: lꝫ habeāt bonā volū
tatē viſitādi: vel manus adiutrices porrigēdi
ſi poſſent: et ꝓpter hanc bonam voluntatem

in cõspectu dei nõ parũ mereanť:tñ bñficium
indulgẽtiarũ nõ cõsequunť. Cuius rõ est. Qꝛ
ꝙuis volũtas bñfaciẽdi reputeť ꝓ facto quã-
tũ ad pmiũ essentiale: nõ valẽti opari. §. Itez
illud ꝓphete. de peni. di. j. Nõ tñ reputať ꝓ fa
cto quoad pmiũ accidẽtale: qḋ dať solũ operi
facto: cuiusmodi sunt indulgẽtie. Vñ dicit bea
tus Tho. i. iiij. di. xx. Qꝛ nõ extãte cõditiõe nõ
põt qs cõsequi qḋ sub cõditione concediť: nec
obstat ꝙ de⁹ respicit bonã volũtatẽ. xiiij. q. v.
c. si qd. Qꝛ verũ est quãtũ ad augmentũ gratie
ꝛ glorie: sed nõ quoad accidẽtalia pmia reqrẽ-
tia opus: cuiusmodi est remissio pene. Valet
tñ p accidẽs talis bona volũtas: qꝛ inquãtum
augmẽtat gratiã: p cõsequẽs ꝛ cõtritionẽ au-
get. Et ita operať ad remissionẽ pene. Dicit au
tẽ Ricb. vbi. s̃. ar. iij. q. ij. Qꝛ si pauper offerat
vnũ denariũ: ꝛ habeat indulgentiaz: tñ diues
offerẽs solũ vnũ denariũ nõ ꝯsequeť ipsaz in-
dulgẽtiã: qꝛ nõ decet eũ ad opus tã piũ et fru-
ctuosum tã parũ dare: sicut nõ diceret: rex ali-
cui homini auxiliũ prestaret si ei obulũ daret.
Intelliguntur ergo dari indulgẽtie offerẽtibus
ƀm facultatẽ ꝛ statũ suũ: qñ dr̃ ꝙ cõceduntur
porrigẽtib⁹ manus adiutrices. Et hec opinio
etiã est scti Bona. ꝛ Tho. in. iiij. dist. xx. Si aũt
indulgẽtia daretur omi offerẽti aliqd: tũc ƀm
Frãci. de mayro. vbi. s̃. qlibet aliqd offerẽs cõ
sequereť ipsaz indulgẽtiã quantũ ad remissio
nẽ pene. Qꝛ vt ipse ait. Indulgẽtie nõ ꝓsunt
principaliter ex merito operis: sed ex autorita
te ꝛ intẽtione dantis. Tñ ƀm Ricb. vbi. s̃. ma-
gis ꝓsunt plus offerẽti quãtũ ad augmẽtum
gratie. Dicit aũt sctũs Bona. vbi. s̃. ꝙ lz hõ nõ
faciat: qḋ iniũgiť in indulgẽtia: ƀm ꝙ eum de
cet: nõ tñ dz ꝓpter hoc dimittere qn faciat il-
lud qḋ sibi placet. Qꝛ ꝙuis nõ recipiat tantũ
de indulgẽtia quãtũ reciperet si offerret vel fa
ceret ƀm suã facultatem ꝛ cõdecentiã: tñ plus
habebit de remissione pene ꝓ tali ope: ꝙ ha-
beret ꝓ alio simili ceteris parib⁹ facto: vbi nõ
datur talis indulgẽtia. Posito aũt ꝙ duo offe
rẽtes nõ faciãt: qḋ eoꝝ status ꝛ facultas requi
rit: lz nõ recipiãt indulgẽtiã plenariã: vel tẽpo
ralẽ integrã sicut alij: qñ dicta indulgẽtia con
cessa est offerẽtib⁹ ƀm facultatẽ suã: vel porri-
gẽtibus manus adiutrices: tñ vt dictũ est reci
piẽt aliquã indulgentiã plus vel minus vnus
altero ƀm quãtitatẽ oblatiõis. Plus tñ aliqñ
iudicatur illud: qḋ realiter est minus. Et hoc
ꝓpter maiorẽ affectionẽ ꝛ deuotionẽ dantis:
ꝛ ꝓpter maiorẽ eius facultatem: vt patuit in
vidua que offerens duo minuta plus reputa-

ta est a dño misisse in gazophilatio ꝙ alij qui
erãt diuites: ꝛ multũ obtulerãt cũ minori affe-
ctione ꝛ dispẽdio suo. de qua habeť Luc. xxj. ꝛ
Marci. xij. Vnusqsqꝫ igiť dz studere offerre et
facere cũ deuotionis affectu omne illud qḋ cõ
tinetur in cõcessione indulgẽtie. Qꝛ ƀm theol.
in. iiij. di. xx. tãtũ valet indulgẽtia: quantũ so-
nant eius verba que debent inspici. arg. in. c.
cum et plantare. de priui. An aũt cõcedens in-
dulgentiam: si faciat illud pro quo ipsam con-
cessit habeat eã. Licꝫ Vincẽtius in. c. cũ ex eo.
de peni. ꝛ re. ꝛ Guil. in Spe. ꝛ Archi. in. c. in-
dulgẽtie. de peni. ꝛ re. lib. vj. dixerint ꝙ non:
allegantes. l. vnicã. C. ne quis in sua causa: et
l. inquisitio. C. de solu. tamẽ theologi maxime
ꝛ Ricb. ꝛ Tho. in. iiij. dist. xx. dicunt: ꝙ lz ali-
quis prelatus nõ possit sibiipsi primo ac prin-
cipaliter ꝛ directe dare indulgẽtiam: tñ postꝙ
eã dedit ꝛ concessit generaliter: põt ea vti sub
eadẽ forma. Aliter ipse esset peioris conditio-
nis ꝙ alij. Qḋ ƀm eos videť incõueniens. Et
hãc opinionẽ tenet Gaspar de calderinis in. c.
nostro. de peni. ꝛ re. ꝛ Gemi. in. d. c. indulgẽtie.
Vtrũ aũt indulgẽtia possit acapi ꝓ alio? Re-
spõdet Tho. in. iiij. di. xlv. ꝙ nõ nisi cõcedens
indulgentiã exprimat: ꝙ vult eam posse acapi
pro alio. Qꝛ tũc ille qui pro alio facit illud qḋ
cõtinetur in forma cõcessionis indulgẽtie: ob-
tinebit eam. Et cõcordat Alanus vt etiã habe
tur in summa ꝯfesso. li. iij. ti. xxxiiij. q. clxxxviij.
An ḣo acapi possit pro illis qui sunt in purga
torio? Respõdent multi theologi in. iiij. di. xx.
ꝛ Hostiẽ. in summa. ꝙ indulgẽtie nõ prosunt
illis qui nõ sunt de iurisditione illius qui eas
cõcessit. d. c. qḋ aũt. de peni. ꝛ re. Illi autẽ qui
sunt in purgatorio non sunt sub iurisditione
prelatorum ecclesie. Qꝛ dixit dñs petro Mat.
xvj. Quodcũqꝫ solueris super terram ꝛc. quasi
diceret: ꝙ super mortuos nõ haberet iurisdi-
tionem. Indirecte tamen ipsis mortuis ꝓsunt
indulgentie tales inquantum existẽtes in hac
vita faciunt pro eis illud qḋ continetur in for-
ma indulgentiarũ quando concedens expres-
sit ꝙ vult vt etiã acapi possit indulgentia ꝓ
defunctis. Dicunt tamen predicti doctores ꝙ
cum vt. s̃. dictum est ipsi mortui non sint de fo
ro ecclesie: non consequuntur remissionem pe-
narum ex vi indulgentie: sed bona opera qui-
bus quis meretur indulgentiam vt elemosy-
ne: et peregrinatiões valẽt eis sicut alia suffra
gia ecclesie: vt in summa confessorum vbi. s̃. q.
cxcj. sed Tho. in. iiij. distin. xlv. arti. iij. q. ij. et
ij. ij. q. cxcj. dicit. ꝙ non est aliqua ratio quare

ecclesia nõ possit trãsferre merita cõia ecclesie: quib⁹ indulgẽtie innitunt̃ i viuos ⁊ mortuos: nec tñ sequit̃ ꝙ ꝑlatus ecclesie ꝑ suo arbitrio aias possit a purgatorio liberare: q2 ad hoc ꝙ indulgẽtie valeãt requirit̃ cã cõueniẽs indulgẽtias cõcedẽdi. Albert⁹ etiã dicit ꝙ indulgẽtie multũ ꝓsunt defunctis si hoc in litteris remissionis ponitur. Et idẽ tenet Inno. in. c. qđ aũt. de peni. ⁊ re. Glo ꝟo Raymũdi dicit: ꝙ lꝫ nõ habeat ligare neq3 soluere nisi sup terrã: si tñ faceret talẽ indulgẽtiã que ꝓdesse haberet etiã defunctis: nõ debemus ponere os in celũ de plenitudine ptãtis ei⁹ temere dubitãdo. Et idẽ dr in summa cõfessoꝝ vbi. s. Et dicit Autor supplemẽti in ꝟbo indulgẽtia. Certe nõ videt̃ rõ quare ad defunctos possit trãsferri meritũ bonoꝝ operũ: ⁊ nõ meritũ passionis xp̃i ⁊ militãtis ecclesie. Hanc etiam opinionẽ ꝙ papa possit hmõi indulgentias cõcedere ꝓ mortuis tenẽt multi doctores alij: vt refert Card. in clemẽ. ij. de peni. ⁊ re. ⁊ idẽ tenet Aug. de Anchona in li. de ptãte pape dicens. Q2 papa põt de thesauro ecclie ꝑ cõmutationẽ indulgẽtie subuenire existẽtib⁹ in purgatorio: si hoc explicet in cõcessione indulgẽtie: videlꝫ ꝙ ille q̃ fecerit talẽ elemosynã vel visitauerit talẽ ecclesiã pro se vel ꝓ alio viuo vel mortuo habeat tantum de indulgẽtia: quãtũ cõsequat̃ ille ꝓ quo accipitur. Et ad illud dictũ euangelij. Quodcunq3 solueris sup terrã ⁊c. Rñdet̃ bm Tho. dupliciter. Uno mõ vt ly sup terrã referat̃ ad soluentem: vt sit sensus. Quodcũq3 tu existẽs sup terrã solueris ⁊c. Nõ eñi papa mortuus põt soluere vel ligare: sed viuus. Mors eñi aufert autoritatẽ ei⁹. que oĩa soluit. §. deinceps. in auf. de nup. Alio mõ si referat̃ ly sup terrã ad absoluẽdos etiã põt intelligi de existẽtib⁹ in purgatorio. Cũ eñi oẽs purgãdi sunt intra vel circa terrã possunt dici sup terrã: q2 nõ sunt in celo. Sciendũ tñ ꝙ ad hoc vt indulgẽtia valeat ꝓ alio requirit̃ ꝙ tam ille qui accipit q̃ ille ꝓ quo accipit̃ sit in statu gratie: al's non valet neq3 ꝑ modũ indulgẽtie neq3 ꝑ modũ suffragij. Ad cõfirmationem aũt predictoꝝ ꝙ indulgẽtia possit accipi ꝓ alio etiã defuncto qñ concedẽs hoc intẽdit posse fieri: possumus adducere exẽplũ de indulgentia portiuncule nostre que in perpetuũ perdurat omni anno die scđo Augusti in ecclesia sancte Marie de angelis apud assisiũ quã xp̃s ore ꝓprio concessit patri nostro sancto Frãcisco ad intercessionem gloriose ꝟginis matris sue. Uenetijs eñi quidam clericus cũ oĩa parasset que ad iter necessaria erãt vt indulgẽtiã predictã adiret grauiter infirmatus deuenit ad mortẽ: sed prius rogauit quendã amicuꝫ suũ vt si eum mori contingeret ipse acceptis que parauerat predictã indulgẽtiam ꝓ se petere vellet: votũ qđ ꝓ hoc fecerat adimplẽdo. Ille aũt rñdit ꝙ libentissime hoc ageret. Cũ aũt mortuo illo clerico ipse amicus ei⁹ esset negligẽs ad eũdũ: apparuit ei in somnis predictus clericus defunctus eũq3 de negligẽtia ⁊ infidelitate sua redarguit: ⁊ vt promissum impleret admonuit atq3 rogauit. Ille aũt amicus ei⁹ expergefactus ad ipsam indulgentiam perrexit. Cũq3 indulgẽtia accepta reuerteretur apparuit ei in via ille clericus multa luce clarissimus: atq3 gratias ei retulit di. Dñs tibi benedicat ꝓ labore quẽ pro me cepisti: nã hora qua ecclesiã intrasti oẽm penã purgatorij liber euasi: ⁊ vado ad gloriaꝫ paradisi. Ista aũt indulgẽtia portiũcule est excellentior ⁊ dignior oĩbus indulgẽtijs mundi triplici respectu. Primo respectu cõferẽtis. Nam alie indulgẽtie collate sunt a vicario xp̃i summo põtifice ⁊ puro hoĩe: hec aũt vt diximus fuit collata immediate ab ipso xp̃o dei filio. Scđo respectu impetrãtis: q2 alie indulgẽtie impetrate sunt ab aliquo viatore in hac vita mortali adhuc existẽte. Et hoc mediante aliquo emolimẽto tẽporali et trãsitorio: sed ista impetrata est a regina celi presentibus angelis ipso beato Frãcisco ei ꝑces porrigẽti solũ ꝓ salute animaꝝ ⁊ nõ ꝓ aliquo vel minimo subsidio tẽporali. Tertio respectu sigillãtis. Q2 alie indulgẽtie obtinẽt vigorẽ ⁊ autoritateꝫ ex bullis et sigillis aplicis: hec autẽ sine aliqua bulla scripta ⁊ plũbo sigillata: sed vt infra dicet̃ charta ipsius fuit beata virgo Maria: testes fuerunt angeli: sigilla fuerũt stigmata beati Francisci. Plũbator ꝟo fuit christus. Et ideo est sup oẽs alias autẽtica ⁊ digna. Ad quorũ euidentiam est sciẽdum ꝙ vt legitur in chronicis ordinis nostri ⁊ in cõformitatibus beati Francisci: cũ ipse beatus Frãciscus semel in cella sua apud sanctam Mariã de portiuncula feruentissime oraret deum pro peccatoribus apparuit ei angelus dñi dicẽs: ꝙ iret ad ecclesiam qm̃ xp̃s et beata virgo cũ magna multitudine angeloruꝫ expectabãt eũ. Quo cum perrexisset ⁊ christuꝫ cũ matre vidisset que stabat a dextris eius cũ multitudine angeloruꝫ: cecidit in faciẽ suã pre timore ⁊ reuerẽtia. Dñs autẽ iesus ipsi beato Frãcisco sic in terrã prostrato dixit. Francisce multũ sollicitus es cũ tuis socijs ꝓ salute animarũ. Postula ergo qđ vis circa salutẽ anima

rum ⁊ honorē ac reuerenciā deitatis: qꝛ datus
es in lucē gentium ⁊ reparationē ecclesie. Ipse
aūt iacebat quasi raptus in cōspectu deitatis.
Et tādem reuersus ad coꝛ ⁊ confortatus dixit.
Sanctissime pater noster supplico ego pctōꝛ
quaten⁹ digneris facere hanc gratiā humano
generi. s. cōcedere oīb⁹ et singulis veniētibus
ad locū istū ⁊ introeūtibus in ecclesiā istā: ve-
niam ⁊ indulgētiā omniū pctōꝝ suoꝝ vniuer-
saliter ⁊ generaliter de qb⁹ cōfessione fecerint
sacerdoti ⁊ mandatū susceperint. Et supplico
beate ꝩgini Marie matri tue aduocate huma
ni generis vt ꝓ hac petitione impetranda me
adiuuare dignet apud tuā pijssimā ⁊ clemen-
tissimā maiestatē intercedēdo. Ipa aūt regina
celoꝝ inclinata benigne precib⁹ beati Frācisci
statim cepit supplicare filio suo di. Altissime
de⁹ oīpotēs supplico hūiliter deitati tue ⁊ in-
tercedo: quatenus dignet se inclinare precib⁹
hui⁹ famuli tui. Ipse ꝩo dñs respōdēs di. Sa
tis grāde est qđ petisti: sed maioribus dignus
es frater Frācisce ⁊ maiora habebis. Admitto
igit orationē ⁊ supplicationē tuā: sed volo ꝙ
vadas ad meū vicariū cui dedi potestatē ligā-
di atqꝫ soluēdi in celo ⁊ in terra: ⁊ petas ab eo
ex parte mea dictā indulgētiā. Duodecim aūt
socij beati Frācisci q̄ erāt in cellis suis oīa pre-
dicta audiebāt vidētes lumē magnū in eccle-
sia ⁊ multitudinem angeloꝝ in circuitu: sed ti-
more perterriti nō audebāt intrare ecclesiam
nec cellas exire. Cū aūt dñs iesus cū matre et
multitudine angeloꝝ ascēdisset in celū beatus
Frāciscus mane sequēti ad dñm papā Hono-
rium q̄ tūc Perusij erat se cōtulit: corāqꝫ eo se
presentēs humiliter petijt ad honorē virginis
Marie dignaret in ipsa ecclesia portiuncule
ponere indulgentiā plenariā sine oblationib⁹:
qđ nō posse se facere respōdit: qꝛ oportet vt q̄
indulgētiā eā mereat ponēdo manus adiutri-
ces. Interrogauit aūt pōtifex beatū Frāciscū
quot annos vellet ibi poni de indulgentia?
Qui rñdit se nō velle annos sed aīas. i. vt qui
cūqꝫ dictā ecclesiā intrarēt cōtriti ⁊ cōfessi ple-
nam cōsequerent remissionē omniū peccatoꝝ
suoꝝ a culpa ⁊ a pena q̄ peccata cōmisissent a
die baptismi vsqꝫ ad diem ⁊ horā introitus in
ecclesiā. Addēs ꝙ non ex se hoc petebat sed ex
parte xpi qui eū miserat. Tunc papa annuit et
qđ postulauerat cōcessit. Postmodū ꝩo ad pe-
titionem cardinaliū eam solū ad vnā diem na
turalem singulis annis in perpetuū extēdi de
clarauit. Egrediēte aūt beato Francisco pala-
tium vocauit eum dñs papa di. O simplex hō

q̄d portas de hac indulgētia. Ubi habes bul-
lam? At ille rñdit: sufficit mihi ꝩbum vestruꝫ.
Nullū eñ de hac re volo instrumentū: s; sit btā
ꝩgo charta: notarius xps: ⁊ angeli testes: si eñ
op⁹ dei est ipse illud manifestabit. In his aūt
oībus nō habēs btūs Frāciscus diem determi
natū tali mō ipsuꝫ obtinuit. Quadā eñ nocte
tpe hyemali cū oraret in dicta cella sua venit
ad eū sathā di. Frācisce cur te tantū affligis ꝑ
penitētiā cū adhuc sis iuuenis: ⁊ alīs penitētiā
facere possis? Tunc btūs Frāciscus expoliauit
se vestib⁹ ⁊ nudus exiēs cellā intrauit ꝑ quan-
dam sepē grossam ⁊ spinis plenam que erant
iuxta dictā ecclesiā sctē Marie ⁊ ingressus est
siluā durissimā ⁊ spinosam ibi adiacētē. Cūqꝫ
staret in ea cū carne sanguinolēta ac spinis la-
cerata: vt sic afflict⁹ passionē xpi maiori cōpas
sione meditaret ⁊ diabolicis blādimētis nō cō
sentiret apparuit in medio silue lumen maxi-
mū: ⁊ lꝫ esset tūc maximū gelu qꝛ erat de mēse
Januarij: rose tñ pulcherrime apparuerūt ibi
Uiditqꝫ beatus Frāciscus angeloꝝ multitudi
nem maximā tā in silua ꝙ in ecclesia: qui dixe-
rūt ei vt cito pergeret ad saluatorē et matrem
eius q̄ in ecclesia erāt. Statim aūt beat⁹ Frā-
ciscus inuenit se indutū vestibus nouis viaqꝫ
serico tecta ⁊ ornata videbat: ⁊ accipiēs duo-
decim rosas rubeas ⁊ duodecim albas iuit ad
ecclesiā posuitqꝫ eas super altari vbi reperit
xp̄m cū matre sua ⁊ magno cetu angeloꝝ: sta-
timqꝫ locut⁹ est di. Sctissime dñe placeat ma-
iestati vestre determinare diem predicte indul
gentie. Ipse aūt dñs ordinauit vt ipsa indul-
gētia inciperet prima die Augusti in qua cele
bratur festū sctī Petri ad vincula: ⁊ duraret a
primis vesperis illi⁹ diei vsqꝫ ad vesperas scđe
diei in qua celebrat festū portiūcule. Qua de-
terminatione habita btūs Franciscus adiuit
ad summū pōtificem cū ꝑdictis rosis petēs vt
etiā ipse diē prefatū eidē indulgētie assignaret
qui eā cōfirmauit scripsitqꝫ septē epis. s. Assi-
sij: Perusij: Fulginei: Spoleti: Tuderti: Eugu
bij: ac Nocerie: vt in die dedicationis eiusdem
ecclesie publicarēt ibi cū beato Frācisco ipsam
indulgentiam. In illo igitur die beatus Fran
ciscus pulpitum ascendens coram magna ho-
minum multitudine publicauit ipsam indul-
gentiam plenariam presentibus dictis episco
pis. Qui cum vellent contradicere ⁊ dicere ꝙ
non essent plenaria in perpetuum omni anno
sed aliquas limitationes vellent ei assignare
miraculose impediti nihil aliud dicere potue-
runt nisi idem quod dixerat beatus Fran-

cilcus: affirmantes eam esse perpetuus singu-
lis annis duraturam: et sic postmoduz eius no
ticia per orbem terrarum: et de generatione in
generationem diffusa est quam indulgentiam
usqz hodie cum maiori deuotiõe et cõcursu fre
quentant populi christiani q̃ multas indulgẽ
tias papalibus bullis munitas: hec em̃ vt dixi
m⁹ celestis regis sigillo fuit roborata. Sciẽ-
dum est igitur ꝙ qñ cõcessa est indulgẽtia ple
naria ab eo qui eam cõcedere põt: et ex rõnabi-
li causa cũ debitis modis est indulta: quilibet
obseruans ea que in forma indulgentie cõtinẽ
tur ipsam cõsequitur: et si tunc moreref statim
euolaret ad celum sine aliqua pena purgatorij
sm Fran. de mayro. et Aug. de Anchona vbi. s.
Doctores tñ assignant quattuor causas quare
recipiẽtes indulgẽtiam plenariam aliqñ retar
dantur ab ingressu paradisi. Primũ retardãs
est indulgentie taxatio: vt si dicaf in forma in
dulgentie: indulgentiã sibi plenariã oim pctõ
rum suoꝝ de iniunctis sibi penitentijs cõcedi-
mus: tunc em̃ si moreref nõ statim euolaret ad
celum: qr maior sibi penitentia fuerat iniũgen
da q̃ fuerit iniũcta: et vigore indulgentie nõ si
bi remittitur nisi pena sibi iniũcta a cõfessore.
Pro ergo illa parte penam que plus sibi debe
bat iniungi in foro penitentie luet in purgato
rio. Scḋm retardans est alicuius pcti omissio
per negligentiã vel obliuionẽ ex suo defectu p
cedentẽ: qñ in forma indulgentie dr: ꝙ habeat
remissionẽ oim pctõꝝ: de quibus cõtritus fue
rit et cõfessus: qr indulgentia nõ extenditur ad
pctã nõ cõfessa ex tali negligentia. Tertium est
alicuius pcti mortalis post acceptã indulgen-
tiam ppetratio: de illo em̃ lz postea cõfiteatur
nõ habet indulgentiã. Utrũ aũt si reuertatur
ad indulgentiã et faciat illud qḋ cõtinef in for
ma indulgẽtie iterũ illam habebit. Respõdet
Tho. in. iiij. di. xx. ꝙ qñ est tpalis vtputa a pri-
mis vesperis vsqz ad scḋas: vel vsqz ad octo di
es: solũ semel habef: etiã si decies intref et fiat
qḋ in forma indulgẽtie cõtinef nisi expresse di
catur: in ea ꝙ possit recipi totiẽs quotiẽs visi-
tetur ecclesia vel tale qd fiat. Si aũt indulgen
tia est perennis et perpetua sicut est Rome in
quibusdaz ecclesijs: quotiẽs quis vadit totiẽs
indulgentiã cõsequif. Et ista distinctio ponif
etiam in summa cõfes. li. iij. ti. xxxiij. q. clxxxiij.
Et idem tenet Cal. qui allegat caplm primum
de filijs presbyte. li. vj. et sequitur Jo. an. et Do-
mi. in. d. c. Indulgentie. de peni. et re. li. vj. Mat
theus aũt de Mathesolijs: vt recitat Card. in
cle. j. de priui. dicit: ꝙ etiã qñ indulgẽtia est tẽ
poralis põt recipi totiẽs quotiens fit illud qḋ
in indulgentia cõtinetur: et idez tenet ipse dñs
Car. ibi. et in cle. ij. de peni. et re. Cuius opiniõe
data p vera sequif ꝙ quis nõ solũ semel: sed
pluries põt accipere indulgẽtiã nõ solum p se
sed etiam p alijs viuis et mortuis: qñ ad ipsos
forma indulgẽtie extẽditur: si mõ singula vice
et p singula persona faciat qḋ in ipsa forma in
iungitur. Credo tñ ꝙ si quis postq̃ semel acce
pit indulgẽtiã faciat vnũ peccatũ mortale sub
spe iterã redeũdi ad ipsam indulgentiã: nõ suf
fragari sibi postea ipsam indulgẽtiam tempo
raliter datam: et ità põt vtraqz opinio cõcorda
ri. Quartum retardans est culpe venialis inex
pugnatio qñ quis moritur cuz pctõ veniali de
quo nõ est cõtritus sed fixus in affectiõe eius.
Stant enim venialia cum gratia: qr enim pe-
na nõ remittitur remanente culpa: ideo per in
dulgentiam non videtur remitti pena quoad
ipsa peccata venialia remanente in anima vo
luntate et affectu ac culpa ipsorum. vnde talis
decedens cum ipsius venialibus penã ipsoruz
perferret in purgatorio. Nõ enim est intentio
ecclesie seu vicarij christi parcere siue remittere
penam alicuius peccati: de quo quis nõ sit ma
le cõtentus: immo affectet in illo perseuerare.
Dicit autẽ Rich. in. iiij. di. xvj. ꝙ si quis staret
centũmille annis cum cõplacentia vnius pec-
cati venialis: totidem annis staret exclusus a
patria celesti. Dicit autem Fran. de mayro. in
trac. de indulgentijs: ꝙ ex indulgentijs proue
niunt nobis varia bona. Primo augmentatio
gratie: quia cum presupponant hominem in
gratiam existentem: opera autem bona homi-
nis in gratia existẽtis merenf gratie augmẽ-
tationem: et eius charitas mereatur augeri se-
quitur ꝙ lucrum indulgentie qḋ fit medianti
bus operibus meritorijs non põt fieri sine au-
gmento gratie. Secundum bonuz est accumu
latio glorie: qr cum nullus possit lucrari indul
gentiam nisi habet fidem cui promittitur visio
diuine essentie: vt patet ex primo de trini. ideo
cum lucrum indulgentiaruz augmentatur: ne
cessario felicitatis superne gloria nobis auge-
tur. Tertium bonuz est dimissio siue absolutio
pene. Si enim in indulgentie forma dicatur.
Remittimus tot annos vel dies de iniunctis
penitentijs: accipiens ipsam indulgentiam est
absolutus a penitẽtia quã tenebatur facere ex
impositione cõfessoris vel canonis per tot an-
nos vel dies. Si vero simpliciter dicatur. Dam⁹
tot dies vel annos de indulgẽtia est varia opi
nio Theologoruz in. iiij. distin. xx. Aliqui enim

dicūt ꝙ accipiēti ipsam indulgētiā remittunt
tot dies vel āni de pnīa quā tenebat facere in
hac vita ꝑ pctīs suis. Alij aūt dicūt ꝙ remit-
tunt illi tot dies vel anni de pnīa et pena quā
pertulisset in purgatorio ꝑ suis pctīs. Alij ꝟo
dicūt ꝙ talis post acceptā illā indulgētiā ꝑins
de ē ac si volūtarie egisset in hoc mūdo pniam
tot dierū vel ānoꝝ ꝑ suis pctīs. Pnīa aūt etiā
parua in hoc mūdo ꝑ pctīs volūtarie peracta
liberat a magna purgatorij pena ꝓm Rich. in
iiij. di. xv. Ergo indulgentiarum quātumcūq̨
temporaliū et paucorū dierū vtilitas est maxi
ma. Ex quibus oībus patet quōo in ecclesia dei
ꝓm ꝙ dicit vndecimꝰ articulus fidei fit remis-
sio peccatorū. Duodecimum articulū posuit
Matthias dicēs. Carnis resurrectionem. Et h̄
habet Ezechielis. xxxvij. vbi dicitur a dn̄o mor
tuis resurrecturis. Ecce ego aperiam tumulos
vestros: et educam vos de sepulcris vestris: et
dabo spiritū in vobis et viuetis: et vitā eternā.
Amen. In quibus verbis continetur virtuali-
ter vt predictū est etiā eterna dānatio peccato-
rum per argumentatum ab oppositis vt dicunt
Theologi in. iij. disti. xxv. Et iste articulus ha-
betur Danielis. xij. vbi dicitur. Qui dormiunt
in terre puluere euigilabūt. alij in vitā eternā.
alij ꝟo in opprobriū sempiternū. Istos autem
articulos nō omnes Theo. attribuūt eo ordi-
ne quē assignauimus ipsis apostolis. sed quod
nos attribuimus Johāni ipsi attribuunt An-
dree. vel Jacobo maiori. et sic de alijs. sed hoc
nihil importat. qꝛ scriptura autētica de h̄ non
habet. Ultra aūt symbolum apostolicum sunt
alia duo. s. symbolū sanctorū patrū cētū quin-
quaginta in cōcilio Niceno ꝓm aliquos: sꝫ me
lius in cōcilio Cōstātinopolitano cōgregatoꝝ
vt in. c. canones. xv. di. Et hoc factum fuit cōtra
Manicheum ⁊ Macedonium negantes spirī
tūsanctum esse equalem patri ⁊ filio: ac cantat
in missa. Aliud ꝟo qđ cantat ī prima in dn̄icis
diebus: ⁊ fuit factū cōtra Arriū negantē filium
esse patri equalē: cōpositum fuit ab Athanasio
excellentissimo doctore ⁊ ep̄o Alexandrino: et
vtrūq̨ istoꝝ fuit editum ad declarationem pri
mi. s. apostolici cōtra hereticos illud male ex-
ponētes. Primū tn̄ est digniꝰ: tū ꝑpter cōpo-
sitoꝝ excellētiā. tum qꝛ oēs articulos fidei ple-
nius cōtinet: ⁊ est magis sententiosum ꝙ̄ alia
vt dicūt theologi in. iij. di. xxv. D

Sti sunt duodeci articuli fidei catho
f lice quos qlibet xp̄ianus dꝫ scire. ⁊ in
nullo eoꝝ errare. Nā Jac. ij. c. dr̄. Qui
seruauerit totā legē: offenderit aūt in vno. s. fi-
dei articulo ꝓm sanctū Bon̄. factus est oīm reꝰ.
Et Salomō Eccs. ix. att. Qui offendit in vno:
scꝫ articulo multa bona ꝑdet. Aug. etiā in li. de
moribus ecclesie inquit. Etiā si perseueraueris
in oībus fidei bonis: deficies aūt in vno: iusti-
cia dei iudicabit te: ac si nullū vnq̨ fecisses bo
num. Et ideo inq̄t Athanasius in symbolo suo
Quicūq̨ vult saluus esse ante oīa opus est: vt
teneat catholicā fidē: quā nisi quisq̨ integram
inuiolatāq̨ seruauerit: absq̨ dubio in eternum
peribit. Capropter querūt theologi vtrū quili
bet christianꝰ teneat scire oēs articulos fidei
explicite? Et respōdet seraphicus doctor sctūs
Bon̄. in. iij. di. xxv. ar. j. q. iij. in corpore questio-
nis. ⁊ Rich. in ea. di. ⁊ Alexā. de ales in. iij. par
te summe. in tracta. de fide. ꝙ omnes christia-
ni post aduentum christi tenentur credere oēs
articulos. tripliciter autem possunt credi. s. aut
oēs implicite: aut quidam implicite: ⁊ quidam
explicite: aut oēs explicite. Credere oēs impli-
cite ⁊ in cōfuso est fidei diminute: qꝛ non suffi
cit sic solum in generali credere qđ sancta ma-
ter ecclesia credit: vt quidam ignorantes faciūt
peiores infidelibus ⁊ iudeis qui nō ignorant
legem suam. Adeo enim clara est quorūdam ar
ticulorum noticia: ꝙ nullus habens vsum ra-
tionis potest illos ignorare: nisi per maximam
ac crassam ignorantiā ⁊ culpam: qn̄ inter chri-
stianos est enutritus. Et ideo de tali fide impli
cita dicit Bern̄. in sententijs suis. Quilibet ve
rus fidelis tenetur habere de deo magnam fi
dem: ⁊ de dn̄o iesu xp̄o: nec debet habere paruā
qꝛ apud deum ⁊ christum qđ paruum est non re
putatur. Credere quosdam implicite ⁊ quosdā
explicite est fidei ad salutem necessarie: pōt em̄
ad simplicium salutem sufficere. Ad illos enim
articulos explicite credendos tenentur: quos
manifē. stat eis predicatio aut vsus ecclesiasti-
cus: sicut est de vnitate essentie diuine: ⁊ trini
tate personarum: que omnia possunt cognosci
ex ipso actu signationis. s. In nomine patris:
⁊ filij: ⁊ spiritussancti. Amen. dum dicitur. In
noīe: ⁊ non in nominibus: vt significet vnitas
deitatis: ⁊ postea nominātur tres persone. Si
militer articulus de incarnatione xp̄i ⁊ natiui
tate: passione: ⁊ resurrectione: atq̨ ascensione
eius pōt cognosci ex solēnitatibꝰ quas celebrat
eccl̄ia. Articulū etiā de remissione pctōꝝ pōt q̄
libet cognoscere ex sacramēto penitētie ⁊ ex sa
cra cōfessione: ⁊ similiter ex baptismo qđ videt
in ecclesia frequētari. Articulū etiā de spū sctō
pōt aliqualiter intelligere ex solēnitate Pen-
tecostes. Alios autem articulos sufficiat simplici

bus ⁊ aliis cōibus personis credere implicite:
ita ꝙ nulli dissentiant. Credere aūt oēs expli-
cite est fidei distincte: et iam prouecte. Et hoc
non est de gñali fidei necessitate: sȝ tm̄ ad illos
pertinet q̄ officiū p̄dicādi in pplo h̄nt vel curā
aiarū suscipiunt. Tales em̄ debent esse periti.
xxxvi. di. c. Qui ecclesiasticis. Et in. c. Si quis.
⁊. xxxviij. di. c. Ignorantia. Illi ergo q̄ habent
curam aiarū vel p̄dicādi officiū: tenentur ad fi-
deȝ explicitā: qꝛ debēt scire oēs articulos fidei
declarare. Ut etiā inquit Tho. ij. ij. q. ij. ar. vi.
vbi dicit: ꝙ sicut reuelatio diuina fit inferiori-
bus angelis ꝑ superiores: vt inquit Dionisius
iiij. c. celestis hierar. ita explicatio fidei dȝ pue-
nire ad minores hoies. per maiores: idest p̄di-
catores ⁊ p̄latos ex snia Alexan. de ales in. iij.
parte sum. in trac. de his qui pertinent ad re-
ctitudinem intentionis. q. antepenultima: ⁊
allegat illud. i. Petri. iij. c. Parati ad satisfa-
ctionem omni poscenti vos rōnē de ea que vo-
bis est fide ⁊ spe. O quot sunt p̄dicatores aia-
ruȝ rectores q̄ cū teneantur alios instruere de
articulis fidei: ipsi eos ignorant: aut nō bñ in-
telligunt. Et ideo dicit Celestinus papa in ca.
ordinatos, lix. di. Debet ante esse discipul⁹ q̄s-
quis doctor esse desiderat: vt possit docere qd̄
dicit. Credite ergo oēs articulos fidei: ⁊ illos
intelligere procurate. Ait em̄ Aug. sup Johā.
ꝙ magnum vas fidei attulerit quis ad fonteȝ
gratie tm̄ implet de gr̄a. Et Ber. sup Can. inq̄t
Parua siquideȝ fides parua meretur premia.
Omnes ergo xpiani debēt symbolū aplicū sci-
re. Ait enim Aug. in quodaȝ sermone. Nescio
qualiter xpianū se esse dicat q̄ paucos versus
symboli ⁊ orōnis dissimulat. Precepit enim ec-
clesia curatis vt doceant subditos suos orōnē
dñicā ⁊ symbolum. c. Deus q̄. iuxta glosam. de
peni. ⁊ re. et ex̄ de vita ⁊ hone. cle. c. Ut quisq̄s.
⁊ ibi glo. Ergo etiā ex ꝯsequēti p̄cipit subditis
vt addiscant: ⁊ tenētur obedire. c. Si q̄s p̄sby-
ter. lxxxi. di. Silr̄ illis qui leuauerunt pueruȝ
de baptismo p̄cipit vt eū doceant symboluȝ ⁊
orōnem dñicam: quam ⁊ ipsi tenentur scire. c.
Nos ante oia. de conse. dist. iiij. Item precepit
oībus adultis baptizatis vt ipm symbolū ad-
discant in. c. baptizandos. eadē di. Sed multi
sunt ita rudes ⁊ parui animi ꝙ putant ip̄ossi-
bile eis esse p̄dicta addiscere: ⁊ tm̄ lōgas fabu-
las ⁊ cantilenas indelebili memoria retinent.
Uñ accidit ꝙ q̄dā ꝯfessor astutus cuȝ audisset
in cōfessione quendā valde rudē sed diuitē ꝓ
pnia suoꝝ peccatorum voluit ei dare vt certis
diebus diceret Pater noster. Cui ille r̄ndit ꝙ
illud ignorabat: et nunq̄ȝ illud addiscere pos- exēplū
set: qꝛ nō habebat bonā memoriā. Tunc cōfes-
sor illū interrogauit quā artē faceret. Cui ille
r̄ndit ꝙ vendebat blada: ⁊ frumentū et legu-
mina. Ipse vo ꝯfessor iterū interrogauit ipm
si aliq̄n vēdebat p̄dicta ad credentiam. Et ille
r̄ndit ꝙ sic. imo quasi semꝑ: qꝛ aliter bñ vēde-
re nō posset. Tūc cōfessor dixit. Quō potes no-
mina ⁊ cogitationes illoꝝ quib⁹ vēdis memo-
rie retinere cū nescias scribere. Cui ille respon-
dit. Bñ hoc memorie teneo: aliter male faceret
facta mea nō credatis ꝙ taliū obliuiscar res
em̄ mea agitur: audiēs aūt hoc cōfessor dixit.
Saltē pro pnia tuorū peccatoꝝ volo ꝙ con-
modes vsq̄ȝ ad annū quibusdā pauperib⁹ cer-
tam mēsurā frumēti amore dei. Ille vo respō-
dit. hoc faciā libentissime quia facere possum.
Tūc ille cōfessor inuenit certos pauperes ⁊ in-
formauit eos vt ad illū mercatorē irēt: ⁊ amo-
re dei ⁊ sui peterent mutuo frumentū vsq̄ȝ ad
annū singuli prout necesse habebant: ⁊ q̄n ille
mercator interrogaret de noīe eoꝝ: ⁊ de cogna-
tione tenerēt hūc modū: ꝙ vn⁹ iret post aliuȝ
ordinatim. Et primus interrogat⁹ de suo noīe
diceret ꝙ vocatur Pater noster. et si diceret.
qualis appellat̄ tua cognatio. R̄ndet ꝙ ap-
pellat̄: qui es in celis. Scd̄s aūt diceret ꝙ vo-
catur: Sanctificetur nomen tuum: ⁊ ꝙ sua co-
gnatio appellatur: Adueniat regnū tuū. et sic
singuli facerēt vsq̄ȝ ad complementum Pater
noster. Cum ergo ad illū iuissent ⁊ habito tri-
tico interrogarent̄ de noībus suis: atq̄ȝ predi-
cta respōdissent: ille dixit: ꝙ extranea nomina
sunt ista: nūq̄ audiui talia nec siles cognatio-
nes: et postea dicebat intra se res vadit ꝓ me
si obliuioni trado ista nomina. vnde quasi cō-
tinue ruminabat in mente predicta nomina: ⁊
dicebat. Primus sic vocatur et eius cognatio
est talis. Scd̄s aūt sic appellatur: et sic de sin-
gulis. Transactis aūt aliquibus mēsibus ille
confessor eum inueniens interrogauit si accō-
modauerat frumentū illis pauperib⁹. Et ipse
respondens ꝙ sic: addidit. O qualia nomina
habent et difficilia ad tenendum in memoria.
tamen qꝛ nolo amittere frumētum: nunq̄ fui
oblitus eorum sed in recenti memoria habeo.
Dixit auteȝ cōfessor. Dic mihi ista noīa. At ille
cepit dicere. Primus vocatur Pater noster: ⁊
eius cognatio dr̄: qui es in celis ⁊c̄. Tunc con-
fessor ait. Dimittas nominare primū vel scd̄m:
sed solū recita nomina ⁊ cognationes singulo-
rum per ordinem. Ille vo statim et celeriter
cepit dicere. Pater noster qui es in celis san-

etificetur nomen tuum ꝛc. vsq̨ in finem. Confessor aūt cepit ridere: ꝛ ille ait. Quid ridetis? Tunc confessor dixit: rideo q: didicisti Pater noster. Tunc ille exclamauit dicens. Potest facere deus ꝙ hoc sit Pater noster. Profecto nunꝙ credidissem posse illud addiscere. Est aūt mihi magis gratum hoc didicisse ꝙ si haberem decē aureos in manu mea: et ideo ipsis pauperibus elargior frumentū qđ eis commodaui amore vestri: qui me tali modo fecistis addiscere Pater noster. O quot huic similes reperiuntur: qui pro lucris tēporalibus etiam difficilia queq̨ memorie cōmendant: sed pro lucro anime ꝛ sua salute dicunt non posse addiscere: vel in memoria retinere symbolum fidei: et alia necessaria ad salutem: ꝛ ideo vt nullus de ignorantia excusare se possit: et vt omnes articulos melius intelligatis: audite illos vulgari sermone.

Credo in deum patrem omnipotentem
Creatorem celi et terre
Ita dixit Petrus piscator
Dixit Andreas ego cum puro corde.
Credo in iesum christum vnicum filium
Dei nostri ꝛ boni domini.
Qui cōceptus est de spiritusancto.
Dixit Iohannes est e maria natus
Uirgine ꝯm veram prophetiam.
Sub pylato fuit passus.
Crucifixus mortuus ꝛ sepultus
Jacobus maior dum hoc sum locutus
Descendit ad limbū noster saluator
Patres sanctos liberauit merore
Ut protestatur Jacobus minor.
Tertia die vt erat prophetizatum
De morte ad vitam resuscitatus.
Sanctus Thomas manu tetigit
Ascendit ad celum totus gloriosus.
Dicit Philippus homo sapiens.
Sedet ad dexteram dei omnipotentis
Bartholomeus: totum me facit tremere
Quia sup omni culpa ꝛ fallētia in die finali
Christus de celo veniet iudicare
In spiritumsanctum credit omnis gens
Dicit Mattheus: qui veraciter
De patre et filio deo procedit
Sancta mater ecclesia est sanctificata
Cum suis sacramentis predicata
Simon. Et de sanctis vera cōmunio
Ut Thadeus est testificatus
Per baptisma sanctum ꝛ contritionem
Deus remittit omnem offensionem
Suos mortuos resuscitabit
Qui postea in eternum gaudebunt vel penā afficientur.
Boni gloriosi in patria felici
Rei in inferno vt Mattheias dicit.
Popule meus tibi in vulgarē linguā trāstuli
Credo. latine symbolum vocatum
Imponas cordi tuo cum sincera fide
Saluus nō potest esse qui aliter credit
Propterea credite id quod vobis predicaui
Si vultis peruenire ad supremum regnum.

De tribus vitijs impedientibus fidem: scꝫ Luxurie: Auaricie: et Superbie.

Tertia pars nostri sermonis ꝺ̄t impeditionis. Tria em̄ sunt principalia vitia q̄ impediūt verā fidē. Primus est voluptatis siue luxurie: o q̄t a fidei federe recesserunt luxurie vinculo attracti. Nā Eccl. in. scriptū est. Uinū et mulieres apostatare faciūt sapiētes. Filij israel ꝑ vitiū gule ꝛ luxurie decepti sunt a Balaach. Nume. xxiij. Et ad infidelitatis cultū attracti. Ibi em̄ ꝺ̄t ꝙ fornicat⁹ est populus cū filiab⁹ Moab: q̄ vocauerūt eos ad sacrificia sua: et illi comederūt ꝛ adorauerūt deos moabitarū. Quis decepit sapiētissimū salomonē vt tēpla idolis edificaret: ꝛ adoraret ea: vt habet. iij. Reg. xi. nisi hoc excecatus vitiū luxurie. Nā cū iā esset senex deprauatū est cor eius per mulieres: vt adoraret deos alienos. O quot infideles fecit hoc male dictū vitiū vt dicāt nō eē aliā vitā ꝑter hāc. Et iō immūdissimus Machometus vt ad sectaꝫ suā multos attraheret: frena omni voluptati laxauit. Unde in Alchorano suo dicit suis cultoribus. Uxores vestre terre vestre sunt: arate eas sicut vultis. O diabolice ꝛ iniquissime vir quātos his ✝bis ad falsissimā sectā tuā ꝑduxisti. Scriptū est em̄. ij. Esdre. iiij. c. Fortiores te gib⁹ mulieres. Et iō de hac impurissima luxuria scriptum est in figura. iij. Reg. xviij. c. ꝙ Jezabel vxor regis Achab interfecit siue occidi fecit prophetas dei. Jezabel aūt ꝯm Hiero. interpretatur cohabitatrix siue sterquilinium: ꝛ significat luxuriam que cohabitat in corporibus hominuꝫ: et adeo est fetidissima vt oīm putredinū et sterquilinij fetores superet. Hec ergo vxor Achab: idest diaboli voluptas ꝛ luxuria multos qui videbantur colūne in ecclesiam dei prostrauit: et a fide deiecit aut a religione sua apostatare fecit. Si enim centum exeunt ab obseruantia alicuius bone religionis: nonagintanouem discedunt propter hoc abominabile vitiū luxurie: ls apostasiam suaꝫ diuersimode palliare studeant. Et hoc est qđ

dicitur de muliere impudica Prouer.vij. Fortissimi quiq; interfecti sunt ab ea: ꝛ qd peius est: qui voluptate ac luxurie se dederunt: difficile ad deū reuertunt. Iuxta illud Osee.v. Nō dabūt cogitationes suas vt reuertantur ad dominū: qꝛ spūs fornicationis in medio eoꝝ. Et tales figurant p illū q dixit Lu.xiiij. Uxorē duxi: ꝛ ideo nō possum venire. Quapropter hortatur Salomō Prouer.v. ad fugiēdas mulierū cōuersationes: maxime religiosos di. Lōge fac ab ea viam tuam: ꝛ ne appropinques foribus domus eius. Et ratione assignat Augu. in quodam sermone di. Quia nō es Samsone fortior nec Dauid sanctior: nec Salomone sapientior Omnes enim hi a mulieribus corrupti sunt ꝛ ad peccata perducti: ideo Eccls. vij. dixit ipse Salomon postq̄ deceptus fuit a vanis mulieribus. Mulierem inueni amariorem morte laqueus est venatorum: idest demonum: et sagena cor eius vincula sunt manus illius: qui placet deo effugiet eam: qui autem peccator est capitur ab ea. R

Secundum vitium est auaricie: dicit em̄
S Apostolus. j. ad Timo. vj. Radix omnium malorū est cupiditas: quis em̄ induxit Balaam vt doceret Balaach vt deciperet filios israel. Nunqd non auaricia: vtiq; vt habetur Nume. xxiiij. Hoc maledictū vitium fuit illud propter quod Iudas vendidit xp̄m. Mat. xxvj. c. Et hoc est quod detinet iudeos ne credāt in xp̄m: ne amittāt diuitias male acquisitas. Hinc est q̄ antixp̄s ꝓpter diuitias decipiet multos ꝛ multi ꝓpter auariciā adherebūt ei: qꝛ Daniel. viij. ꝓphetatū est in copia eoꝝ occidet plurimos. ꝛ. xj. c. scriptū est. Multiplicabit gloriā ꝛ dabit eis potestatē in multis ꝛ terrā diuidet gratuito. Hinc etiā Osee. x. scribitur. Secundū multitudinē fructus fuit multiplicabit altaria. Iuxta vbertatē terre sue exuberabit simulacris. Que oia confirmantur per Esaiam. j. c. dicentē. Hierusalem principes tui infideles. Et reddēs cām sequitur. Omnes diligunt munera: sequuntur retributiones. O quot inueniuntur iudices q falsas dant sniās et fidē nō seruant his pro quibus se daturos sniam promiserant: ab altera parte munera accipiētes. Ait enim Henricus samanēsis lib. j. pte. ij. Deuiat a vero corruptus munere iudex. Falsidicūq; facit impia gaza piū. Et ꝓpterea dicit Dauid ps. xxv. In quoꝝ manibus iniquitates sunt: dextera eoꝝ repleta est muneribus. ꝛ Iuuena. li. j. Satyra. iij. inquit. Quātū qsq; sua nūmoꝝ seruat in arca. Tantum hꝫ ꝛ fidei. Exod. quoq;. xxiij. ꝛ Deut. xvj. dr: q̄ munera excecant oculos sapientum: et immutant verba iustorum. Ideo exclamat Esaias. c. v. sui libri di. Ue qui iustificatis impium pro muneribꝰ: ꝛ iusticiam iusti aufertis ab eo. Hec ergo maledicta auaricia ꝛ amor pecunie est illa iniqtas que facit homines etiam deum negare. Et de hoc habetur exemplum qd ponitur in cōpēdio theologie qd ab aliqbus Alexā. de ales appropriatur. Ibi enim dicitur lib. j. c. ij. Q in hispania quidam leuis hō ludebat ad ludum taxillorum: ꝛ ludo ꝓcedente cepit pecuniam suam amittere. Dolens ergo de amissione corde orabat deum vt euꝫ vincere faceret: vel saltē amissam pecuniaꝫ recuperare. Et quanto plus deū rogabat plus amittebat: etiam qn̄ apparebat q̄ deberet vincere: ꝛ habebat bonum ludū ita q̄ oēs mirabantur q̄ talem ludū amitteret. Amissa aūt in ludo tota pecunia quā habebat vestes quoq; quas portabat vsq; ad camisiaꝫ amisit. Tūc valde cōfusus ꝛ cōtra deum infidelis factus ex auaricia: qꝛ eum nō exaudierat: totus furibūdus ad domum suam accessit: armaturasq; suas ꝛ oia bona munimenta sui corporis que habebat accepit: ac totus armatus: ac si campum duelli intrare deberet: equum ascēdit: ꝛ ad plateam vbi multi erant homines cōgregati venit: ꝛ vniuersis astantibus voce furibunda dixit. Si quis est amicus ꝛ fidelis dei: qui dicāt deum esse aliquid: vadat ꝛ armet se: qꝛ ego reddam eum mortuum ꝛ victum. Ego enim dico ꝛ teneo q̄ deus nō est. Attoniti aūt fuerunt singuli qui aderant: verba tam iniqua audientes: nullus tn̄ ei tanq; furibūdo voluit respōdere. Sed cui nō respōdit hō respōdit deus. Nā deus q flagellauit pharaonē opponentem se diuine potētie: ꝛ euꝫ puniuit p muscas: misit vnā muscā lꝫ esset tp̄s hyemis: q euꝫ sic in facie inuasit: ꝛ inter galeā ꝛ faciē se ponēs tam acriter eum aculeis suis lesit: q̄ oportuit eum galeā deponere: ꝛ in terram ꝓijcere: at vbi musca liberū habuit accessum sic eū passim in facie feriebat: q̄ se defendere nō valēs: nimis fatigatus de equo ad terrā cecidit: ꝛ faciem versus terraꝫ vt se posset a musca tueri posuit. At musca fortius eū inuasit: nec cessauit quousq; publice blasphemiā quā ore ꝓfano protulerat oibus audiētibus cū cordis gemitu reuocauit dixitq; q̄ vere deus est ꝛ solus est oipotēs: qui voluit insaniam suam ꝛ blasphemiam ad maiorem suam confusionem per vnam muscaꝫ cōfundere: atq; eū p tā minimū aial supare quo dicto statim musca recessit. Et ille qui propter

auariciā amiserat fidē:hoc diuino flagello ad
fidelitatez rediȷt.O quot auari sunt inf.deles
q̄ totā fidē ac spem suā posuerūt in pecunia et
thesauris:ꝛ iō dicit Pau. ad Ephe.v. Ꝗ aua-
ricia est idoloꝝ seruitus. Facit em̄ hoiem apo-
statare a deo:nā sicut idolatria se habet ad ido
la:ꝛ oēm suā cōfidentiā habet in eis ita auar9
se hꝫ ad pecuniā ꝛ mūdi diuitias:vt inquit Ni
co.de lyra sup p̄dicta verba Pauli:ꝛ ꝯn̄r effici
tur multotiens infidelis.

T Ertiū ꝛ vltimū vitiū impediēs fidē ē vitiū
elationis ꝛ supbie. Dū em̄ curiosi ea q̄
fidei sunt volūt ꝑquirere: ꝛ nō valent
attingere ꝓpter ipsoꝝ altitudinem:ruūt in di
uersis errores:ꝛ tūc supbi ꝛ tumidi:qꝺ suis fa
bricauerūt fantasmatibus credētes magis sa-
piētibus credere nolūt:iō cōtra istos exclamat
dn̄s Hiere.xlix.dicēs heretico supbienti. Arro-
gātia ꝛ supbia tua decepit te: vbi glo.inquit.
Ois hereticus arrogās:qr supbia facit hereti
cū:nō ignorātia:vt etiaꝫ inq̄t Ricb. in.iiȷ. di.
x.ij.ar.iiȷ.q.iiȷ. Necesse est ergo illis q̄ volunt
esse fideles:vt simpl'r credāt:ꝛ nō q̄rant ꝓbare
ꝑ rōnes ea q̄ sunt fidei:qr vt inq̄t Arist.ij. Me
ta. Demōstrationē de oībus fieri est impossibi
le:q̄rētes em̄ rōnes ad credendos articulos fi-
dei:dū nō inueniūt:heretici ꝛ infideles fiūt.iō
Lactā.in.ij.diuinarū institu.aduersus gē.ait.
Si credis cur ḡ rōneꝫ req̄ris:q̄ pōt efficere vt
nō credas. De hoc hr̄ exēplū de quodā sapiēte
Pho:q̄ cū rōne demōstratiua ꝓbare nō posset
ꝙ mortui deberēt resurgere cum eodē corpore
nō credebat resurrectionē mortuoꝝ futurā:ad
mortē ꝟo veniēs molestatus ab affinibus su-
is ꝛ crederet mortuos debere resurgere:nō va-
lens amplius sustinere eoꝝ infestationē:respō
dit. Ego bn̄ credā:sed videbitis ꝙ nō erit ve-
rū ꝙ mortui resurgant. Simpl'r ḡ credam9 qꝺ
tenet scā mr̄ eccl'ia.scriptū ē em̄ de ꝯse. di.iiȷ.
c.venit sacerdos. Nō ꝑ signa ꝛ rationes:sed ꝑ
simplicē fidē vitas colligēda est. Itē glo.sup il
lud apl'i ad Ro.x.j. Nō plus sape ꝙ opꝫ sape:
sed sape ad sobrietatē ait. Supbe nature spe-
culū humilitatis qꝺ est sincera fides sine alia
visibili rōne debuit ꝓponi:vt a supbia ad hu-
militatē trāseat. Nō em̄ est possibile ꝙ intelli-
gamus ꝑ rōnē naturalē essentiā diuinā. Nam
inq̄t Diony.in li.de mystica theolo. Deus q̄ est
oīm glīa est inuisibilis ꝛ inaccessibilis: oēmq3
intellectū ac oēm rōnē excedēs. ꝛ Greg.sup il-
la ꝟba Iob.xxvj.c. Cū vix paruā stillā acceperi
mus inq̄t totū q̄cq̄d de deo pōt human9 intelle
ctus intelligere est q̄si q̄dam stilla liquoris ꝛc.

Iob.xj.c.loquēs ꝑ antiphrasim dic̄ istis
sis:forsitā dei vestigia cōprehēdes ꝛ vsq3
fectū oīpotētē reperies:excelsior est celo
cies ꝓfundior inferno ꝛ vn̄ cognosces:
eiusdē lib.inq̄t. vbi inuenit sapiētia.s.in
ꝛ q̄s est locus intelligētie.s.vt ipsam in
sapiam q̄s itelligat. ꝛ sequit. Abscōdita
oculis oīm viuētiuꝫ. Plato q̄ꝫ in thime
Deus est summū bonū sup oēm subam
naturā. Paulus q̄ꝫ.j.ad Tim.vj.ait. De
habitat inaccessibilē:quā nullus hoim
dit. Auicēna q̄ꝫ.vj.naturaliū inq̄t. Re
tissimas ꝛ subtilissimas nō pōt intelle
manus cōprehēdere:qr excedūt ea. Ꝗ
nā maiestatē nō valeamus cōprehēder
rōne ꝓportionis. Inter potētiā em̄ ꝛ
dꝫ esse ꝓportio.iij.de aīa.ꝛ.x.Ethi. S
stas diuina est īfinita:iuxta illꝺ pē.xl
gn9 dn̄s ꝛ laudabilis nimis: ꝛ magni
eius nō est finis. Et q̄cq̄d in deo est et
vt ait Plato in Thimeo. Ergo ab itel
mano q̄ est finite potētie nō poterit c
finiti em̄ ad infinitū nulla est ꝓporti
ta.iij.ꝛ.viij. Phys.ꝛ primo de celo ꝛ
finitū em̄ de se est nobis ignotū.j. Ph
possibile est infinita ꝑtrāsire.j. Poste
tem phs.ij. Meta. Qꝺ sic se hꝫ oculu
ad lumē solis:sic se hꝫ intellectus nr̄
sunt manifestissima in natura. Non
mus curiose inq̄rere de articulis fid
volēs respicere curiose cōtra solē am
sic volēs ꝑ rōnē cōprehēdere sacra c
cecus mētaliter ꝛ infidelis. Scriptu
Prouer.xxv. Scrutator maiestatis
a glīa. Iō dr̄ in.c.j.de sum.tri.ꝛ fi.ca
est credēdū. Qui em̄ ambulat simpl
cōfidēter:vt scribit Prouer.xj. Pro
bro.in li.de tri.inq̄t id qꝺ recitat M
iij.di.xxij.di. Auferant argumēta v
rit. In his q̄ sunt fidei piscatoribus
dialecticis.hec ille. Habeam9 ergo
sanctā fidē catholicā.lꝫ eā ꝑ argum
ne scīe ꝓbare nō valeamus.nec q̄ra
sunt sup intelligētiā nostrā. Ait em̄
iuriscōsultus in.l. Si fideiussor.§.
mādati. Bone fidei nō cōgruit de a
ris disputare. Et pōt moraliter du
tum. Et idē notat.ff.ad.l.aq̄l.l. ita
in fi. Et est textus Iuliani iuriscōs
Cato moralis ait in suis documēt
cana dei:celūq3 inq̄rere quid sit. C
lis que sunt mortalia cura. Quera
telligere ꝯsciam nr̄am ꝛ ꝑitā;ꝛ si

demus ꝑ pn̄iam ⁊ tātā habeamus fidē vt ꝓ ea mori parati simus. Ut cuilibet nr̄m dicere possit saluator nr̄. Magna est fides tua fiat tibi sicut vis.i.habeas gratiā meā in hoc seculo: ⁊ vitam eternā in futuro. Amen.

Feria sexta post primā dn̄icā quadragesime de reprobatione secte pagani Machometi et Judei, Sermo decimusquartus. M

v

Ve vestre praue sunt. Ezech.xviij. Fuit quorūdam hereticoꝝ falsissima opinio dicētium. Qꝫ q̄libet pōt saluari in sua lege ⁊ fide: quā erroneā opinionem reprobāt oēs theologi: maxime Alexā.de al.in iij.parte sum.in trac.de fide.⁊.s.Boñ.in.iij.di.xxiij.⁊ Rich.ibidē.ar.iiij.q.iij.⁊.b.Tho.ij.ij.q.iiij.ar.vj. Et pōt sic ꝓbari ꝙ nō sit nisi vna vera fides. Nā ꝫ inq̄t pħs.ij.de gene. Idē manēs idē semꝑ aptū natū est facere idem: ptꝫ in luce semꝑ emittente splēdorē ⁊ nūq̄ꝫ tenebras ⁊ in melle a quo nūq̄ꝫ ꝓcedit amaritudo sed semꝑ dulcedo. Et in igne q̄ semꝑ emittit calorem ⁊ nūq̄ꝫ frigus. Sed deus semꝑ manet idē: vt inquit autor in lib. de causis. Causa prima existit in oībus rebus ꝰm dispositionē vnā: ⁊ Plato in thimeo dicit. Prima cā est sine vlla variatione. ⁊ pħs.xij. Meta.ait. Deus est actus purus simplex ⁊ immobilis ⁊ eternus: ⁊ semꝑ vna et simplici delectatione gaudet: vt testatꝰ idē pħs vij.Ethi. Ubi etiā dicit. Simplicis ⁊ immutabilis nature semꝑ vna ⁊ eadē est actio. Hoc p̄supposito dico ꝙ virtus fidei in aīa cuiuscꝫ ꝓcedit a deo. Ut inq̄t Aug.in lib. de libero arbitrio. Et ponitꝰ de cōse.di.iiij.c.Gr̄a.vbi dr̄ ꝙ fides est dei donū. Ið Sap.iij.dr̄. Dabitꝰ ei fidei donū. Cuꝫ ergo fides sit a deo: ⁊ deus sit semꝑ manēs idē inuariabiliter: ergo necessario īfundit in aīabus vnā solā fidem ⁊ nō diuersas. Et pōt adduci ad hoc ꝓpositū illud qd̄ dicit pħs viij. Politi.inquiēs. Qm̄ vnus est finis ciuitatis oīm: iō necessariū est ad eius finis cōseruationē al's cōsecutionē esse vnā disciplinā ⁊ eandem oīm. Paulus q̄ꝫ ad Ephe.iiij.c.inq̄t. Unꝰ deus: vna fides: vnū baptisma. ⁊ Aug.in li.de verbis dn̄i ait. Una sola est fides deo grata et hoībus salutifera in qua oēs saluantꝰ q̄ saluari debēt: ⁊ ex̄ quā saluari impossibile est. hec ille. Et cōfirmantꝰ p̄dicta. Nā ꝰm pħm.i. poste. ⁊.iiij. Phyꝭ. Affirmatio ⁊ negatio nūq̄ꝫ sunt vera de eodē. Ergo nō est possibile ꝙ saraceni: iudei: pagani: ⁊ xp̄iani: possint oēs dicere verū de eodē obiecto credito.s.deo cū diuersa sentiāt et credāt. Ergo necesse est vnā tm̄ esse fidē verā in oībus hoībus. Hec aūt est fides catholica ⁊ xp̄iana: de qua dicit Sco.in.iij.dist.xxv.q.j. ꝙ nullus vnq̄ꝫ saluatus est etiā de his q̄ fuerunt in veteri testamēto sine fide iesu xp̄i saltē implicita añ eius incarnationē. Et idē dicit Hugo de scto vict.in.j.de sacramētis: addēs ꝙ sicut nullus pōt esse sine creatore: ita nec reparari sine redemptore: ergo sicut fides de creatore semꝑ fuit necessaria ad salutē. ad Heb.xj. Credere em̄ opꝫ accedentē ad deū q: est: inq̄t Paulus. ⁊ Ecci.j.dr̄. Unus est altissimꝰ creator oīm oīpotēs: ita post lapsum fuit necessaria fides de mediatore: ⁊ idē dicit Aug.li.cōtra pelagiū Immo ita fuit necessaria fides xp̄i incarnādi ⁊ passionādi ꝙ angeli qui remāserūt in celo et pugnauerūt cū angelis malis: nō aliter habuerunt victoriā nisi ī virtute mediatoris ⁊ passionis eius. Uñ Apoc.xij. scriptū est. Factū est prelīū magnū in celo. Michael ⁊ angeli eius preliabantꝰ cuꝫ dracone ⁊ ipsi vicerūt illum ꝓpter sanguinē agni: ⁊ ꝓpter verbuꝫ testimonij sui. Dicit q̄ꝫ.b.Tho.ij.ij.q.j.arti.vij. ꝙ mysteriū incarnationis ⁊ passionis christi oportuit omni tp̄e credere: vt colligitur etiam ab apostolo ad Gal.iij.c.⁊ hoc est qd̄ dr̄ Actꝰ.iiij. Non est aliud nomen sub celo datū hoībus in quo oporteat nos saluos fieri. Et ideo diuersis nationibꝰ varias sectas habentibus: ⁊ in christo non credētibus dicit dominus verba proposita. Ue vestre praue sunt. MM

s

Ola aūt via fidei catholice est vera: certa ⁊ infallibilis: atq̄ꝫ indubitāter tenēda: qd̄ ꝓbari pōt multis fundamētis: q̄ ponit doctor subtilis Johānes scotus: ⁊ alij theologi minoriste in ꝓlogo.j.sen. Et primo ꝓpter p̄nūciationē ꝓpheticā. Nihil em̄ est in articulis fidei xp̄iane qd̄ non fuerit prius a sctis ꝓphetis diuino spū p̄nunciatū: vt patere pōt ex dictis in sermone p̄cedēti parte.ij.⁊ dicēdis in hoc ser.parte.iij. vñ Actꝰ.x.dr̄ de xp̄o. Huic oēs ꝓphete testimoniū ꝑhibēt ⁊c. Et.ij. Petri j.ait apl's. Habemus firmiorem ꝓpheticū sermonē: cui benefacitis attēdētes hoc ipsum intelligētes ꝙ oīs ꝓphetia scripture ꝓpria interpretatione nō fit. Nō em̄ volūtate humana allata est aliqñ ꝓphetia: sed spūscto inspirati locuti sunt scti dei hoīes. Cū ergo futuroꝝ cōtingētiū solus deus sit cognitor. Uñ dr̄ Esa.xlj. Annūciate que ventura sunt ⁊ sciemus q: dij estis. ⁊ in.c.j.xxvj.q.v.scriptuꝫ est. Futura prescire solius dei est: sequitur ꝙ omnia que ad fi

dem nostram pertinent sunt verissima: qꝛ a so la infallibili veritate diuina fuerunt ꝓphetis intimata: τ ab eis pnũciata. Et cũ pdicte pnũciationes τ ꝓphetie licꝫ in maxima numerositate essent: iã fuerint ꝑ maiori parte adimplete: non est dubitandum ꝙ etiam relique adimplebuntur: vt ait Augu. xij. de ciui. dei. Sicut est de aduentu christi ad iudicium: τ de eterna retributione bonorum τ malorũ: vnde Grego. in homel. j. dominice de aduentu inquit. Cum multa prenunciata iam completa sint: non est dubium quin etiam sequentur pauca que restant: qꝛ sequentium rerum certitudo est preteritarum adimpletio. Secundum fundamẽtũ quod ponit doctor subtilis est ex scripturarum cõcordia: vnde vbi. s. sic arguit. In non euidẽtibus ex terminis: nec ex principijs: etiam euidentiam habentibus ex terminis non consonant dispositi diuersimode τ multiformiter nisi a causa superiori eorum intellectus ad cõsensum inclinetur. Sed scriptoris canonis varie: varioqꝫ tempore τ loco dispositi ad scripturas τ fidei doctrinam consoni fuerunt. Que tamẽ non habet euidentiam ex terminis: nec etiã ex principijs euidentiam habẽtibus ex terminis. Igitur patet propositum. Ad cuius fundamẽti declarationem est sciẽdum ꝙ duplex est propositionum euidentia. Quedaꝫ enim habetur ex terminis tm̃: τ talis est euidentia primorum principiorum: que sunt ex se nota: vt illud de quolibet dicitur esse vel non esse τ de nullo ambo simul: τ illud omne totuꝫ est maius sua parte. Quedam ꝟo est euidentia que habetur non solum ex terminis: sed etiam ex principijs habentibus euidentiam ex terminis: vt est euidẽtia propositionum demonstrabilium: sicut est illa ꝓpositio: omnis homo est risibilis que habet euidentiam ex premissis τ demonstraꝶ ab eis sic arguẽdo. Omne animal rationale est risibile. Omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis. Dicit ergo Scotus. In non euidentibus τc. quasi dicat. Quandocunqꝫ sunt alique propositiones que non sunt euidentes primo aut secũdo modo predicto nõ est possibile ꝙ multi diuersimode dispositi consonent τ concordent simul in talibus ꝓpositionibus: nisi illa euidentia infundatur τ ipse ꝓpositiones eis declarentur a causa superiori: puta ab ipso deo: τ hoc est manifestum. Si enĩ tales propositiones sunt omnino inuidentes τ obscure: quomodo poterunt tales diuersimode dispositi habere seipsis eandem euidentiaꝫ τ decisionem de predictis ꝓpositionibus τ maxime cum homines faciles sint ad dissen dum. l. Item si vnus. §. item si in duos. ff. bi. τ ratio põt assignari: qꝛ diuersitatem rum: sequitur diuersitas animorum. c. qꝛ sitatem. de cõcess. preben. Et iõ dicitur: qu pita tot sententie. c. sicut in sacris. de cõs iiij. τ ꝙ vnaqueqꝫ ꝓuincia abũdat i sen c. j. de sepul. τ. c. vtinam. lxxvj. dist. Pre philosophi qui de naturis rerum crea multa scripserunt habentes eadem prin In multis tamen dissentientes inter se vt patet eorum libros intuentibus: de q etiam inquit Lact. in. j. diui. insti. Cuꝫ magna cõcertatione dissideant secũqꝫ i rũqꝫ discordent eoꝝ apparet iter nequ directum: profecto nõ est possibile ꝙ de naturalibus τ his que nõ habent aliqu dentiam ex terminis vel principijs: vt s que ad fidem catholicam pertinent. s. sit trinus τ vnus τ hm̃õi: homines in regionibus nati τ demorantes: a seips tiam τ certam determinationeꝫ habe rint: τ simul in eãdem sententiam cõu Ait enim Albumasar li. j. cõiunctionu rentia. iiij. ꝙ lex christianorum verita mat difficiles ad imaginandum τ hu ticiã transgredientes: τ ideo cuꝫ nostr res catholici maxime qui vtrũqꝫ testa sacre pagine descripserunt: lꝫ in diue ribus τ locis fuerint varie dispositi: multis propositionibus facultatem mane nature excedentibus cõcordau rissimum est ꝙ a prima causa. s. deo tellectus ad cõsentiendum talibus uenjendum fuit inclinatus: τ cõsequ doctrina est verissima. Et ad hoc arg facit Augu. xviij. de ciui. dei. reproba sectas ratione diuersitatis τ discord tium τ illarum autorum. Tertium tum quod ponitur a doctore subtili scriptorum sanctimonia. Cuꝫ enim rum vel trium testiuꝫ stet omne ve rix. τ Mat. xviij. transsumptiue in. τ. c. licꝫ vniuersis. de testi. Quanto stes sunt maioris autoritatis τ san to maior fides est illorum dictis ad in criminali. versi. Item testium. ij. ff. dẽ testi. Quo facto fundament dit predictus doctor subtilis di. Au scripture sunt illorum autorum qu cuntur aut non. Si sunt eorum: cu in fide τ moribus cum tanta seueri neut; quomodo verisimile est eos

titos dicēdo sic ista esse cū aliter fuisse cognos uissent. Nā q̄ considerat quāte sctitatis fuerit Moyses: quo pōt dubitare ipm in scriptura sua fuisse mentitū. de quo dr Ecci. xlvi. Dilect⁹ deo ⁊ hoībus Moyses. ⁊ ps̄. cii. ait propheta de deo. Notas fecit vias suas Moysi. Et ipse de⁹ inqt de Moyse Numeri. xii. Ore ad os loquor ei: ⁊ palā nō p enigmata ⁊ figuras videt deū. ⁊ Exod. xxxiii. etiā dr. Loquebaf Moyses cum deo facie ad faciē sicut loqui solet hō ad amicū suū. Preterea q̄s dicere posset Esaiam: Hieremiā: Danielē: Ezechielē: ceterosq̄ pphetas fuisse mētitos. de quib⁹ inqt Aug. lib. xxii. cōtra Faustū. Dico illoꝝ hoim nō tātum linguam verūetiam vitam fuisse ppheticam ⁊c̄. Quis Johannē baptistā in vtero matris sanctificatū. Luc. i. Sicut fuit Hieremias: vt habetur sui li. i. c. credet mēdacia protulisse: quo quidē Johanne nō surrexit maior inter natos mulierū. Mat. xi. quiq̄ tante fuit sctitatis vt ipse messias: ⁊ xp̄s esse putaref. Johannis. i. Quis hoc credet de Petro ⁊ Paulo Johanne euāgelista: ceterisq̄ aplis. de quibus ait Aug. sermone. ii. de Epiphania. Apli velut alii celi enarrauerunt nobis gloriam dei: cur ergo non agnoscamus eos celos q̄ facti sunt sedes dei: sicut scriptū est. Aia iusti sedes est sapiētie: per hos em̄ celos ille celoꝝ fabricator et inhabitator intonuit: quo tonitruo mundus tremuit. Sanctitas ergo istoꝝ testiū autenticā reddit fidē nostram: qr fuerūt testes omni exceptione maiores: de quib⁹ tractaf in. l. optimā. in fi. C. de cōtrahen. ⁊ cōmit. stip. tales em̄ vocanf illi qui nulla possunt exceptione repelli. fm glo. Ber. in. c. i. de cōsan. ⁊ affi. Qz si cōtra predicta dicaf nō istos fuisse mētitos: sed potius deceptos: Rñdit doctor subtilis q̄ asserere dubiū tanq̄ verū ⁊ certū reputatur mendaciā vel nō longe a mendacio. Qd̄ etiā asserunt oēs theologi in. iii. dist. xxxviii. ⁊ Aug. in li. Enchiri. et trāssumptiue in. c. is aūt. xxii. q. ii. vbi ait Nec liber est a mēdacio q̄ ore nesciens verū loquif. Non igif testes fidei ⁊ autores sacre scripture tāta assertione locuti fuissent ppter vitandū mendaciū q̄ summopere condēnarunt nisi de dictis suis perfectā notiaā habuissent p claram visionem. ⁊ iō dicebat Johānes bapti. Joh. i. Ego vidi ⁊ testimonium perhibui: qr hic est filius dei. ⁊ Johānes euāgelista inquit sui euangelii. c. i. Uidimus gloriā eius: gloriam quasi vnigeniti a patre: plenum gratie et veritatis. Et in. i. sua canonica epistola. c. i. Iterum dicit qd̄ fuit ab initio qd̄ audiuimus: qd̄ vidimus oculis nostris quod perspecimus ⁊ manus nostre cōtractauerūt de verbo vite: hoc testamur ⁊ annūciamus vobis. ⁊ Actuū. x. inqt Petrus Nos testes sumus omniū que fecit in regione iudeoꝝ ⁊ in Hierusalē: mādūcauimus ⁊ bibimus cū illo postq̄ surrexit a mortuis. ⁊. ii. canonice eple sue. i. c. iterū ait. Non indoctas fabulas secuti notā fecimus vobis dñi nostri iesu xp̄i virtutem ⁊ prescientiam: sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim a deo patre honorē ⁊ gloriam voce delapsa ad eum huiuscemodi a magnifica gloria. Hic est filius meus dilectus: in quo mihi bene cōplacui: ipsum audite. Et hanc vocem nos audiuimus de celo allatam cū essemus cū ipso in mōte sancto. Quia ergo vera omnes testes fidei nostre de visu locuti sunt: ideo dubia p certis nō asseruerunt: q̄ si forte iterū dicaf: q̄ ppter tēporalia lucra mētiti sunt: Respondet predictus doctor hoc esse falsissimū: qr hi oēs tēporaliū cōtentores fuerunt. In quoꝝ persona dr Math. xix. Ecce nos reliquimus omnia ⁊c̄. ⁊ Paulus ad Phil. iii. pro se ⁊ oibus aliis ait. Oia arbitratus sum vt stercora: vt xp̄m lucrifacerem. Immo pro veritatis testimonio nō solū tēporalia: sed etiā vitā perdere: ⁊ innumera mala tolerare voluerunt. de quib⁹ ait Aplս ad Heb. xi. Alii distenti sunt. Alii v̄o ludibria ⁊ verberari experti. Insuper ⁊ vincula et carceres lapidati sunt: secti sunt: tentati sunt: in occisione gladii mortui sunt: circūierūt in melotis: ⁊ in pellibus caprinis: egētes: angustiati: afflicti quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes: in montibus ⁊ speluncis: ⁊ in cauernis terre: ⁊ hi oēs testimonio fidei probati inuenti sunt: et Hieronymus in epla ad Palmachium ⁊ Occeanū inquit. Esaias serra secatur. Daniel leonibus deputatur. Johannes baptista capite truncatur ⁊c̄. ⁊ infra. Et hoc totū: vt nos a peccatis sua doctrina reuocarēt. hec ille. Si aūt dicatur q̄ libri sacre scripture non sunt istoꝝ sanctoꝝ: sed eis falso sunt ascripti. Dicit doctor subtilis q̄ hoc asserere graue est: et inconueniens valde videbitur esse: quia sic negabitur quicunq̄ alius liber fore illius: cuius dicitur fuisse. Preterea aut isti qui eorum nomina libros descripsisse dicuntur non fuerunt christiani: aut sic. Si dicuntur non fuisse christiani: non videtur verisimile q̄ voluerunt tales libros conscribere: et aliis intitulare: atq̄ sectam et ritum viuendi magnificare: cuius contrarium ipsi credebant et obseruabant. Si v̄o dicantur

fuisse christiani quō credēdū est ꝙ tales libros
mēdaciter descripserint: cū lex xpiana mēdaciū
tā seuere persequat: ꝓpheta Dauid ps̄.v. atte
stāte: qui ait deo. Perdes oēs q̄ loquūtur mē-
daciū. Quō aūt isti libri ita autētici extitissent
atq̄ diuulgati esse taliū autorum nisi fuissent
eorū et ipsi autores autētici. Cū ergo fides no
stra tot et tales habuit dignissimos testes et
scriptores autēticos: iō verissima est. Quar
tum fundamētū: qḋ ponit doctor subtilis vbi
supra est examinātiū perscrutatio ⁊ diligētia.
Scriptura em̄ sacra ita fuit a patrib⁹ antiq̄s
examinata: ꝙ nisi liquido perspexissent eam a
spū sancto ꝓcessisse nunq̄ eā approbassent: et
canonizassent. Quapropter predict⁹ doctor sic
arguit. Aut nulli credes de cōtingētibus que
nō vidisti: ⁊ ita nō credes mundū fuisse factuz
ante te: nec locū fuisse in mūdo vel esse in quo
nō fueris: nec istū esse patrē tuum: nec illā esse
matrē tuā ⁊ talis incredulitas destruct totam
vitā politicā. Si aūt vis alicui credere de con-
tingētibus: qḋ tibi nō fuit euidēs: maxime cre
dēduz est illis: que tota cōmunitas approbat
ꝑsertim si cōitas illa famosa sit ⁊ honesta: ⁊ cū
maxima diligētia ⁊ examinatione recepit ap-
probata. Talis autē est sacre scripture canon.
Tāta nēpe apud iudeos de libris habendis in
canone solertia fuit: ⁊ tanta apud christianos
de libris recipiēdis tanq̄ autēticis ꝙ de nul-
la scriptura ꝓ autētica habēda tāta sollicitu
do vnq̄ est inuēta. Et iō tenenda est tanq̄ ve
rissima: et precipue cū tam solēnes cōitates de
scripturis istis curā gesserint tanq̄ de cōtinē-
tibus necessaria ad salutē. de q̄bus Aug. diffu
se loquit in .xviij. de ciui. dei. Et ideo cūcti de-
bent fidē adhibere sacre scripture canonice: et
per ecclesiā approbate. c. ego solis. ⁊. c. si ad scri
pturas. ⁊. c. quis nesciat. ix. dist. Et a tam excel
lētissimis doctoribus declarare tam grecis q̄
latinis: de quibus habetur in. c. sancta. xv. di.

Quintū fundamentū est honestorū ⁊ ratio-
nabilium cōtinentia: ⁊ quantū ad ea que no-
bis credēda proponūtur: ⁊ quantū ad illa que
nobis faciēda precipiunt: vt pz singula discur
rendo. Et iō de lege euangelica: ait Dauid ps̄.
xviij. Lex dn̄i immaculata cōuertens aīas ⁊c̄.
Et de xp̄o latore ipsius dr̄ Job. xxxvj. Ecce de⁹
excelsus in fortitudine sua: ⁊ nullus est ei simi
lis in legislatoribus. Sextū fundamentum
est martyriorū tolerātia. Fides em̄ nostra mul
tum redditur autētica martyrum testimonio:
qui nō soluz verbis: sed proprio sanguine vsq̄
ad mortē ipsam defendere voluerunt. Cū em̄
vt ait Hiero. martyriū non est humani ment
nullatenus dubitādū est: nō ista potuisse vll
mō perferre: nisi supnaturaliter ⁊ diuinit⁹ ad
iuti fuissent. Tāto autē magis ꝓclara fuerūt
dei nr̄e testimonia: quāto innumerabiles pe
fuerūt martyres ꝓ ipsa sanguinē suū effun
tēs. Ait em̄ Hiero. in ꝓlogo martyrologij.
nullus est dies in anno exceptis Kalēdis J
nuarij: in quo ecclesia nō possit festum quin
miliū martyrū celebrare. de quib⁹ etiā scrib
Aug. xviij. de ciui. dei. c. lij. ⁊ sup ps̄. cxviij.
Massa martyrū ex omni populo: tribu: ⁊ l
gua ex vtroq̄ sexu: ⁊ ex omni etate collecta
⁊c̄. Et hoc valde mirabile fuit: ꝙ in toto o
terrarū tāta multitudo hominū diuersoꝝ i
natū ꝓ eo quē nunq̄ viderat se tātis cruc
bus exponeret ⁊ mortē libēter sustineret.
ter quos martyres fuerunt q̄plurimi viri
piētissimi: vt Paulus: Dionysi⁹: Ariopag
Cyprianus: Isidorus: Cosmas et Damian
⁊ alij multi: vt hec tolerātia martyrij igno
tie nō posset ascribi. Fuerunt quoq̄ inter
plurime illustrissime persone: vt Kathar
vxorq̄ Marētij imperatoris: ac sancta Sa
romana: ⁊ sanct⁹ Hermes: Eustachi⁹: Ba
tus: Tyburti⁹: ⁊ alij plurimi. Itē viri fort
in prelijs valorosi: vt Thebeoꝝ legio: ⁊ s
Christoforus: ⁊ sil'r de oībus hoīm statib
iō beat⁹ Maximus ꝯsiderās eoꝝ mortē
fidei nostre firmamētū ait in sermone m
rum. Veneremur ergo inter tātos xp̄i m
fidē nostrā in qua isti illustres athlete s
ꝑserūt sanguine: morte iurauerūt ⁊c̄. S
mum fundamentū est ecclesie stabilitas:
tas: ⁊ permanētia. Nam fides xp̄iana ⁊
sia catholica innumeras passa est perse
nes non solū hereticoꝝ plurimoꝝ qui co
sunt diuersimode destruere fidē catholi
quib⁹ habetur in. c. quidaz aūt. xxiiij. q. i
fere centū hereses enumerātur que ex su
toribus vel ex causis noīe ꝓprio nūcup
sed maxime passa est tribulationes et p
tiones ab infidelibus tyrānis: regib⁹ ⁊
ratorib⁹: ⁊ nō ab vno vel duob⁹ solū sed
rimis: ⁊ p vniuersum orbē vt a Nerone
ciano: Traiano: Antonio: Seuero: G
Juliano: Decio: Valeriano: Diocletian
ximiano: Marētio: Constātio: et alijs n
⁊ tn̄ nunq̄ potuit prosterni seu annihil
persecutiones habuerit nō solū in tēp
⁊ corporalibus bonis: sed etiam in spū
Immo magis semper creuit. Et ideo
apparet: ꝙ a deo ordinata fuit: iuxt

qd ait Gamaliel sapiētissimus iudeoꝝ Act.v. loquēs de fide xp̄i ⁊ di. Si ex hoibus erit ꝯsiliū hocaut opus dissoluet. Si vo ex deo est nō poteritis dissoluere illud ⁊c. Eapropter inqt Augu. super ps. xl. Occisi sunt martyres ad multiplicandā ecclīam: valuit sctōꝝ sanguis effusus seminationi fideliū multiplicati sunt magis magisqꝫ xp̄iani. Et in. xviij. de ciui. dei idē ait. Inter horrēdas psecutiones ⁊ varios cruciat⁹ ac funera martyrū p̄dicatum est in toto orbe euāgeliū: cōtestāte deo signis ⁊ portētis: et varijs virtutibus ⁊ spūsscti muneribus: vt populi gentiū credētes in eū qui p eoꝝ redēptione crucifixus est xp̄iano amore ⁊ venerarent sanguinē martyrū quē diabolico furore fuderunt. Ipsiqꝫ reges quoꝝ legibus vastabat ecclīa: ei⁹ noī salubriter subderent: qd de terra crudeliter auferre conati sunt ⁊ falsos deos inciperēt persequi: quoꝝ causa cultores dei veri antea fuerāt persecuti. hec ille. Octauū fundamētū est captiuitas ⁊ dispersio iudaica: de qua dicemus in. iij. parte huius sermonis. Et iō hic solum dico: ꝙ ꝓpter psecutionē quā fecerūt iudei dn̄o Iesu ipsum crucifigi faciētes perdiderunt regnū suū nunqꝫ illud amplius habituri. Et cū iudaica natio esset nobilior atqꝫ excellentior oī alia natione: facta est īter oēs abiectissima: vilissima: turpissima: ⁊ ignominiosissima. Qd cōsiderās Rabbi Moyses iudeus scripsit summo magistro iudeorum di. Nūc dn̄e mi pa neo ꝙ illud pctm̄ ꝓpter qd sumus in hac desolatione sit illud pctm̄ sup quo locutus est dn̄s per Amos. ij. c. di. Sup tribus sceleribus isrl̄ cōuertam als trāsferā: ⁊ sup quartū nō transferam eo ꝙ vēdiderūt iustū ꝓ argēto. Dicūt em̄ xp̄iani qbus ꝓ studio librorū sctōꝝ videt esse traditū a deo: ꝙ primus in qttuor scelerib⁹ isrl̄ fuit vēditio Joseph a fratribus suis: ⁊ secūdū fuit adoratio vituli in oreb: tertium vo occisio ꝓphetarū: ꝓpter q̄ fuimus captiuati in babylone: ⁊ dicūt ꝙ quartum scelus fuit vēditio iusti Jesu: q̄ ad lrām fuit vēdit⁹ post trāsmigrationē de babylone: ꝓpter qd sumus nūc in captiuitate: de qua loquit dn̄s ⁊ cōminat ꝙ nō reducet nos vltra in terrā ꝓmissionis: cū dicit Et sup quartū nō trāsferā: qꝛ vēdiderūt iustū ꝓ argento: ⁊ apparet nobis ꝙ nos sup isto q̄rto pctō vēditionis iusti sumus puniti: iā sunt mille anni in qbus nihil ꝓfecimus inter gentes: nec est spes ꝓficiendi amplius. hec ille. Et hoc est certissimū signū ꝙ xp̄s fuit verus messias ī lege ꝓmissus: quo adueniēte debebat cessare regnū iudaicū: vt ꝓbat Augu. in sermone de aduentu: ⁊ nos declarabimus in dicta parte. iij. huius sermonis. M. M. M.

Nonum fundamētum est miraculorum efficacia. Miracula em̄ facta p xp̄m et alios sctōs in nouo testamēto fuerunt sufficiēs argumētum fidei nostre. Et iō dicebat ipse dn̄s iudeis Joh. x. Opera q̄ ego facio testimoniū ꝑhibent de me. Et iterum. Si mihi non vultis credere saltē operibus credite. ⁊ Mat. xi. volēs in fide sua cōfirmare discipulos Johānis remisit eos ad miracula di. Euntes renunciate Johāni q̄ audistis ⁊ vidistis. Ceci vidēt: claudi ambulāt: leprosi mūdant: surdi audiūt: mortui resurgūt ⁊c. ⁊ Joh. xv. etiā ait de iudeis. Si opa nō fecissem ī eis q̄ nemo alius fecit pctm̄ nō haberēt. Per ista em̄ opera miraculosa ostendit se esse equalē p̄ri eterno: vt inqt Johā. v. Pater in me manens ipse facit opa. ⁊ ibidem. Pater meus vsqꝫ mō operat: ⁊ ego operor. ⁊ iterū. Sicut pater suscitat mortuos: ⁊ viuificat: sic ⁊ filius qs vult viuificat. Dicit igit beāus Tho. in. iij. parte sum. q. xliij. ar. iiij. Qꝫ miracula que fecit xp̄s erāt sufficiētia ad cōfirmādam fidem. Primo ꝓpter eoꝝ spēm: qꝛ excedebant oēm potestatē virtutis create. Et iō non poterāt fieri nisi virtute diuina: vn̄ cecus illuminatus dicebat Joh. ix. A seculo nō est auditum: ꝙ qs aperuerit oculos ceci nati. Nisi esset hic a deo nō poterat facere quicq̄. Scdo propter modū faciēdi: qꝛ ꝓpria virtute miracula faciebat: non aūt orādo sicut alij. vn̄ Lu. vi. dr: ꝙ virtus de illo exibat: ⁊ sanabat oēs. Per qd ostēdebat sm̄ qd ait Cirillus: ꝙ nō accipiebat alienā virtutē: sed cū esset deus naturaliter super infirmos ꝓpriā virtutē ostēdebat. Et propter hoc innumerabilia miracula faciebat: vn̄ super illud Mat. viij. Oēs male habētes curauit. dicit Chrys. Intēde quantā multitudinem curatam transierunt euāgeliste: nō vnūquēqꝫ curatū enumerātes: sed in vno verbo pelagus ineffabile miraculoꝝ inducētes. Hec igit miracula sufficienter reddebant doctrinam suā autenticā: vnde stupentes iudei dicebāt Mar. i. Quenā doctrina hec noua: qꝛ in potestate spiritibus immundis imperat ⁊ obediunt ei. Nō solum aūt expellendo demones faciebat miracula: sed generaliter in oībus creaturis ostendebat suam diuinitatem per opera miranda. Unde Greg. in homel. Epiphanie inquit. Oia quippe elemēta autorē suū venisse testata sunt Deū em̄ hunc celi esse cognouerūt: qꝛ stellā ꝓtinus miserunt. Mare cognouit: qꝛ sub plantis eius se calcabile ꝑbuit. Terra cognouit; qꝛ

eo moriente cōtremuit. Sol cognouit: quia lu
cis sue radios abscōdit. Saxa ꝛ parietes agno
uerūt: q2 tpe mortis eius scissa sunt. Infernus
cognouit: q2 hos quos tenebat mortuos reddi
dit ꝛc. De ipsius aūt miraculis inenarrabilib⁹
inqt Joh. euāgelista sui euāgelij. c. vlti. Mul
ta alia signa fecit iesus: que si scribant̄ ꝑ singu
la: nec ipsum mundū arbitror cape posse eos q̄
scribēdi sunt libros: deditq3 aplis suis ptātes
faciēdi miracula: vt p3 Mat. x. ꝛ Lu. ix. Immo
etiā oībus in se credētibus: vt p3 Mar. vlt. vñ
ait Joh. xiiij. Qui credit in me opa q̄ ego facio
ꝛ ipse faciet ꝛ maiora hoꝝ faciet. s. me auxilium
ꝑstante: q2 sine me nihil potestis facere. Joh.
xv. Ut aūt maiora facta sint miracula manife
stum est. Nā ad vmbrā trāseūtis Petri sanabā
tur infirmi: vt hr̄ Act. v. qḋ maius videt̄ q̄3 sa
nari ad tactū xpi: vel ad vocē eius. Pertrāseo
aūt innumerabilia ꝓdigia que facta sunt: ꝛ q̄
tidie fiūt a xpi fidelibus: q2 nimis esset ꝓlixum
ea recēsere. Cū igit̄ in nulla alia secta fiāt vera
miracula sed solū in fide xpi: q2 licz qñ iudei te
nebant fidē de aduētu mediatoris: tūc inter il
los fiebāt ꝓdigia: tñ post aduētū eius deficiē
tibus eis a fide ipsius cessauerūt etiā oīa mira
cula: ꝓfecto cōstat fidē xpianā esse certissimam
ꝛ verissimā. Et ideo Augu. in li. ij. de trini. ait.
Dñe si decepti sumus nō nisi a te decepti sum⁹
Nam sunt tot ꝛ tantis signis firmata que non
nisi per te fieri potuerunt. Decimū fundamē
tum est fundantiū ecclesias in potentia. s. apo
stoloꝝ qui erāt idiote ꝛc. De quo vide in. ij. par
te huius sermonis. Ad maiorē aūt predictorū
cōfirmationem in hoc sermone cōfutabimus
tres sectas. Prima est pagani. Secūda macho
meti. Tertia iudei.

De secta paganoꝝ siue gentilium. N

p Rima secta est paganoꝝ: q̄ antiqui
tus colebant multos ꝓ dijs. videlz
Saturnū: Jouē: Mercurium: Her
culē: Junonē: Proserpinā: Palladē
Deā vestē: Cererem: Uulcanū: Baccham: siue li
berū Janū: Quirinū: Esculapiū: Eolū: Dianā:
Uenerē: Mineruā: Appollinē: Plutonē: Mar
tē: Phebū: ꝛ Neptunū: ac multa alia idola ma
nufacta. Pro opinione quoꝝ allegāt q̄dā illud
apli. j. ad Coꝝ. viij. vbi inquit. Si quidem dij
sunt multi: ꝛ dñi multi. Quib⁹ respōdet Sco
tus in. j. di. ij. q̄ apls loquit̄ ɓm opinionē ido
latrarū: vñ in eodē. c. reprobat eoꝝ sectam di.
Nā etsi multi sunt qui vocent̄ dij: siue in celo:
siue in terra: nobis tñ est vnus deus. Oēs aūt
dij gentium demonia. ps. xcv. Pōt etiaz dici q̄
apls loquitur de illis: qui aliquid amāt plus
q̄3 deum ꝛ in eo ponunt finem suum. Hoc enim
est eis pro deo. iuxta illud Augu. in quodā ser.
dicentis. Hoc ꝓ deo ab homine colitur: qḋ ab
eo pre ceteris diligitur. vnde de gulosis inquit
idem apostolus ad Phil. ij. Quorum deus vē
ter est. Prima autem expositio est melior cōtra
gentiles ꝛ paganos adorantes statuas manu
factas pro deo qualis erat statua aurea Nabu
chodonosor. Daniel. iij. Cōtra quos inquit Da
uid in ps. cxiij. Simulacra gentium argentum
ꝛ aurum: opera manuum hominum. Os habēt
ꝛ nō loquentur: oculos habent ꝛ nō videbunt.
Aures habent ꝛ nō audient: nares habēt ꝛ nō
odorabunt. Manus habent ꝛ nō palpabunt:
pedes habent ꝛ nō ambulabunt: nō clamabūt
in gutture suo. Similes illis fiant qui faciunt
ea: ꝛ oēs qui cōfidunt in eis. Talia tamē simu
lacra gentiles sapientes deridebant. Unde re
fert Amb. li. ij. de virginibus: q̄ Dionysius ty
rannus cum intrasset in tēplum Jouis amictū
aureum quo eius operiebatur simulacrum de
trahi iussit: ꝛ imponi laneum ꝛ dixit. Aurū hye
me est frigidum: estate vero onerosum. Deum au
tem suum sic irrisit: vt nec onus ferre posset: nec
frigus portare. Item cū Esculapij vidisset bar
bam auream tolli eam imperauit dicens. In
congruum esse ipsum barbā habere quam Ap
pollo eius pater nō haberet. Item simulacris
tenentibus pateras aureas ademit eas alle
gās se accipere debere quod dij darēt. Et sub
dit Ambrosi⁹. Ita ludibrio habiti sunt vt neq3
Juppiter vestem suam defendere potuerit: nec
barbā Esculapius: nec Appollo pubescere ad
huc ceperit: nec omnes qui dicuntur dij defen
dere potuerunt pateras quas tenebant. Appa
ret autem stulticia paganorū: qui vt refert Sa
lomon Sapientie. xiij. putauerunt esse recto
res orbis terrarum deos: solem aut lunam: aut
stellas: siue aerem aut aquam: vel ignem. Nam
nulla rationabili causa ad hoc moueri pote
rant: sed insipientia. Sicut chaldei: de quibus
legitur in quadam hystoria scholastica: q̄ cum
ipsi adorarent ignem quem appellabant deum
deorum: ad hoc etiam alios cogebant hoc mo
do. Offerebant enim quibuscunq3 neganti
bus ignem esse deum: ꝛ alium deum colenti
bus pugnam: ita q̄ si deus eorum ab aliquo
vinceretur eius culturam admitterent. Si vero
ignis eorum deus aliorum idola cōsumeret illi
ad ignem semꝑ colendum se obligarent. Quas
propter canopei qui idolum belli adorabāt de
posuerunt de capite idoli sui coronam auream

⁊ sup caput eius quoddã vas testeũ posuerũt: ⁊ illud multis foraminib⁹ perforauerũt: et cũ cera obturauerũt: et illud aqua impleuerunt. Venerũt igitur chaldei ad illud idolũ examinandũ: ⁊ posuerũt in ignem. Statimq; in foraminibus cera liquefacta descendit aqua et ignem extinxit: et sic preualuisse creditum fuit idolum canopi: cuiusdam ciuitatis egypti deo chaldeoꝝ. Hec etiã gentiliũ secta reprobatur duplici rõne. Prima dicit irrationabilitatis. Quid em̃ hac fide dementius? Quid hac cultura peius? Quid ve hoc errore irrationabilius? O insania pessima. O demẽtia iniqua. O cecitas cõsummata paganoꝝ ⁊ gentiliũ idola nõ deũ colentiũ. Hanc em̃ inhonestã sectã reprobauerunt Philosophi naturales firmissimis ⁊ naturalibus rõnibus. Hanc etiam fidem reprobauit Socrates phs maximus Atheniensis: qui vt habet in libro de moribus Philosophorũ ⁊ recitat Ualerius maximus lib. vij. Cũ predicabat Athenienſibus: ne colerent Appollinem pro deo ab eis veneno est occisus. Dicebat autẽ Socrates ꝙ potius canem q̃ idola coleret. Quia canis est factura dei: idola autẽ vana sunt factura hominũ. Et hoc refert Augu. in lib. de vera religione. Quid dicã de maxima stulticia paganoꝝ ⁊ gentilium: qui ad tantã dementiã deducti erãt: ꝙ nõ tantũ idola colebant in quibus demones cõiter habitabãt: ⁊ eis responsa dabant: sed vltra hoc eis filios proprios immolabant: ⁊ in eoꝝ honorem occidebãt: dicẽte propheta ps̃. cv. Immolauerunt filios suos et filias suas demonijs. O nefandissima cultura. O fides diabolica. O lex omnino detestanda. O

s Ecunda ratio quare reprobãda est secta gẽtiliũ dicit esse impossibilitatis. Impossibile est em̃ ꝙ sint plures dij: vt probãt theologi maxime Alex. de ales in. j. parte summe. in tractatu de essentia diuina. ⁊ Frãciscus de mayro. in conflatu dist. ij. ⁊ beat⁹ Tho. in summa cõtra gen. li. j. c. xlij. ⁊ Richar. ⁊ sanctus Bona. ac Petrus de aquila. ⁊ Johãnes de ripa in. j. sententiarum. di. ij. ⁊ Scotus doctor subtilis ibidem. ⁊. ij. Meta. sue. q. vlti. ⁊ Anto. andree de Aragonia in questionibus suis. ⁊ dominus Petrus de candia. Alexan. v. j. sentẽtiarũ. di. ij. ar. iij. Et hoc probatur quadruplici rõne. Primo ratione diuine omnipotentie sic arguẽdo: ꝙ impossibile est duos esse omnipotẽtes essentialiter distinctos tam impossibile est duos esse deos. Consequẽtia ista patet: q2 quicunq; esset omnipotens ille esset de⁹. Scriptũ est em̃ Exod. xv. de deo. Omnipotẽs nomẽ eius. Ex quo dicit Ambro. ⁊ recitat Magister sentẽtiarũ in. j. dis. iij. inquiẽs. Fac mihi tale signũ de nihilo: ⁊ talẽ terrã: et dicaꝫ ꝙ es deus. Ex quo demonstrat: ꝙ omnipotentia arguit deitatẽ: q2 quicquid omnipotẽs est deus. Et sic pꝫ maior. Sed primũ est impossibile: videlꝫ duos esse oĩpotẽtes essentialiter distinctos. Nã si hoc esset vterq; eorũ posset quicq̃d vellet: aliter non esset oĩpotens. Et tunc alter posset alteruꝫ destruere: ⁊ sic ille qui posset ab altero destrui nõ esset deus. Et cũ vterq; posset ab altero destrui ⁊ annihilari nõ esset omnipotẽs. Et sic sequit ꝙ neuter eoꝝ esset de⁹. Et si nullus eorũ posset aliũ destruere: nullus ipsoꝝ esset omnipotẽs: et cõsequẽter nec deus verus. Ex quo sequitur ꝙ si plures essent dij: nullus esset verus deus: qđ est impossibile. Et ista est argumẽtatio sancti Bona. vbi. s̃. q̃ ait. Stat ista sentẽtia ꝙ deus sit oĩpotẽtissimus: ergo poterit facere ꝙ oĩs alia potẽtia a sua nihil possit: ergo si sunt duo dij diuersi in natura hoc potest facere vnus de altero ꝙ alter nihil possit: ⁊ ecõuerso. Sed cui potentia potest auferri non est deus: ergo nõ sunt duo nec plures dij. Petrus vo de aquila vbi. s̃. ait. Ponatur ꝙ sint duo dij: et vnus velit Petrũ producere et alius nõ. Aut Petrus producetur aut non. Si sic: ergo ille qui non vult nõ erit omnipotẽs: quia non potest impedire ꝓductionẽ illius: ⁊ cõsequenter non est deus. Si nõ producetur: ergo ille qui vult eũ produci non erit omnipotẽs: q2 nõ potest eum ꝓducere: et consequenter non est deus. P

s Cõa rõ fundatur in diuina infinitate sic: ꝙ impossibile est duo actu esse infinita: tã impossibile est duos esse deos. Cõsequẽtia ista patet: q2 cũ deus est infinitus actu: si essent duo vel plures dij: essent duo vel plura infinita actu: tam quoad esse: q̃ quoad posse: ⁊ nosse ac velle opari. Deus em̃ est infinite actiuitatis. xij. Meta. quo dato sequerẽtur innumerabilia incõueniẽtia que cã breuitatis nõ scribo. Sed primũ est impossibile: scilꝫ duo vel plura esse actu infinita essentialiter ⁊ realiter distincta: ergo ⁊ scđm est impossibile: videlꝫ duos vel plures esse deos. Cũ aũt impossibile sit plura esse infinita actu essent aliter distincta ꝓbat sic. Si essent duo infinita essentialiter distincta: aut vnũ esset in alio: aut nõ. Si nõ habeo ꝓpositũ: videlꝫ ꝙ illud non est infinitũ cũ sit dare aliquid in quo non esset et sic nõ impleret oĩa. De deo em̃ dicit ps̃. xlvij.

Magnus dn̄s ⁊ laudabilis nimis: ⁊ magnitu
dinis eiꝰ nō est finis. Itē deꝰ dixit Hiere. xxiij. q
Celū ⁊ terrā ego implebo. Vn̄ vbiqꝫ est deus
per essentiā: potentiā: ⁊ presentiā: vt pꝫ p Tho.
j. parte summe. q. xl. Si autē sic esset vnus in
alio ergo posset eū annullare: q2 in eo haberet
potentiā: ⁊ ei essentiā dedisset per creationem.
Hoc e. n̄ modo dr̄ deus esse vbiqꝫ p essentiam
⁊ potentiā: ergo alius nō esset deus: scꝫ in quo
taliter esset. Si vo esset in alio: alio mō: aut si-
cut accidēs in subiecto: et sic depēderet ab illo
tam in esse ꝙ̄ in cōseruari: ⁊ sic non esset deus
cū depēdere dicat imperfectionē in eo qd̄ depē
det. Aut esset in alio sicut totum in partibus:
vel sicut pars in toto: aut aliquo nouem mo-
dorum positoꝝ ab Aristotele in predicamen-
tis: ⁊ qualitercūqꝫ esset diceret imperfectionē
et sic non esset deus. Q

Ertia ratio fundat̄ in summa dei dile
t ctione. Nā si essent duo dij essentiali-
ter distincti cū felicitas eterna sit ipse
deus ꝫm Theol. in. iiij. dis. xlix. ergo due essent
felicitates essentiales: essentialiter distincti.
Vterqꝫ eñ deꝰ ab alio essentialiter diuersifica
tus haberet vnā: aut ergo dicis ꝙ vnꝰ eoꝝ nō
sentit necħ felicitatē alteriꝰ: ergo nō est perfe
cte beatꝰ: qr deest sibi vna felicitas. Beatitudo
eñ est vbi nihil deest boni: ꝫm Aug. in. xxij. de
ciui. dei. Et est status oīm bonoꝝ aggregatio-
ne perfectus: vt inq̄t Boetiꝰ. iij. de cōsola. Aut
dicis ꝙ vnꝰ sentit felicitatē alterius: et tūc aut
vnus fruit̄ alio ⁊ econtrario: aut vnus vtitur
alio ⁊ ecōtrario. Si vnus fruit̄ alio: ergo sequi
tur ꝙ beatificat̄ in alio: ⁊ sic eiꝰ beatitudo de-
pēdet ab illo alio. Et sic alius posset facere ꝙ
iste nō esset beatus subtrahendo se sibi: aliter
ipse nō esset oīpotēs: ⁊ sic ille nō esset beatꝰ.
Et idē posset argui de alio respectu istius: quo
dato sequit̄: ꝙ si sunt duo dij nō sunt duo dij:
qd̄ implicat contradictionē. Si vo dixeris: ꝙ
neuter fruit̄ altero: sed solū vtitur illo: tūc se-
quitur ꝙ ille q̄ vtit̄ deo: ⁊ nō fruit̄ est peruer-
sus: ⁊ habet in sua volūtate magnā peruersita
tem: qd̄ de deo nefas est sentire. Et probo con
sequētiā per dictū Ambrosij dicētis. Magna
volūtatis peruersitas est vti fruēdis ⁊ frui vtē
dis. Tēporalibus enim ⁊ creaturis solū vti de
bemus. frui autem solo deo et non vti. Vtitur
eñ creatis tanꝙ̄ vtilibus ad finē cōsequendū
scꝫ beatitudinē que non est in eis. Frui aūt est
soli deo adherere propter seipsum tantū: et in
ipso beatificari. Vt inqt̄ Aug. in lib. de doctri
na xpiana. ⁊ recitat magister in. j. dist. j. R

Varta ratio fundatur in rerum adex-
q tra debita et sempiterna ordinatione:
sic. Si essent duo dij essentialiter di-
stincti: ⁊ vterqꝫ eoꝝ haberet voluntatē liberā
a volūtate alterius essentialiter distinctam: et
nullo mō ab ea depēdētem. Et sic vnus posset
aliqñ velle pluuiā: ⁊ alter serenū: vnꝰ frigus:
alter calorem: vnus vētus: ⁊ alter non: ⁊ vnus
posset velle mundū destruere: alter cōseruare:
vnus istū mori: alter viuere. Sicut dicūt poete
de Iunone que volebat troianos perire. Ve-
nus aūt volebat eos saluare. Itē Iuno vole-
bat ꝫm eos ꝙ turnus occideret Eneā: ⁊ vxorē
haberet Lauinā filiā regis latini. Econtra vo
Venus: vt pꝫ per Vergiliū. j. ij. ix. ⁊. x. Eneidos
Et pōt cōgrue recitari oratio Iunonis ad Eo
lum: ⁊ respōsio eiꝰ ⁊ oppositio Neptuni cū ver
bis iniuriosis cōtra vētos ⁊ Eolū que habent̄
j. Eneidos. Et sic sequeret̄ cōfusio ⁊ destructio
ordinis vniuersi: cuiꝰ oppositū ad experientias
videmus. Nā ordine mundū deus ⁊ rōne gu-
bernat. Et ꝓpter hoc phi deuenerunt in noti
ciam vniꝰ ⁊ solius dei. Vnde Phs. xij. Meta.
in fi. sic cōcludit. Qr igit̄ res nolūt male dispo-
ni: nō est bona pluralitas principū vel dn̄oꝝ:
vnus ergo princeps. ⁊. viij. Ethic. iterum ait.
Melius est esse vnū in vniuerso principem ꝙ̄
plures. Regnū eñ non capit duos. vn̄ Hiero.
ad Rusticū. ⁊ habet̄ in. c. in apibus. vij. q. j. in
quit. In apibꝰ princeps vnꝰ est: ⁊ grues sequū
tur vnā ordine litterato. Imperator vnꝰ. Vnꝰ
iudex ꝓuincie. Roma vt condita est: duos fra
tres simul reges hr̄e non potuit: ⁊ parricidio
dedicatur. vn̄ Lucanus in. j. ait. Fraterno pri-
mi maduerūt sanguine muri. In rebecce vtero
Esau ⁊ Iacob bella gesserūt. Singuli ecclesia-
rū epi. In naui vnꝰ gubernator. In domo vnꝰ
dn̄s. In quouis gradu et exercitu vnū signum
expectatur. hec ille. Multo ergo magis ad re-
gimen mundi: vnū solū omniū gubernatorem
esse oportet. Si enim essent plures dij diuerse
nature: cū diuersitas naturarum causet varie
tatem animoꝝ. c. qr diuersitatem. de cōces. pre
ben. inter se nō conuenirent: nec essent concor-
des. iuxta illud Lucani. j. Nulla fides regni so
cijs: omnisqꝫ potestas Impatiens consortis
erit. hinc Lactan. in. j. diuinarum insti. c. iij. in
quit. Sicut enim si in vno exercitu tot fuerint
imperatores: quot legiones: quot cohortes:
quot cunei: quot ale: primū nec instrui pote-
rit acies: vnoquoqꝫ periculum recusante: nec
rei facile obtēperari: eo ꝙ suis cōsilijs ꝓprijs
vtantur omnes: quoꝝ diuersitas plus noceat

ꝙ̄ pꝛosit. Sic in hoc rerũ nature imperio nisi vnus fuerit ad quez toti⁹ summe cura referaƭ vniuersa soluenƭ ⁊ corruẽt. hec ille. Confirmat hec oĩa sctũs Bona. in. ij. sn̄iaruz. di. j. ar. j. q. j. Oẽs inq̄t res mũdane habẽt vnũ principium ꝓductiuũ: tum ꝓpter rerũ varietatẽ: q2 multitudo ⁊ pluralitas hꝫ ortũ ab vnitate: tum ꝓpter rerum mutabilitatem: q2 omne mutabile est ab immutabili: tũ ꝓpter rerũ ordinẽ: q2 ordo habet ortũ a pꝛimo. hec ille. S

p Otest q̄z diuine essentie vnitas ꝓbari ex infinitatis rõne. Nã infinito nõ est dare aliud infinitũ. iij. Phyficorũ. Sed si plures essent dij essentialr̃ distincti: singuli haberẽt infinitatẽ ab alio separatã: q2 vt dr̃ ps̄. xlvij. Magnus dn̄s ⁊ laudabilis nimis ⁊ magnitudinis ei⁹ nõ est finis. ⁊ per ꝯsequẽs dato quolibet eoꝝ possit assignari maioꝛ infinitas. s. ex adunatione oĩm deoꝝ simul. Et cõfirmaƭ hoc argu. ꝑ dictũ Anselmi in li. ꝓslo. c. ij. vbi ait. ꝙ deus est quoddã summũ bonum quo aliq̄d maius nõ põt cogitari. Sꝫ si essent plures dij: quolibet eoꝝ aliq̄d maius cogitari posset: q2 illi plures simul aliq̄d maius essent ꝙ̄ vnus solus. Itẽ ſm Damascenum si plures essent dij: singuli eoꝝ essent vniuersaliter perfecti. Aut ergo illi oẽs simul ponerẽt maioꝛem ꝑfectionẽ intẽsiue vel extẽsiue: aut non. Si sic: sequiƭ ꝙ nullus eoꝝ est vniuersaliter ꝑfectus ⁊ ꝑ cõsequẽs nõ est de⁹. Si ergo nõ sunt essentialiter distincti: sed poti⁹ vnũ ⁊ idẽ: sicut diuine ꝑsone que simul nõ ponũt maioꝛẽ ꝑfectionẽ q̄z vna illarũ. Itez quodlibet suꝑlatiuũ de vno solo dr̄: vt no. in. l. vbi aũt nõ apparet. ff. de ṽbo. obli. ⁊ in. l. si q̄d. §. fi. ff. de edi. edic. ⁊ in c. metropolitano. lxiij. di. Suꝑlatiuũ em̄ idem est qõ suꝑ oĩa latũ. Sed esse optimũ est suꝑlatiuũ: ergo vn⁹ solus. s. de⁹ est optimus. Et hoc est qõ ait cõmẽtatoꝛ suꝑ. j. Ethi. cõmẽto. lxvij. vbi inducit hãc cõtradictionẽ dicẽs. Si plura sunt optima nihil est optimũ: q2 optimum est qõ vni soli cõuenit. hec ille. Et ꝓpterea inquit beat⁹ Tho. in summa cõtra gẽti. li. j. c. xlij. Impossibile est esse duo summe bona: qõ ꝑ superabũdãtiã dr̄: vni soli cõuenit. Sed de⁹ est summũ bonũ: ergo est vn⁹ solus. Et ex p̄dictis tollitur argumentuz qõ potuisset fieri sic. Plura bona sunt paucioꝛibus melioꝛa. iij. Topi. Sed plures dij sunt plura bona: ergo meli⁹ est esse plures ꝙ̄ vnũ. Q2 rñdet sctũs Bona. in. j. dis. ij. Qõ dictũ phi hꝫ veritatẽ in bono creato et finito qõ rõne sue finitatis recipit bonitatis augmentuz per additionẽ alterius boni. Non autẽ intelligi põt de bono infinito: qõ augeri nõ põt. Põt q̄z vnitas essentie diuine pꝛobari autoꝛitatib⁹ diuersis. Et pꝛimo gẽtiliũ phoꝝ. Nã Arist. in. viij. Physi. ait. Opoꝛtet esse vnuz principiũ ⁊ nõ multa. ⁊ Plato in thimeo inq̄t. Mũdus est vnus: q2 iuxta vnũ exẽplar est formatus. Arist. q̄z in. j. de celo ⁊ mundo dicit. Q2 sicut mũdus nõ põt eẽ nisi vn⁹: ita ⁊ a foꝛtioꝛi pꝛimus motoꝛ nõ põt esse nisi vn⁹: ⁊ ꝓbaƭ sic. Si possent esse plures motoꝛes stante mundi vnitate: vel ambo mouerẽt idẽ nobile vel vn⁹ tantũ. Si ambo cũ vn⁹ sufficiat alter suꝑfluit. Q2 frustra fit ꝑ plura: qõ eque bene fieri põt per paucioꝛa. vt notaƭ in. l. j. in pꝛinci. C. cõia. deleg. Si vnus tãtũ sequiƭ ꝙ alter permanet ociosus vel si nollet esse ociosus req̄ret aliũ mũdum: ⁊ sic opoꝛteret ꝙ duo essent mũdi: qõ est cõtra phos oẽs naturales. Que oĩa cõfirmat Lactã. in. j. diui. insti. vbi etiã ait. Sit igiƭ nr̄i operis questio illa consequẽs atq̄z scd̄a. Utrũ potestate vni⁹ dei mundus regaƭ an multoꝝ. Nemo est qui deũ sapiat rõnemq̄z secũ putet qui nõ vnũ esse intelligat q̄ ⁊ cõdiderit oĩa: et eadẽ qua cõdidit ṽtute moderet. Quid enim multis opus est ad mũdi regimẽ sustinenduz nisi foꝛte arbitremur si plures sint minus hr̄e singulos neruoꝝ atq̄z viriũ: qõ quidẽ faciũt hi qui multos esse volũt: q2 necesse est imbecilles esse. Siquidẽ singuli sine auxilio reliquoꝝ tãte molis gubernaculũ sustinere non possunt. De⁹ aũt q̄ est eterna mẽs: ex omni vtiq̄z parte ꝑfecte cõsumate ṽtutis est: qõ si verũ est: vnus sit necesse est. Ptãs em̄ vel ṽtus absolute retinet suã ꝓpꝛiã firmitatẽ. Id aũt solidũ est estimandũ cui nihil decidere: idq̄z perfectũ cui nihil possit accedere. hec ille. Qui etiã ibidez ait. Poete q̄uis deos carminib⁹ oꝛnauerint: sepissime tñ cõfitenƭ vno spũ vel mẽte vna cõtineri regiq̄z oĩa. Idẽ q̄z doctoꝛ postq̄ opiniones multoꝝ gẽtilium de deo enumerauit cõcludit dicẽs. Voꝝ tñ sn̄ia q̄uis sit incerta eodẽ spectat vt ꝓuidentiã esse vnã cõsentiant. ⁊ Phs viij. Physi. dicit p̄dicta cõfirmando. Unũ mouẽs magis ꝙ̄ multa opoꝛtet existere. Augu. aũt in. viij. de ciui. dei inducit Platonẽ q̄ ait. De⁹ est vnus verus et optimus q̄ cuncta precellit. Auicẽna aũt in. j. Meta. c. vj. inquit. Impossibile est ei qõ necesse est esse sit cõpar aliud necesse esse. hec ille. Uocat aũt deum necesse esse. Ut etiã asserit Greg. Signãter aũt dixit aliud qõ denotat diuersitatẽ essentie: et nõ ali⁹: que dictio denotat diuersitatẽ personalẽ. ſm Augu. in lib. de fide ad Petrũ. Termegistus etiã

ad Asclepiū scribit di. Qꝛ vn⁹ est mūdus vnus
est deus. Sibylle q̄ꝫ idē ꝓstantur. De quib⁹
Lact. vbi. s̄. inq̄t. Oēs sibylle vnum deū pꝛedi
cant. Aristo. etiā. xij. Meta. ait. Deus est vnus
eternus ꝛ nobilis infinite nobilitatis. Autori
tatibus q̄ꝫ fidelium pꝛobātur predicta. Nam
ps̄. lxxxv. ait Dauid deo. Tu es deus solus. et
ipse dn̄s ait Esa. xliiij. Absq̄ꝫ me nō est deus. ꝛ
Malach. ij. dꝛ. Nunquid nō de⁹ vnus creauit
nos. ꝛ Eccl. j. dꝛ. Unus est altissimus creatoꝛ
oīm oīpotēs: rex metuēdus nimis. ꝛ Judith
ix. dꝛ deo. Tu es deus ꝛ nō est alius pꝛeter te.
Qd̄ cōfirmat Dauid. ps̄. xvij. di. Quis de⁹ pre-
ter dn̄m: aut q̄s de⁹ pꝛeter deū nostrū. ꝛ Eccl.
xxxvj. dꝛ deo. Nō est ali⁹ de⁹ nisi tu. ꝛ Esa. xlv.
ait ipse de⁹. Ego dn̄s ꝛ nō est alius. ꝛ extra me
nō est de⁹. ꝛ idē habet in. c. j. de sum. trini. ꝛ fi-
de catho. ꝛ. xxxiiij. di. c. qui episcopus. ꝛ. xlv. di.
c. de iudeis. ꝛ. j. q. j. c. hi qui. ꝛ. c. paulianiste. et
j. q. iij. c. ad mēsam. ꝛ. xxij. q. iiij. c. si q̄s. ꝛ. xxiiij.
q. j. c. loquitur. ꝛ. xxvj. q. vj. c. non licet. ꝛ. xxxij.
q. v. c. puto. ꝛ. xxiiij. q. iij. c. quidam. ꝛ. xxvj. q.
vij. c. nō obseruetis. ꝛ de peni. dis. j. c. deus qui.
ꝛ de cōse. dist. ij. c. accesserunt. ꝛ. ij. q. j. c. Deus
noster omnipotēs. T

Ex pꝛedictis igit̄ patet illū esse insipiē-
e tem q̄ putat nō esse deū de quo ꝓphe-
ta inq̄t ps̄. xiij. Dixit insipiens in coꝛ-
de suo nō est de⁹. Nā vt. s̄. claruit opoꝛtet esse
vnū rectoꝛē vniuersi oꝛbis: aliter oīa ad nihilū
tēderēt ꝛ cōfusa essent. vn̄ Claudianus li. j. in
Rufinū ait. Sepe mihi dubiam traxit senten
tiam mentē: Curarēt superi terras: an nullus
inesset Rectoꝛ: ꝛ incerto fluerēt moꝛtalia casu.
Sed cum dispositi quesissem federa mundi:
Pꝛescriptosq̄ꝫ maris fines: animiq̄ꝫ meatus:
Et noctis lucisq̄ꝫ vices: tūc oīa rebar Consilio
firmata dei q̄ lege moueri Sydera: qui fruges
diuerso tēpoꝛe nasci: Qui variaꝫ phebē alieno
iusserit igni Cōpleri: solēq̄ꝫ suo poꝛrexerit vn-
dis Littoꝛa: telluremꝫ medio libꝛauerit axe. De
ipso etiā deo inq̄t Arist. j. de celo ꝛ mūdo. De⁹
est apud quē vita fixa: sempiterna secula secu
loꝛum: que nec finitur nec deficit. ꝛ Auicenna
viij. Meta. dicit. De⁹ est bonitas pura in desi
derio omnium. ꝛ. v. Metco. ait Phs. Oꝛdina
tio eoꝝ que sunt in mundo est ex dispositione
pꝛimi pꝛincipij qd̄ est de⁹ glorio sus. ꝛ in li. de
bona foꝛtuna dicit. Deum significamus dn̄m
existentē vt distribuat bona ꝛ mala. ꝛ in. li. de
regi. pꝛin. Deo nihil est difficile: ꝛ sine eo non
est possibile. ꝛ. j. de celo ꝛ mūdo inquit. Diuinū
esse necesse est cē intrāsmutabile pꝛimū ꝛ sum
mū. hec ille. Pꝛo cōclusione aūt hui⁹ ꝑtis dicō
ꝙ eandē sectā gētiliū dicētiū plures esse deos
reꝓbāt alie innumere autoꝛitates sacre scri-
pture. De q̄bus aliquas solū iā breuitatis alle
gabimus. Pꝛima habet Deut. vj. vbi dꝛ. Audi
israel: dn̄s de⁹ vester de⁹ vn⁹ est. Scd̄a Exod.
iij. vbi dixit dn̄s. Ego sum q̄ sum: nō dixit: nos
sumus q̄ sumus. Tertia Exod. xv. Dn̄s omp̄s
nomē illi. Quarta Johā. x. Ego ꝛ pater vnum
sumus dicit saluatoꝛ nr̄. Quinta Deut. xxxij.
Uidete ꝙ ego sim solus ꝛ nō sit ali⁹ de⁹ pꝛeter
me. Sexta Exod. xx. Ego sum dn̄s de⁹ tuus q̄
eduxi te de terra egypti: nō erunt tibi dij alie-
ni p̄ter me. ꝛ in ps̄. lxxx. etiā inq̄t. Nō erit in te
deus recēs: neq̄ꝫ adoꝛabis deū alienū. Septi-
ma Mat. xxiij. Un⁹ est em̄ pater vester qui est
in celis. Octaua ad Ephes. iiij. Unus de⁹ ꝛ pa
ter omniū: qui est sup oīa: ꝛ in oibus nobis. ꝛ
Imperatoꝛ in. l. ij. C. de summa tri. ꝛ fi. ca. inq̄t
Unius ꝛ summi dei nomē vbiq̄ꝫ celebretur.

De secta Machometi. U

s Ecūda secta iniqua est Machome-
ti qui fuit hismaelitica ꝛ Idumeus
qd̄ idem est. Saraceni em̄ descende-
runt ab Agar ancilla Abꝛae que ei
genuit hismaelē. ꝛ iō deberēt appellari Agare
ni: sed faciunt se appellari saracenos a Sara
vxoꝛe eiusdē Abꝛae. de quoꝛum ꝓgenie fuit
Machometh q̄ fuit idolatra. vn̄ i Alchoꝛano
suo dꝛ ꝙ deus dixit ei. In erroꝛe idolatrie diu
mansisti ꝛ inde eduxi te. Hic ergo ipsam gētem
saracenoꝝ ꝛ turchoꝝ atq̄ꝫ multas alias dece-
pit nationes: dās eis legē bestialē ꝛ omni inho
nestate: spurcitia ac libidine plenissimaꝫ. Hec
aūt secta diabolica repꝛobari pōt. Pꝛio rōne
falsitatis. Nā ipse impudētissim⁹ Machome-
tus ponit felicitatē in delectationibus coꝛpis:
videlꝫ in gulositate: luxuria ꝛc̄. ꝛ ꝓmittit suaꝫ
legē seruātibus: ꝙ in alia vita luxuriabūtur ꝛ
comedēt res delicatas. Dicit etiā ꝙ in paradi
so habebūt tria flumia. s. vnū lactis: aliud mel
lis: et aliud vini optimi aromatia: q̄b⁹ qn̄ eis
placuerit poterunt vti ꝛ multa hmōi. Que se-
cta demonstrat esse falsissima etiā a Phis pa-
ganis. Nā Arist. in. j. Ethi. demōstrat ꝙ felici-
tas nō cōsistit in delectatiōib⁹ coꝛpis sed aie. ꝛ
iō Auicēna. q̄ fuit de secta Machometi despi-
cit oēs eius ꝓmissiones: ꝛ ponit finē nostrum
esse aliū q̄ eū in quo ipse diabolicus Macho-
metus dicit esse ꝛ cōsistere felicitatem nostram
vn̄ in. ix. Meta. sue. c. ix. inq̄t. Lex nostra quā
noster Machometus dedit: ostēdit perfectio-
nē felicitatis circa ea que sunt sm̄ coꝛpus: sed

alia est pmissio que solū apprehēdit intellectu ⁊ hō sapiētibus magis fuit cupiditas ad osten dēdū aiarū felicitatē ꝙ corporꝫ: que ꝙuis da rent eis nō tñ attēdūt nec appreciant eā in com paratione felicitatis q̄ est coniūctio pume veri tatis. hec ille. Ex q̄bus verbis innuit Auicēna ꝙ Machometus errauit: ⁊ sic ipse Auicēna cōcor dat cū sniā xpi Joh. xvij. dicentis. Hec est vita eterna: vt cognoscāt te verū deū: ⁊ quē misisti Jesuꝫ xpm. Falsissima ergo est lex Macho. di. ꝙ sui sectatores habebunt in alia vita plures vxores ꝙ nūc hñt. Cōcessit eñ suis sectatoribꝰ habere quatuor vxores ⁊ tot cōcubinas quot pascere possunt: ⁊ dicit ꝙ post hanc vitā habe būt vxores virgines pulcherrimas q̄ tñ nō in trabūt paradisum nisi qñ ipsi volēt cū eis com miscerī: sed stabūt extra paradisum ibi ppe: et semp qñ ingrediens vt cū eis cōmisceans effi ciens virgines. Dicit q̄s ibi ꝙ nulla mulier in trabit paradisum nisi eo mo quo dictū est. scꝫ cā libidinis viroꝝ satiande: et allegat quādam fatuam cām quare deꝰ nō velit ꝙ mulieres in trent paradisum: quam omitto cā breuitatis. Hoc aūt est falsissimū: q: deus non facit diffe rentiā seruis in datione regni celorum. §. hinc aūt nobis. in auf. de mona. Falsissimū etiaꝫ est illud quod inq̄t de vxoribus. Nā hoc est cōtra dictū xpi in euangelio Mat. xxij. Marci. xij. ac Luc. xx. vbi inq̄t: ꝙ in resurrectione neqꝫ nu bent: neqꝫ nubentur: sed erunt sicut angeli dei Itē qđ inquit de comestione est falsissimū. Nā regnū dei non est esca vel potus: vt ait Aplus ad Rom. xiiij. Si aūt esset verū qđ dicit Ma chometus oporteret paradisum repleri sterqli nijs aut ex digestione cibi celum ipsum fedari stercoribꝰ. Ratio aūt quare Machometus per mittebat suos cultores luxuriari vt infra pate bit: est q: ipse erat totus libidini deditus: ince stuosus et stuprator ac adulter. Unñ qñ viola bat alterius vxores: ne maritꝰ aliquid diceret: ⁊ ne populi eum interficerēt: dicebat ꝙ ange lus Gabriel preceperat ei ex parte dei ꝙ sic fa ceret: q: debebāt nasci ab eo multi prophete et homines valorosi. Ex q̄bꝰ patet eius diabolica malicia ⁊ populi credentis ei stulticia. Preterea fidē Machometi esse nequissimū patet ex mō quo facta est: facta enim fuit per auxiliuꝫ dia boli secularis: ⁊ per fallaciā. Nā habebat Ma chometus columbam albam cui nunqꝫ dabat cō edere nisi positis granis milij in auribus suis ⁊ ipsa inde excipiebat cibū cū rostro. ⁊ vbicūqꝫ eum videbat ad aures eius volabat intus po nens os vt extraheret cibuꝫ. Qua sic instructa cum esset corā populis in loco eminenti facie bat occulte ab aliquo suorum dimitti dictā co lumbam: ⁊ ipsa volante ad aures eius dicebat ꝙ erat spirituſsanctus in specie columbe que eum alloquebat. cuius consilio cūcta faciebat. Item cum caderet morbo caduco pter eiꝰ lu xurias et ebrietates ac innumeras bestialita tes: dicebat ꝙ tunc erat raptus: ⁊ sic cadebat quia tūc apparebat sibi archāgelus Gabriel eū informans de lege quā daturus erat: multisqꝫ alijs fallacijs illos bestiales populos decepit Inter alia dicitur in Alchorano eius: ꝙ in die iudicij ipse transformabit in forma arietis val de pilosi: ⁊ omnes eius legē seruātes in forma pulicū ⁊ intrabūt eius pellē pilosuꝫ: ⁊ tunc ip se cū eis saliet in celū: q̄ est stulticia ⁊ fatuitas magna. Ut aūt hec porcina secta non destrue retur precepit ipse fraudulentus Machometꝰ ꝙ si aliq̄s cōtra legē suā predicare vel loq̄ pre sumpserit vel eā negare ausus fuerit protinus occidaf. Sciebat eñ ipse diabolicus Macho metus ꝙ lex sua est cōtra oēs legē nō solū mo ralē: sꝫ etiā naturalē ⁊ diuinā: cōcedēs oīa ve nerea ⁊ voluptuosa: intantū ꝙ etiā licentiauit vitiuꝫ sodomiticū ꝯ naturā vt dicit Eustachiꝰ vij. ethico. cōmento. ix. De qua spurcissima le ge predixerat Ouidius qui fuit post annos. dc. et plus ante ipsum Machometum dicens in tertio devetula. In qua si liceant quecūqꝫ li cere putent: Scripta licet nondum super hoc lex inueniaf. In q̄bus verbis ostendit ꝙ debe bat venire vna spurcissima etas in qua ipsa lex vitiosissima cōcedens scelera nefandissima da retur. Et si queratur quomodo Ouidius paga nus hoc sciuit: Respondetur ꝙ forte legerat il lud ps. ix. Constitue domine legislatorem su per eos: vt sciant gētes qm̄ hoīes sunt. Uel for sitan: deus per gratiam gratis datam hoc illi intelligere fecit: sicut ⁊ de alijs paganis dicit Rich. in. j. di. iij. ꝙ multa cognouerunt de tri nitate. iuxta illud Apostoli ad Roma. j. Deus illis manifestauit. Prohibuit q̄ machomet dis putari de sua lege: q: quicūqꝫ rationis capax eam nequissimam ⁊ irrationabilissimaꝫ posset demonstrare. X

f Fides vo christi fundata est nō per po tentiam aut sapientiam mundanam: sed ab apostolis infimis ⁊ vilibus fm seculuꝫ atqꝫ idiotis. Ideo exclamat Ber. in sen tentijs suis di. O stupendum miraculum sup oīa miracula: ecce ꝙ minor superest maiori: et maior subest minori: cum omnes reges terra rum se aplis infimis modicis: atqꝫ despectis

submittūt: stupēdū valde fuit imperitos pisca
tores absq; lrīs oēs sciētificos cōuicisse: ac tās
paucas psonas totū mūdū ad vnam fidē adu
nasse. Et hoc est qđ inqt Apls. j. ad Cor. ij. Jn
firma mūdi elegit deus vt cōfundat fortia. Et
ibidē inqt idē Apls. Non indoctis humane sa
piētie verbis: sed in ostēsione spūs τ virtutis
pdicamus vt fides nr̄a nō sit in sapiētia hoīm
sed in virtute dei: magnū pfecto videret mira
culū si duodecim serui abiectissimi alicui9 im=
peratoris totū imperiū eius sine armis debel=
laret ac illud ditioni sue subiicerēt. Magnum
etiā τ stupendū videret miraculū si aliq̄ pauci
hoīes idiote τ illitterati oēs logicos: phos:
theologos: atq; astrologos: sue opinioni atq;
snīe acqescere facerent. Maximū etiā atq; stu
pendū videret miraculū si aliq̄ pauci hoīes in=
ermes vniuersum mūdū sibi subiectū τ obediē
tem facerēt: sed mirabili9 est q duodecim apli
vniuersas mūdi nationes diuersarū linguarū
cū ipsi essent vnius lingue fecerint relictis suis
retibus τ culturis: τ relicta antiqua fide fidē
p eos pdicatā accipere. Et si dicat q hoc fece=
runt pter miracula p eos facta: qr scriptū est
Mar. vlti. q apli pfecti sunt vbiq; pdicantes
dño cooperāte τ sermonē cōfirmāte sequētib9
signis. Ego respōdeo q et hoc fides nr̄a reddit
autētica: qr vt dicit Aug. in lib. de vtilitate cre
dendi. miraculū est opus arduū sup facultates
admirantes nature τ nō pōt fieri verū miracu
lum nisi p virtutē diuinā: vt inqt Tho. q. ij. q.
clxx. τ Alex. de ales. in tract. de miraculis. Si
ṽo qs dicat q mundus cōuersus est sine mira
culis: dico q etiam reddit fidē nostrā valde au
tenticam. Unde Aug. li. xxij. de ciui. dei. c. v. ait
Si ista miracula in fide xp̄i facta nō credunt:
saltem nobis vnum grande miraculū sufficit:
qr iam totus orbis terrarum sine vllis miracu
lis credidit τ fidei christiane se subiecit. hec ille
Jn fide aūt machometica nullum vnq̄ factus
est miraculum: nisi illud miraculum reputetur
qđ accidit cuidam Januēsi qui in partibus il=
lis existēs: desiderāsq; videre quid facerent illi
saraceni siue mauri i templo suo qđ moscheā
appellant: in quo quilibet christianus intrans
aut occiditur: aut fidem christi negare cōstrin
gitur: exposuit se periculo τ latenter intrauit.
Cum aūt ibi esset in medio maxime multitudi
nis τ nō posset exire: necessitasq; ei venisset su
perfluum pōdus corporis deponēdi stercoriza
uit in femoralibus. Dum aūt fetor esset in illa
moschea: oēs circūspiciebant quis hu9 us feto
ris causa fuisset. Inueneruntq; ipsum Januē
sem: ques volētes occidere: ille qui forte lingua
eo2 sciebat eis dixit: vel p interpretē mēdaciū
hoc significauit. s. q cū ipse nō posset per lōgū
tpe habere bñficiū vētris: intrauit tēplum vt
machometo se recōmendaret: τ statim habuit
bñficiū vētris. Hoc aūt audiētes τ credētes il=
li hoīes bestiales acceperūt femoralia illa ster=
core infecta τ suspēderūt in moschea: clamātes
miraculū: miraculum. Y

Jd qs aūt qrat quo tpe machometus
s dedit legē suā? Respōdeo q fuit anno
dñi. cccccdxij. Aliq̄ tñ dicūt q fuit cir=
ca annos. ccccccxxv. Et alij paulo post: scilicz in
ccccccxxi. ab incarnatione dñi: regnāte Eradio
impatore romano2 q̄ inuenit crucē dñi trāsla
tam in persiā per Cosdroe regē quē debellauit:
sed postea ex deuotissimo pncipe factus est he=
reticus. Et dicte opiniones possent verificari si
due vltime referant ad tps natiuitatis eius et
prima ad tps legis per eū date. Tpe aūt male=
dicti machometi iam mortui erant doctores ec
clesie. s. Ambrosius: Hieronymus: τ Augusti=
nus: ac Gregorius. Nā si post eu3 fuissent: eius
diabolicā sectā suis in operibus reprobassent.
Mortuus est aūt pfidus machometus morbo
epilētico: anno etatis sue. lxiij. τ detrusus cum
diabolo in inferni profundo. Alia quoq; ratio
impugnat fidē machometi τ corroborat fidem
nostram. Nā lex machometi iō habuit sectato=
res: qr pmittit oīa delectabilia huius vite adq̄
oēs naturaliter inclinant. Gen. viij. c. oīs etas.
xij. q. j. τ. c. procliuus. xx. q. iij. vbi dr. Procliuus
est cursus ad voluptatem: τ imitatrix est natu
ra vitio2. Unde dicit beatus Tho. in principio
libri 9tra gētiles. Lex Mahumeth tota est sm
delectationes carnis ad quas hoīes pni sunt
τ iō a multis accepta est: sicut τ doctrina Epi=
curi. De quo Lac. iij. diui. instit. ait. Epicuri di
sciplina multo celebrior semp fuit: non qr veri
aliquid afferret: sed qr multos ad populare no
men voluptatis inuitat: nemo enim non in vi
tia pronus est. hec ille. Sed o fides christiana
quō cōuertisti ad te mundū: nunqđ p pmissio
nem bono2 tēporaliū τ delectationū: certe nō:
immo phibes luxuriam τ oēs mundi delitias
inordinatas τ solum pmittis beatitudines in
alia vita τ facis homines relinquere tēporalia
que vident τ cognoscunt pro inuisibilibus τ fu=
turis. Et p3 q hec lex est alijs oībus melior: im
mo nulla est bona preter ipsam. hec eni fieri nō
possent nisi ex dono speciali diuine gratie. Jđ
Augu. in quadā epl'a ait. Quis tantam hoīum
multitudinē ad peccata pronam: ad legem xp̄i

carni ꝛ sanguini cõtrariã seruandã vnq̃ indu ceret nisi deus. Et hoc idẽ inq̃t ipse Aug. lib. xxij. de ciui. dei. c. v. Preterea apparet veritas fidei nostre q̃ nõ est fundata p coactionẽ sicut lex Machometi. Nã Machomet⁹ cũ esset fal- sissimus ꝛ dolosus ac luxuriosus: p operationẽ diaboli traxit ad amorẽ suũ quãdaꝫ reginã vi- duã in tantũ ꝙ accepit eũ in maritum: quo re- gno adepto postea per vim ꝛ pugnas subegit multas natiões: quas etiã partim p vim par- tim p hypocrisim ꝛ deceptiões multas acquie scere fecit legi sue: marse adiutus a quodã mo nacho xp̃iano falso: q̃ existẽs platus in ecclesia dei missus est a sede aplica ad pdicandum illi gẽti: apud quas cũ esset in deuotione indigna tus est cõtra summũ põtificẽ: qꝛ noluit ei dare quãdã dignitatẽ. Vñ adunatus Machometo eũ pdicauit vt maximũ ꝓphetã a deo missum vt nouã legẽ daret: sicq̃ populos illos bestia- les decepit. Alij aũt dicũt ꝙ iste monachus q̃ appellabaꝛ Sergi⁹ fuit rome condẽnatus de heresi ꝛ excõicat⁹. Vñ ad ptes Arabie fugiens ibiq̃ Machometo se federãs vna cũ quodam iudeo maligno cõposuit legem Machometi ꝛ eã predicauit vt bonã. Ipse eñ Machometus erat ignarus lrãrũ: nã fuerat primo custos si- ue ductor camelorũ: is postea p fallaciã ꝛ artem magicã puenit ad regnũ. Dicũt eñ q̃dã ꝙ ipse Machomet⁹ ducẽdo mercãtias per diuersas partes orbis cõuersabaꝛ cũ xp̃ianis ꝛ iudeis a quib⁹ didicit multa tã de nouo q̃ de veteri te- stamẽto. Et postea fingens se ꝓphetam a deo missum dixit: ꝙ ideo de⁹ eũ miserat vt legẽ mi tiorẽ daret q̃ esset lex euãgelica vel Moysaica affirmãs ꝙ erãt nimis dure ad obseruandũ: ꝛ sic multos decepit fallacia sua diabolica: nã p artẽ magicã mutabaꝛ i facie ꝛ multa faciebat que videbanꝛ ꝓdigia: ꝛ a demonib⁹ hĩc fere- batur inde ꝛ quocũq̃ volebat. Dicebatq̃ iu- deis se esse messiã eis promissuꝫ ꝛ sic plurimos eorũ ad se traxit. Oĩbusq̃ concupiscẽtijs frena laxauit: vt sic bestiales hoĩes ad bestialẽ suam sectã pertraheret. Nec mirũ si illos decepit: nã ꝛ prius erãt idolatrie dediti et a diabolo pos- sessi. Fides autẽ nostra nõ est sic fundata: sed sanguine martyrũ qđ est valde mirabile. Cum eñ vltimũ terribiliũ sit mors. iij. Ethi. Et cum etiã ferocissime bestie fugiãt penas ꝛ mortem. vt ait Phs. vi. Ethi. ꝛ Boe. in. iij. de conso. di. Omne aĩal salutẽ tueri desiderat: mortem ꝟo perniciẽq̃ deuitat. ꝛ Iob. ij. dĩ. Pellẽ ꝓ pelle ꝛ cũcta que hꝫ dabit hõ pro aĩa sua. i. pro vita tuẽda: ꝛ tñ tot milia hoĩm in principio ecclesie ne amitterẽt fidẽ potius passi sunt mortem et horribilissima tormẽta. Nã Petrus crucifixus est: Paulus decapitat⁹: Bartholomeus exco- riatus: Laurẽtius assatus: ꝛ alij multi ꝛ quasi innumerabiles tã diris penis sunt cruciati: q̃ si fides hec nõ esset vera ꝓfecto illas nũq̃ su stinuissent. Jdõ dicit btũs Maximus in sermo ne plurimorũ martyrũ. Nunq̃ eñ hãc vitã tã cõstanter expẽderẽt nisi esse aliã incõparabili- ter beatiorẽ pfecta diffinitione sentirẽt. O san cta fides catholica. O fides firmissima ꝛ stabi- lissima. O fides nulli hoĩm dubitanda quis ti bi nõ credat nisi penit⁹ amẽs ꝛ stultus. O bea ta Katharina: o Agnes: o Lucia: o Agatha: quare mortẽ tam alacriter subijstis ꝓ fide nisi qꝛ est verissima: o sancte Jacobe intercise qua- re permisisti te mẽbratim incidi: nisi qꝛ verissi mã fidẽ xp̃i negare noluisti. Et ideo exclamat sanct⁹ Maximus cõtra dubitãtes de fide no- stra dicẽs in sermone vbi. s. Nouerimus itaq̃ qꝛ nõ sine magno discrimine de religionis ve- ritate disputamus: quã tãtorũ sanguine cõfir- matã videmus. Magni periculi res est si post prophetaruꝫ oracula: post aplorũ testimonia: post martyrũ vulnera veterẽ fidẽ quasi nouel- lam discutere presumas: ꝛ post tã manifestos duces in errore permaneas: ꝛ post morientiuꝫ sudores ociosa disputatione contendas.

De iniq̃ssima ꝛ obstinata secta iudeorũ.

Tertia secta est iudeorũ. Judei enim insensati ꝛ rudes nouũ testamẽtũ cõdemnãt. Quorũ pertinaciã cõfu- tare valemus ostendendo ꝙ xp̃s fuit verus messias: quẽ ipsi expectare se dicũt. Qꝫ aũt xp̃s eis ꝓmissus fuerit patet Gen. xxij. vbi dixit deus Abrae. In semine tuo benedicẽ tur oẽs gẽtes. hoc aũt nunq̃ verificatũ fuit ni si in xp̃o qui natiuitate sua totũ orbẽ benedi- ctione repleuit: sicut pdixerat Dauid ps. lxxi. dicẽs. Benedicenꝛ in ipso oẽs tribus terre: oẽs gẽtes magnificabũt eũ. Promissus ẽ̃ fuit xp̃s Dauid. ij. Reg. vij. c. vbi ei dixit deus. Cũ fue- rint cõpleti dies tui: et dormieris cũ patribus tuis: suscitabo semen tuũ post te. Qđ non põt intelligi de Salomone vt voluerunt iudei: qꝛ natus non fuit post mortẽ Dauid sed ante per multos annos quinimmo per Dauid patrem suũ cõstitutus fuit rex anteq̃ Dauid moreretur. iij. Regũ. j. Sequitur ibidem. Qđ semen egre dietur de vtero tuo: et firmabo regnũ eius: et stabiliam thronum regni eius vsq̃ in sempi- ternũ. Qđ etiã nõ põt intelligi de Salomone: qꝛ regnũ eius nõ fuit stabilitũ vsq̃ in sempi-

ternum:qm̄ a filio suo Roboam fuit diuisuz: quādo decē tribus cōstituerūt supra se regē in Samaria Vieroboā regē Israel:nec filio Salomonis remāserunt nisi due tribus.iij. Reg. xij. Sequit̄ ibidē. Et fidelis erit domus tua:⁊ regnū suū vsqz in eternum ante faciem meaz. Qd̄ etiā nō intelligitur de Salomone qui inueteratus amore mulierū alienigenarum fecit tēpla idolis:et coluit ea.iij.Regū.xj. Nec verificatur de domo sua:qr quasi oēs reges fuerūt idolatrie vsqz ad Ezechiam:cuius filius Manasses impleuit templū dn̄i idolis.iiij. Regū. xxj. Sed nec illud qd̄ sequitur de Salomone verificatur.s.ego ero illi in patrem ⁊ ipse mihi erit in filiū. Sed recte ista ꝓpheria verificat̄ de rege nostro xp̄o. de quo inquit deus per Dauid in ps̄.lxxxviij. Ipe inuocauit me pater meus es tu:⁊ ego primogenitū ponā illum excelsum pre regibus terre. Regem hunc magnū regem iudeoꝝ quesierunt tres reges dicētes. Ubi est qui natus est rex iudeoꝝ. Matth.ij. Propter has ergo ꝓmissiones:patres veteris testamēti expectabāt cū maxima anxietate saluatorez: ideo magnus patriarcha Jacob in obitu suo descēsurus ad limbum dicebat deo Gen. xlix. Salutare tuuz expecto dn̄e.⁊ Moyses Exod. iiij. Obsecro dn̄e mitte quē missur⁹ es. ⁊ Esa. xvj. Emitte agnū dn̄e dn̄atorem terre.⁊ Esaie xlv. Rorate celi desuper et nubes pluāt iustuz aperiatur terra:⁊ germinet saluatorem.⁊ Dauid ps̄.lxxxiiij. Ostende nobis dn̄e nisam tuā: ⁊ salutare tuū da nobis.⁊.cxliij. Inclina dn̄e celos tuos ⁊ descende. ideo quasi tediatus de mora messia dicebat. Dormitauit anima pre tedio.ps̄. cxviij. et causam huius tedij assignat ps̄. lxxxviij. dicēs. Tu vero repulisti et despexisti distulisti xp̄m tuū. Esa.quoqz dicebat.c. lxiiij. Utinam dirumperes celos et descenderes.et Abachuc.j.c. Usqz quo dn̄e clamabo:et nō exaudies:vociferabor vim patiens et non saluabis. Propterea deus ostēdit sibi incarnationē xp̄i futuram. vnde dicebat.c.ij.sui libri idē propheta. Adhuc visus procul et apparebit in finem:si morā fecerit expecta eum qr veniens veniet:⁊ non tardabit. Qui autem erit incredulus non erit recta anima eius in semetipso. Omnes etiam alij sancti patres clamabāt dicentes. Ueni veni dn̄e:et noli tardare. Similiter synagoga que erat ante aduentum xp̄i clamabat illud Cāticoꝝ. j.c.dicēs. Osculetur me osculo oris sui:quasi diceret. Jam satiata sum patriarchis et prophetis:veni sponse mi vt te videam incarnatū. Quorū omniū desiderium adimpletū fuit per incarnationē xp̄i. Ubi ipse dn̄s noster Luc.x. dicebat discipulis suis. Beati oculi qui vidēt que vos videtis. dico em̄ vobis ꝙ multi prophete et reges voluerūt videre que vos videtis ⁊ nō viderūt: ⁊ audire que auditis ⁊ nō audierūt. Abraam quoqz videns in spiritu incarnationē xp̄i letatus est. de quo saluator noster Johā.viij. dixit iudeis. Abraā pater vester exultauit vt videret diem meum: vidit et gauisus est. A

v Erum qr scriptū est Amos.iij.c. Non faciet dn̄s verbū: scilz incarnari quin prius loquatur ad prophetas suos. Ideo videamus principales prophetias loquentes de christo:vt cū patuerit eas esse verificatas credamus eum verum esse messiaz: per illam sententiam Nicolai de Lyra in suo opusculo contra iudeos dicentis. Quotienscunqz aliqua scriptura denūciat aliquid esse futurū ⁊ determinat tēpus locū ⁊ modū:si omnia predicta simul concurrant et veniāt manifeste patet ꝙ illud qd̄ predictum fuerat verissimū est.

Prima ergo prophetia habetur Gene. xlix. vbi Jacob patriarcha dixit. Non auferetur sceptrum de iuda:neqz dux de femore eius donec veniat qui mittendus est. ⁊ s̄m translationem chaldaicā habetur:donec veniat messias. Sequitur et ipse erit expectatio gentium. Quia gentiles eius fidem recepturi erant: et hoc qz prophetatum fuerat Danielis.ix. vbi dicitur. Cum venerit sanctus sanctoꝝ cessabit vnctio vestra:quod patet esse impletum. O iudei dicite mihi vbi habetis regez. Antiquitus enim reges vngebantur vt habetur.j. Regum. ix.c. Ubi est imperium vestrum:vbi est dominatio terre promissionis quam promisit vobis deus dimittere in perpetuū: si seruabitis legē ei⁹ et fidem. Clarum ergo est ꝙ non estis eius fideles. Si expulsi fuistis aliquando a regno propter vestra peccata: postea etiam reuersi fuistis post aliquos annos. Nunc vero sunt mille quadringenti anni et plus ꝙ expulsi estis et habetis nūc minorem spem redeūdi ꝙ̄ in principio. Amisistis quoqz regnū vestrū circa tempus natiuitatis xp̄i. Ablatū em̄ fuit vobis ab Herode ascha lonita qui fuit idumeus: ⁊ auxilio romanorum debellauit Antiochum regem vestrum: qui descenderat a Machabeis et prolem regiam occidit: et libros de genealogia combussit ne in posterū exceretur ipse vel filij eius tanꝙ̄ alienigene: et interfecit etiam legis doctores qui dicebant in populo illud Deuteronō.xv. De medio fratrum tuorum po-

nes sup te regē. Tpe huius Herodis aschalo-
nite natus est xp̄s: ꝛ iō audiēs magos dicētes.
vbi est qui natus est rex iudeoꝝ: turbatus est.
Matth. ij. Ipse em̄ Herodes vsurpauit sibi re
gnū iudaicum anno incarnationis seu natiui-
tatis dn̄i. Ex quibus pꝫ ꝙ verificata est hec ꝓ
phetia. Secunda prophetia per modum ꝓ
missionis habetur Deut. xviij. vbi dixit moysi
deus: ꝓphetā suscitabo eis de medio fratrum
suoꝝ similē tui: ꝛ ponā verba mea in ore eius:
loqueturq̄ ad eos oīa que precepero illi. Qui
aūt verba eius que loquetur in noīe meo audi
re noluerit: ergo vltor existam. Hoc aūt fuit ad
impletum cū iudeis nō recipientibus christum
deus fecit tā horribilē vindictā ꝙ vt inqt Jo-
sephus in li. antiquitatum. ꝛ Beda in li. de tē-
poribus: post mortem christi procuratam a iu-
deis in punitionē tanti sceleris misit deus Ti-
tum: ꝛ Vespasianum eius imperatores roma-
nos: qui funditus subuerterunt hierusalē: in
qua periere de iudeis vndecies cētena milia fa
me ꝛ gladio: preter mulieres ꝛ paruulos: reli-
qui ꝟo venūdati sunt triginta pro denario: q2
ipsi vendiderunt christum pro triginta argen-
teis. Matthei. xxvj. B

q Uod si dicāt iudei ꝙ dicta prophetia
vel ꝓmissio impleta fuit in Josue: vel
in alio duce aut rege: dico ꝙ falsuꝫ lo
quuntur. Ibi enim loquitur deus de quodam
magno ꝓpheta qui debebat ex ore dei illis da
re precepta legis: quod adimpletū fuit in nul-
lo nisi christo datore legis euangelice: ꝛ ideo vt
Moyses ostenderet eum esse illum prophetam
de quo locutus ei fuerat deus in transfigura-
tione christi apparuit cum illo in monte tha-
bor: vt habetur Matth. xvij. vbi dicitur. Et ec
ce apparuerunt eis Moyses ꝛ Helias loquen
tes cum iesu. C

t Ertia prophetia. s. ꝙ christus debebat
cōcipi ꝛ nasci de virgine habetur Esa.
vij. vbi dicitur. Ecce virgo concipiet ꝛ
pariet filiū: ꝛ vocabitur nomen eius emanuel:
qꝺ est interpretatum nobiscuꝫ deus. ꝛ Ezech.
xliiij. dicitur. Uidi portā in domo dn̄i clausam:
ꝛ dixit dn̄s ad me: porta hec clausa erit ꝛ non
aperietur: ꝛ vir nō transibit per eā: qm̄ dn̄s de
us israel ingressus est ꝑ eam: eritq̄ clausa prin
cipi. Que verba exponens Aug. in quodaꝫ ser.
inquit. Quid est porta in domo dn̄i clausa: nisi
ꝙ virgo Maria semper erit intacta. Et quid
est homo nō transibit per eam: nisi qꝛ spiritus-
sanctus fecundauit eam: ꝛ dn̄s angeloꝝ na-
sceretur per eam: ꝛ quid est clausa erit in eternū:
nisi ꝙ Maria virgo est ante partum virgo in
partu: ꝛ virgo post partum. hec ille. Et eadem
prophetia habetur ps̄. lxxj. vbi dicitur. Descen-
det sicut pluuia in vellus. Super que verba in
quit Nico. de lyra. Sicut pluuia in vellere reci
pitur ꝛ ab eo exprimitur sine corruptione velle
ris: sic christus fuit cōceptus ꝛ natus absq̄ cor
ruptione virginis. Quarta ꝓphetia ꝙ chri
stus in instanti sue conceptionis debebat esse
perfectus: ꝛ habere corpus organizatum inte-
gre ꝛ nō organizandum per successum tempo-
ris: sicut est de alijs hominibus: habetur Hie-
re. xxxj. vbi dicitur. Nouum faciet dn̄s sup ter-
ram: femina circūdabit viruꝫ. Sup que verba
inquit Nico. de lyra. Qꝺ fuit impletū in maria
que christum viruꝫ perfectis scientijs ꝛ virtuti
bus ab instanti incarnationis in vtero suo cir
cūdedit. hec ille. ꝛ hanc eandem sententiaꝫ po-
suit Fran. de may. super illa verba Luc. j. Ecce
ancilla domini: ꝛ Greg. super illud Cañ. ij. Ecce
iste venit saliens. ꝛ Rich. i. iij. di. ij. ar. ij. q. iiij.
Quinta ꝓphetia ꝙ debebat nasci de nocte:
vt patet Luce. ij. habetur Sap̄. xviij. vbi dici-
tur. Dum medium silentium tenerent omnia:
ꝛ nox in suo cursu medium iter haberet: omni
potens sermo tuus domine a regalibus sedi-
bus venit. D

s Exta ꝙ debebat nasci in Bethleeꝫ: ha
betur Michee. v. Et tu bethleem terra
iuda nequaq̄ minima es in principi-
bus Juda: ex te enim exiet dux qui regat popu
lum meū israel: ꝛ egressus eius ab initio a die
bus eternitatis. Septima ꝙ debebat nasci
prope bouem ꝛ asinum: habetur Abacuc. iij.
vbi ait propheta dn̄o iesu. Audiui audituꝫ tuū
ꝛ timui. ꝛ sequitur causa. In medio duoꝝ ani
malium cognosceris. Esa. j. vbi dicitur. Cogno
uit bos possessorem suum: ꝛ asinus presepe do
mini sui: israel aūt me nō cognouit. Uhe genti
peccatrici: ppl̄o graui iniq̄tate: semini nequā:
filijs sceleratis. Octaua ꝙ debebat recipi a
gentibus fides christi: habetur Esa. ix. vbi dici
tur. Populus qui sedebat in tenebris vidit lu-
cem magnam: ambulantibus in regione vm-
bre mortis lux orta est eis: ꝛ postea sequitur.
Paruulus datus est nobis: ꝛ fili⁹ natus est no
bis: ꝛ factus est principatus sup humerū eius:
ꝛ vocabitur nomen eius admirabilis cōsiliari
us: deus fortis: pater futuri seculi: princeps pa
cis. Et hec autoritas ꝫm trāslationem chaldai
cam intelligitur de messia. vnde in ipsa trāsla-
tione dicitur: ꝛ vocabitur nomen eius perma-
nens in secula messias. E

n Ona ꝙ debebat refutari a iudeis hr̄ Hiere.iiij. vbi dr̄. Negauerunt dn̄m ⁊ dixerunt: nō est ipse: neq̄ veniet super nos malū.s. ex eius negatiōe. ⁊ .xiiij. eiusdē li. dicit dn̄s. Stultus ppl's me non cognouit. ⁊ Dan. ix. Nō erit eius ppl's q̄ eū negaturus est. Et si q̄rat q̄re iudei cū legant ꝓphetias: ⁊ sint docti lr̄is veteris testamēti: nō cognoscūt xp̄m fuisse verū messiam. Dico ꝙ ꝓpter eoꝝ neq̄ciā ⁊ malignitatē iusto dei iudicio tenet eoꝝ intellectus: vt nō intelligāt scripturas nisi carnaliter ⁊ nō spūaliter: sic intelligi debēt: ⁊ hoc prophetatum fuerat Esa. vi. vbi eis dr̄. Audite audientes: ⁊ nolite intelligere: videte visionem: ⁊ nolite cognoscere. f

d Ecima ꝓphetia hr̄ Hiere. xxiij. vbi dr̄. Ecce dies veniūt dicit dn̄s: ⁊ suscitabo Dauid germen iustū: ⁊ regnabit rex ⁊ sapiēs erit: ⁊ faciet iudiciū ⁊ iusticiā in terra. Et hoc est nomē qd̄ vocabūt eū dn̄s iustus nr̄. Qz aūt hec ꝓphetia loquat de messia: pꝫ ꝑ trāslationē chaldaicā: q̄ dicit. Ecce dies veniūt dicit dn̄s: ⁊ suscitabo Dauid messiā iustū. Si ergo voluerim⁹ dicere ꝙ adhuc nō venit messias necesse est dicere ꝙ ꝓpheta fuit mētitus ⁊ de⁹ q̄ loq̄bat ꝑ eū: cū dixerit ꝙ dies messie cito venturus erat. Et silr̄ mētitus fuisset Esaias. xiiij. c. sui li. di. Prope est vt veniat tp̄s eius ⁊ dies eius nō elōgabunt: miserebit eī deus Jacob ⁊ Jsrl' saluabit. ⁊ Malachias. iij. c. di. Statim veniet ad tēplū sctm̄ suū dn̄ator quē vos q̄ritis: ⁊ angelus testamenti quem vos vultis. et loquitur de presentatione christi in templo q̄ habetur Lu. ij. B

v Ndecima ꝓphetia hr̄ Aggei. ij. vbi dicit pr̄ ꝑ os ꝓphete. Adhuc vnū modicū ⁊ mouebo celū ⁊ terrā: ⁊ veniet desideratus cūctis gētib⁹. ⁊ sm hebreos intelligit de messia. Vn̄ translatio chaldaica dicit. Et veniet messias. Cū igit Aggeus dixerit hoc ābus scd̄o anno Darij regis ꝑsarum: ab illo aūt tpe vsq̄ nūc fluxerunt anni. Mdc. lxxiiij. sm cōputationē iudeoꝝ ⁊ plures sm cōputationem nostrā. Aut est necesse dicere ꝙ ꝓpheta mētitus est: q̄ dixit ꝙ nō erat nisi adhuc vnū modicum vsq̄ ad aduētū messie: cū tātū tpis nō dicatur vnū modicū: aut necesse est cōcludere veritatē scꝫ ꝙ messias venit: q̄ fuit xp̄s. Duodecima ꝓphetia hr̄ Zach. ix. vbi dr̄. Exulta satis filia syon: iubila filia hierl'm: ecce rex tuus venit tibi iustus ⁊ saluator: ⁊ ip̄e pauꝑ ⁊ sedēs sup asinā ⁊ sup pullū asine. Et sm glosas hebreoꝝ super illud Can. i. Exultabimus ⁊ letabimur in te ⁊c. p̄dicta autoritas zacharie intelligit de aduētu messie: ⁊ sic verisimile locutus est propheta de xp̄o: qui in die palmarū intrauit hierl'm super pullū asine: vt habet Mat. xxi. Mar. xi. Luce xix. ⁊ Joh. xij. D

t Ertiadecima ꝓphetia ꝙ messias deberet hr̄e nomē Jesus hr̄ Abacuc. iij. vbi dicit ꝓpheta. Ego aūt in dn̄o gaudebo ⁊ exultabo in deo iesu meo. Itē ꝙ appellaret xp̄s ibidē hr̄: vbi dicit ꝓpheta deo patri. Egressus es in salutē ppl'i tui in salutē cū xp̄o tuo. Quartadecima ꝙ debebat adorari a magis cū muneribus hr̄ Esa. lx. vbi loquit de stella q̄ apparuit in natiuitate xp̄i: de qua ꝓphetatū fuerat Nume. xxiiij. vbi dr̄. Oriet stella ex Jacob ⁊c. q̄ stella duxit magos in hierl'm: vt hr̄ Mat. ij. Dicit ergo ꝓpheta vbi. s̄. Surge illuminare hierl'm: qr venit lumē tuū ⁊ gl'a dn̄i super te orta est: ⁊ ambulabūt gentes in lumine tuo ⁊ reges in splēdore ortus tui. Et infra. Inundatio cameloꝝ opiet te: dromedarij madian ⁊ epha. Oēs de saba venient aurū ⁊ thus deferētes: ⁊ laudē dn̄o annunciantes. ⁊ ps̄. lxxi. dr̄. Reges tharsis ⁊ insule munera offerēt: reges arabū ⁊ saba dona adducent. Venerūt aūt isti reges a tharsis vsq̄ ad portū ꝓximū hierl'm ꝑ naues: qr ꝟo per aliā viā reuersi sunt in regionem suam monitu diuino. Mat. ij. id̄ herodes cōburi fecit naues eoꝝ. Et ita intelligitur illa ꝓphetia ps̄. In spiritu vehementi cōteres naues tharsis: sm Nico. de lyra. Decimaquinta ꝓphetia de fuga xp̄i in egyptū habet Esa. xix. vbi dicitur. Ascendet dn̄s super nubem leuem: ⁊ ingredietur egyptum. Et de eius reuersione habet Osee. xi. vbi dicit deus. Ex egypto vocaui filium meū. ⁊ Nume. xxiij. Deus ex egypto vocaui eum. J

d Ecimasexta ꝓphetia de mirabili sapientia xp̄i habet Esa. xi. vbi dr̄. Egredietur virga de radice Jesse: que fuit virgo maria: ⁊ flos de radice eius ascendet. s. xp̄s. Et requiescet sup eū spūs dn̄i: spūs sapiētie ⁊ intellectus: spūs cōsilij ⁊ fortitudinis: spūs sciētie ⁊ pietatis: ⁊ replebit eum spūs timoris dn̄i. Hoc aūt impletū fuit in xp̄o: vt habet Lu. ij. vbi dr̄. Stupebant aūt oēs super prudentia ⁊ responsis eius. ⁊ Joh. vij. dr̄. Nūq̄ locutus est sic hō in israel. Decimaseptima ꝓphetia habetur Esa. xxxv. de miraculis messie vbi dicitur. Ecce deus noster veniet ⁊ saluabit nos. Tunc aperientur oculi cecoꝛuꝫ: ⁊ aures surdoꝝ patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus: ⁊ aperta erit lingua mutoꝛuꝫ. Hoc enim adimpletum est in

christo: vt habetur Mat. xi. vbi dicitur. Johannes aût cum audisset in vinculis opera christi mittens duos de discipulis suis: ad certificandum eos de prophetia Esaie impleta ait illis. Tu es qui venturus es an alium expectamus. Et respondens iesus ait illis. Euntes renunciate Johanni que vidistis et audistis. Ceci vident: claudi ambulant: leprosi mundantur: surdi audiunt: mortui resurgunt: pauperes euangelizantur: et beatus est qui nô fuerit scandalizatus in me. Et quod ipse dñs plura miracula fecerit et diuersa: patet. Nam Mat. iiij. dicitur. Circuibat iesus villas et castella sanans omnê languorem et omnem infirmitatem in populo: et abijt opinio eius in totam syriam: et obtulerût ei oês male habêtes varijs languoribus: et tormentis oppressos: et qui demonia habebant et lunaticos et paralyticos: et curauit eos omnes. Similiter habetur Lu. iiij. vbi dicitur: quod omnes qui habebant infirmos varijs languoribus detentos: afferebant eos ad eum et curabantur ab eo. Item Lu. vi. dicitur quod virtus de illo exibat et sanabat omnes. Decimaoctaua quod messias cognosceret secreta cordis: habetur Sap. vi. vbi dicitur. Omnes cogitationes norias ipse scrutabitur. quod adimpletum fuit in christo: vt habetur Lu. vij. vbi dicitur: quod cognouit murmurationes simonis leprosi: quas faciebat in corde suo. Decimanona prophetia de tentationibus iesu christi habetur Zach. iij. vbi dicitur. Vidi iesum sacerdotem magnum. Et sequitur. Sathan stabat a dextris eius vt aduersaretur ei: et hoc impletum fuit in christo Mat. iiij. vbi dicitur. Ductus est iesus a spiritu in desertum: vt tentaretur a diabolo. R

V Igesima de paupertate eius habetur ps. lxxxvij. vbi dicit Dauid. Pauper sum ego: quod nô potuit verificari de ipso cum esset diues quando dixit predicta verba. et ps. lxviij. iterum ait. Ego sum pauper et dolens. Et hoc verificatû fuit in christo qui pauper fuit: et habuit discipulos qui omnia dimiserunt. Mat. xvi. elegit quoque ad apostolatum pauperes piscatores quibus dixit Mat. iiij. Venite post me faciam vos fieri piscatores hominum. Et hoc prophetatum fuerat Hiere. xvi. vbi ipse predixerat. Ecce ego mittâ piscatores multos et piscabuntur eos. Z

V Igesimaprima prophetia quod messias debebat viuere in terra sine domo et habitatione propria habetur Hiere. xiiij. c. vbi dicit propheta deo incarnando. Quare quasi colonus futurus es in terra: et quasi viator declinans ad manendum. Quare futurus es velut vir vagus? Et hoc adimpletum fuit in christo qui de seipso dixit Mat. viij. et Luc. ix. Vulpes foueas habent: et volucres celi nidos: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Vigesimasecunda prophetia de iusticia messie habetur Esa. xi. vbi dicitur. Erit iusticia cingulum lumborum eius. et Hiere. xxiij. Faciet iudicium et iusticiam in terra. Et hoc adimpletum fuit in christo dicente Mat. xxij. Reddite que sunt cesaris cesari: et que sunt dei deo. et Mat. xxi. c. vbi cû magna iusticia eiecit emêtes et vendentes in templo. AA

V Igesimatertia prophetia de humilitate et mâsuetudine messie habetur Esa. xlij. vbi dicit deus. Ecce seruus meus: suscipiam eum: electus meus complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritum meum super eum iudicium gentibus proferet: non clamabit: neque accipiet personam: nec audietur vox eius foris: non erit turbulentus: et legê eius in insule expectabût. Et hoc adimpletum est in christo: qui Mat. xi. dixit discipulis. Discite a me: quia mitis sum et humilis corde. Vigesimaquarta quod debebat pdicare iudeis: et ab eis côtemni predicatio eius: habetur Esa. lxv. vbi dicitur. Tota die expandi manus meas ad populum côtradicentem mihi. et Hiere. vij. c. Nô audierunt nec inclinauerunt aurem suâ. Hoc enim verificatum fuit in christo quando dixerunt iudei Joh. ix. Tu testimonium dicis de teipso: testimonium tuum nô est verum. Vigesimaquinta de multiplicatione fidelium: et imperio christianitatis habetur Esa. ix. vbi dicitur. Multiplicabitur eius imperium vsque in sempiternû. et Dan. ij. c. In diebus illis suscitabit deus celi regnum aliud quod nô dissipabitur in eternum. quod nô pôt intelligi de aliquo imperio temporali: sed solum de imperio christi: qui dixit. Data est mihi ois potestas in celo et in terra. Mat. vlti. Vigesimasexta quod debebat côuersari inter homines: habetur Baruch. iij. c. vbi dicitur. Hic est deus noster: et nô estimabitur alius ad uersus eum: hic adinuenit omnem viam disciplinae: et tradidit illam Jacob puero suo: et israel dilecto suo. Post hec in terris visus est: et cum hoibus côuersatus est. De hoc quoque ait dñs Esa. lij. Propter hoc sciet populus meus i die illa nomen meum: quia egoipse qui loquebar ecce adsum. Et aût iudei teneantur dimittere ritus antiquos testamenti veteris: et accipere cerimonias legis noue euangelice: statim post illa verba subinfert Baruch propheta in princi

 Sibylle duodecim

pio sequentis capituli. Hic liber mandatorum dei. s. datus ab isto deo incarnato: de quo. s. dixit. Et lex que est in eternum. s. euangelica: oes qui tenent eam peruenient ad vitam: qui autē dereliquerint eam in mortem. Cōuertere iacob et apprehende eam. hec ibi. Multe sunt alie prophetie de passione et morte saluatoris que i die parasceues ponent. Uigesimaseptima quod debebat instituere sui corporis et sanguinis sacramentum: vt patuit Mat. xxvi. Lu. xxii. et Mar. xiiii. habetur Esa. xxv. vbi dicitur. Faciet dñs in mōte hoc. s. syon cōuiuium cunctis gentibus. et Zach. ix. dicitur. Quid est bonum: et quid est pulchrum: nisi frumentum electorum et vinum germinans virgines. et Sap. vi. Sapiētia edificauit sibi domum miscuit vinū et posuit mensam et c. Uigesimaoctaua quod debet predicare et docere de regno dei: vt patuit Mat. iiii. et Luce. viii. habetur Esa. ii. vbi dicitur. Uenite ascēdamus ad montem dei et docebit nos vias suas. qd adimpletum fuit in ipso domino docente in monte Mat. v. predicatio quoque eius prenunciata fuerat Esa. lxi. vbi ait propheta in persona eius. Spiritus domini super me ad annunciandum mansuetis misit me et c. Uigesimanona de eius ascensione ad celos habetur ps. xlvi. vbi dicit. Ascendit deus in iubilatione et c. et ps. lxvii. Ascendit super celum celi ad orientem. et Michee. ii. Ascendit iter pandens ante eos. Ipse enim dñs qui assumptus est in celū. vt habetur Mar. vlti. et Act. i. dixit apostolis suis Johannis. xiiii. Uado parare vobis locū.

Trigesima quod debebat mittere spiritumsanctum suis fidelibus: vt patet Act. ii. habet ps. ciii. vbi illi inquit Dauid. Emitte spiritum tuū et creabuntur: et renouabis faciem terre. et Johelis. ii. ipse ait. Effundam de spiritu meo sup oēm carnem: et prophetabunt filii vestri. Multas alias prophetias pertranseo causa breuitatis. Maxime de resurrectione eius: de qua dicam in die suo: et de sacramentis ab eo institutis: inter que baptismus tenet principatum. De aqua enim baptismali ipse predixerat Ezech. xxi. vbi ait. Effundā sup vos aquam mundam et mūdabimini ab oibus inquinamētis vris.

Nerum quia iudei indurati nolunt conuerti ad legem euangelicam: nec eam apprehendere ex supradictis prophetiis mori dicamus eis illud quod canit ecclesia in sequentia natiuitatis domini dicēs. Si nō suis vatibus credant vel gentilibus sibyllinis versibus hec predicta. Dicit ergo beatus Tho. ii. ii. q. ii. arti. vii. quod multis gentilibus facta fuit reuelatio de christi incarnatiōe: de quibus alia dicemus in. vii. parte marialis nostri: sermone. s. et. v. in fine. Unde Job q̄ fuit de populo gētili dicit. xix. c. sui libri. Scio quod redemptor meus viuit: et i nouissimo die de terra surrecturus sum: et rursum circundabor pelle mea: et in carne mea videbo deum saluatorem meū: quem visurus sum egoipse et oculi mei conspecturi sunt et non alius: reposita est hec spes mea in sinu meo. Et loquebatur Job more prophetico de futuris tanquam de preteritis: maxime quia debebant in primo fieri. Dicit quoque bea. Tho. vbi. s. inueniri in hystoriis romanorum: quod tempore Cōstātini Augusti et Helene matris eius inuentum fuit quoddam sepulcrum in quo iacebat homo laminam aureā habens in pectore in qua scriptum erat. Christus nascetur de virgine et credo in eum. O sol Helene et Cōstātini temporibus iterum me videbis. In chronicis quoque regum castelle dicitur: quod apud Toletum sub quodam saxo inuentus est liber vetustus qui scriptus erat littera hebraica: greca et latina: et in illo dicebatur. Christus filius dei nascetur de maria virgine: et pro salute hominum patietur.

quādā silitudinē in spūalib⁹ dr̄ cor hoīs durū
ꝗdiu diuine inspiratiōi se tāgēti nō cedit:sed
obuiat psistēdo in affectu peccādi. Cui inquit
apl's ad Rom.ij.Scdm duriciā tuam ꝛ cor im
penitēs thesaurizas tibi irā in die iusti iudicij
dei.Frāgi ꝟo dr̄ q̄n a pctō recedere incipit:ꝗ-
uis nōdū plene ad deū cōuersus sit.Cōteri ꝟo
q̄n ī eo totalr̄ destruit̃ affect⁹ peccādi.Ista aūt
tria.s.indurationē siue obstinationē: attritio-
nēq̄ʒ:ac contritionē videre possum⁹ p tria exē
pla. Primū ē: q: semē iactū in terrā durā ꝛ nō
scissam ꝛ grossaʒ nō crescit: iactū ꝟo in terram
scissaʒ in ptes grossas puū fructū reddit. Sed
iactū in terrā cultā ꝛ minutatim fractā:multū
fructū affert.Cor igit̃ obstinatū est tāꝗ terra
dura q̄ nullū fructū facit.Cor ꝟo attritū ē tāꝗ
terra ī grossas ptes scissa q̄ puū fructū reddit.
Cor aūt cōtritū est tāꝗ terra minutatim trita
q̄ multū gignit.Scdʒ exēplū est:q: species aro
matica si est integra redolet parū:si ꝟo frāgit̃
multū redolet: si aūt ɔterat̃ redolet plurimū.
Et silr̄ cor hoīs integrū ꝛ durū corā deo nō re-
dolet:sed fetet.Scissuʒ ꝟo p quādā attritionē
redolet:ſʒ parū.Cōtritū aūt p vehemētē dolorē
redolet multū.Tertiū exēpluʒ est:q: de grano
ītegro nō pōt fieri panis. De grano ꝟo grosso
modicū trito fit panis:sed nō sapidus.De gra
no aūt minutatim ɔtrito fit panis sapidus et
delicat⁹.Et silr̄ de corde integro ꝛ duro nō pōt
fieri panis dei:sed panis diaboli.De corde aūt
attrito et si panis fiat:tn̄ nō multū sapidus ē.
De corde ꝟo ɔtrito fit panis deo sapid⁹: ange-
lis delicat⁹: ꝛ penitētiā nutritiuus: dicēte ps.
lxxix. Cibabis nos pane lachrymarū. Sciēdū
q̄ʒ ꝙ ɔtritio est vnguētū cōfectū ex herbis vi-
lissimis ꝛ imūdis ac fetidis.i.pctīs ex volūtate
mala natis:ſʒ collectis ī ɔscia tāꝗ̄ in horto ꝓ-
prio:q̄s herbas pctōr radicit⁹ oēs sil' extrahit:
ita ꝙ nec radix in mala voluntate: nec folia.i.
opa pmanēt:ſʒ oīa ɔtūdit ī mortalario cordis:
ꝛ ex his succū male delectationis penit⁹ extra-
ctū igne doloris decoq̄t:ꝛ sic vnguētū vtilissi-
mū ɔficit:q̄ oīa vulnera peccatricis aie curant̃

ꝛ sacrificiū deo suauissimū offert̃.dicēte ꝓpha
ps.l.Sacrificiū deo spūs ɔtribulat⁹:cor ɔtritū
ꝛ hūiliatū de⁹ nō despicies. Sicut etiā vnguē
tū ɔfectū ex myrrha corp⁹ a corruptiōe ꝛ putre
factiōe ɔseruat:sic amarus dolor de pctīs aiaʒ
purgat ꝛ ɔseruat ab impuritate pctī ꝛ a corru
ptiōe:ꝛ redolet corā deo.Vn̄ ɔtrit⁹ pctōr dicere
pōt illud Eccī.xxiiij.Quasi myrrha electa dedi
suauitatē odoris. Ad ɔfirmationē aūt pdicto
rū dicit magr̄ Alex.de al.in.iiij.pte sum. ī trac.
de ɔtritione.ꝙ in ɔtritiōe pnīe tria sunt attē-
dēda.s.qđ cōterit̃:a q̄ cōterit̃: ꝛ ad q̄d cōterit̃.
Qđ ɔterit̃ est cor pctōris: qđ ē tāꝗ vas fictile
repletū veneno pctī.iuxta illđ Deut̃.xxxij. Fel
draconū vinū eoꝝ.Scdm.i. a q̄ cōterit̃ est du-
plex mola:vna supi⁹ eleuās.s.spes venie ex cō-
sideratiōe diuine mīe ꝛ bonitatis:ꝛ amor ipsi⁹
dei ad ɔtritionē inducēs. Alia deorsum depri
mēs: ſʒ timor pene ex ɔsideratiōe diuine iusticie.
De his aūt molis dr̄ Deut̃.xxiiij.Non accipies
loco pignoris inferiorē ꝛ supiorē molā. ꝛ Esa.
xlvij.scriptū est.Tolle molā ꝛ mole farinā. D

s Ciendū ē ꝙ vt inquit Alex.de ales.in
iij.parte summe. in tractatu de penali
talib⁹ assumptis.q.iiij.ꝛ Magr̄ sen.in
iij.di.xxxiiij.Quadruplex timor inuenit̃.s.mū-
dialis:seruilis:initialis:ꝛ filialis. Filialem ti-
morē hn̄t beati in pr̄ia:q̄ est q̄dā reuerētia pa-
terna quā hn̄t erga deū vt fili⁹ erga pr̄em.Ini
tialis est timor quā hn̄t illi q̄ ɔuertunt̃ ad deū
timētes eū offendere principalr̄ amore charita
tis ꝛ dilectiōis.Seruilis aūt est quē hn̄t illi q̄
obstinēt a pctīs ꝓpter penā ꝛ timorē iusticie
diuine.Mundan⁹ aūt est ille quē hn̄t homīes
ne aliq̄d pdāt:vel quē hn̄t de terribilibus. Et
addit magister in fine pdicte distinctiōis aliū
timorē q̄ dr̄ naturalis siue humanus q̄ fuit in
xp̄o tpe passionis. Nūc ad ꝓpositū reuertēdo
dico sm̄ Alex.de ales.in.iiij.parte sūme.in tra
ctatu de pnīa in gn̄ali. ꝛ scdm Boñ.in.iiij.dist.
xiiij.ar.ij.q.ij.ꝛ Ricħ.ibidē.ar.iiij.q.ij.ꝙ peni
tentia nostra causat̃ a duob⁹. Prima cā effecti
ua est de⁹. Nisi em̄ de⁹ ad pnīam cor peccatoris
moueret:nullus de pctō pnīam ageret. Vnde
Ioh.vj.c.dicit dn̄s. Nemo venit ad me nisi pa
ter me⁹ traxerit eū.Et.xv.c.etiā dicit. Sine me
nihil potestis facere.Alia cā pnīe est voluntas
nostra ꝛ liberū arbitriū.q: vt inq̄t Aug.in li.
de libero arbitrio. Qui fecit te sine te non sal-
uabit te sine te. Volūtas aūt nr̄a ꝛ liberum ar
bitriū vt in plurib⁹ inclinat̃ ad faciēdū pnīaʒ.
Primo ex timore:ꝛ in paucis ex amore a prin-
cipio,vt dicūt pdicti docto.et magister senē.

in.iiij.di.xiiij.Tñ ad hoc vt sit vera pnĩa necesse est φ nõ solũ fiat ꝓpter timorẽ:sed etiã ꝓpter amorẽ dei ⁊ prie celestis adeptionẽ:vt dicit Aug.de peni.di.vij.c.nullus.Et in li.de peni.dicit.Dolẽdũ est ⁊ dolore purgãdũ:nõ solũ q2 peccauit:sed etiã q2 se virtute priuauit ⁊ deũ offendit.Sciẽdũ ergo φ pnĩa que fit ex solo timore seruili ⁊ displicẽtia q̃ hr̃ ex eo:dr̃ attritio ⁊ nõ cõtritio.Illa aũt displicẽtia q̃ puenit a timore initiali ⁊ amore dei dr̃ cõtritio.Nã adeo cor cõterit̃ φ totus affectus peccandi effundit̃ ab eo.In attritiõe aũt ex qua frãgit̃ vas in partes maiores remanet de odore colore vel sapore veneni pcti in ipso:q2 nõ est effusus tot' affectus peccãdi.In cõtritione ṽo contrito vase in minimis ptib':nihil remanet ĩ eo coloris odoris vel saporis pcti.Et hoc est tertius qd̾ ponit Alex.de ales.s.ad qd̾ cõterit̃ cor:q2 ad effundẽdum totũ pcti venenũ ⁊ oẽm affectũ.Ex q̄bus oibus apparet φ si q̄s habeat displicẽtiam de aliq̄bus pctis ⁊ de aliq̄bus nõ:iste nõ est cõtritus:sed solũ attritus.Vñ nõ poterit ꝯseq̄ indulgẽtiã pctõꝝ suoꝝ.Deus em̃ vult totũ cor hoĩs cõtritũ ⁊ nõ partẽ.vñ Prouer.xxi.inq̄t.Fili pbe mihi cor tuũ.Vñ Prosp in li.epigrã.di.Larga dei pietas veniaꝫ nõ dimidiabit: aut nihil: aut totũ te lachrymãte dabit.Itẽ si q̄s sit male cõtẽtus de pctis pteritis:nõ tñ abstineat in futurũ ab illis vel ab alijs mortalib':talis ꝫ aliquo mõ possit dici attritus rõne illius displicẽtie:nõ tñ vllo mõ est ꝯtritus.vñ Smaragdus inq̄t in.c.ille pniam.de peni.di.iij.Ille pniam digne agit q̃ sic pterita mala deplorat vt futura iterũ nõ cõmittat.Nã q̃ plãgit pctm̃ suum ⁊ iteruꝫ admittit pctm̃:est quasi q̃ lauet laterem crudũ:quẽ quãto magis abluit tãto magis lutũ facit.⁊ Isid.in li.de sum.bo.⁊ in.c.Irrisor.ea.di.dicit.Irrisor est nõ penitẽs:q̃ adhuc agit qd̾ penitet.⁊ Aug.in ea.dist.in.c.penitẽs.ait:Si adhuc facis certe nõ es penitẽs.Ad idẽ facit.c.Lauamini.⁊.c.inanis.⁊.c.q̃ admissa.⁊.c.baptizant̃.⁊.c.incassum.ea.di. E

Tem ex supioribꝰ ꝑꝫ φ ꝫ bonũ sit timere deũ:q2 scriptũ est Prouer.i.Initium sapientie timor dñi.⁊ Prouerb.viij.Timor dñi odit malũ.⁊.xiij.Timor dñi bonus est: qui aũt timet deũ in pace versabit̃.⁊.xiiij.Sapiens timet ⁊ declinat a malo.Et idẽ hr̃.xv.et xvi.eiusd̾.li.⁊ Ecci.i.dr̃.Timor dñi expellit pctm̃ Nam qui sine timore est nõ poterit iustificari. Ecci.ij.scriptũ est.Qui timẽt dñm preparabũt corda sua:⁊ in cõspectu illius sanctificabũt animas suas.⁊ iterũ ibidẽ.Qui timẽt dñm custodiunt mandata illius.⁊.xxi.eiusdẽ li.dr̃.Qui timet dñm cõuertit̃ ad cor suũ.Tñ si q̄s solũ ex timore seruili dimitteret peccare ⁊ haberet displicentiã pctõꝝ tãtũmõ ꝓpter euitationeꝫ pene: talis solũ esset attritus ⁊ nõ cõtritus.Iõ hortat̃ dñs Mat.iij.ad pniam faciẽdam ex amore dei ⁊ vite eterne di.Pniam agite:appropinquabit em̃ regnũ celoꝝ:⁊ nõ dicit: effugietis enim penã eternã.Illa ergo est cõtritio q̃ est formata charitate ⁊ amore virtutis.De q̄bus duabꝰ displicẽtijs loquit̃ Hora.in epl'a ad quintiũ di. Oderunt peccare boni virtutis amore:oderũt peccare mali formidine pene.Dicũt ergo theologi in.iiij.di.xvij.φ attritio puenit a grã gratis data.cõtritio ṽo a grã gratũ faciẽte:⁊ iõ solũ attritus nõ est in grã dei:sed ille q̃ est contritus.Dicũt tñ theol' vbi.s.maxime Ricb.nr̃ ar.ij.q.iij.φ faciẽti qd̾ in se est deus facit attritionẽ effici cõtritionẽ.Deus em̃ seipm̃ alicui negare nõ põt.ij.ad Tim.ij.si tñ eũ querat toto mẽtis affectu.Et iõ nullus excusari põt si non habuerit cõtritionẽ:q2 ex suo defectu remanebit. Sicut si q̄s esset in domo vndiq3 radijs solaribus circũdata:sed ex oĩ parte clausa:si em̃ nõ illuminat̃ sibi imputat̃:q2 põt si vult fenestras ⁊ ostiũ aperire ⁊ cõsequẽter lumẽ recipere:ꝫ radius solis nõ sit in sua ptãte.Itẽ ꝫ nõ sit in facultate agricultoris φ crescãt fructus ⁊ semina q2 hoc est a virtute supna ⁊ influẽtia celesti: tñ si ager nõ fructificet cultori iputabit̃ si agrum non purgauit ⁊ disposuit:q2 hoc in ptãte sua fuit.Itẽ papa dans indulgentiaꝫ visitanti aliquam ecclam̃ q̃ indulgẽtia nõ est in ptãte nr̃a: q2 tñ actus.i.ire ad ipsam ecclesiam per quam sequit̃ actus indulgẽtie est in nr̃a facultate:nõ si nõ habuerimus ipsam indulgentiã nõ eũdo ad visitãdã dictã ecclesiam:merito nobis imputabitur:nõ pape.Et sic est in ꝓposito.Nã q̄uis esse in gratia nõ sit in potestate hoĩs recipientis sed solũ in potestate dei tribuẽtis: q2 iñ hõ põt in actũ ⁊ in opus exire.s.in pcti detestatione:per quã ei deus vult dare gratiã:si ipsaꝫ nõ receperit ex sua negligẽtia:sibi tñ imputãdum erit.Dicit tñ Petrus de palu.in pdicta di.φ si quis inueniret̃ qui nõ posset esse male cõtẽtus de aliquo crimine:debꝫ facere qd̾ in se est vt dolere possit:⁊ saltẽ esse male cõtentus ⁊ dolere qd̾ dolere nõ põt:⁊ de' eũ adiuuabit.Sicut fecit magister magistri sniarum ⁊ magistri decretoꝝ:ac magistri hystoriarũ ecclesiasticaruꝫ:que ex dãnato coitu habuerat hos tres filios: ⁊ q2 erant tam excellentes viri:nõ poterat esse male cõtenta φ eos genuisset etiam cuꝫ pctõ.Cui

summus põtifex dixit ꝙ saltẽ esset male cõtenta: ꝙ male cõtenta esse nõ posset. F

S Ciendũ q̃z iuxta sniam Petri de palu. vbi.s̃.⁊.b.Tho.ea.di.ar.ij.q.vj.⁊ Ray. in sum.sua. vt etiã refert in sum.cõfes. li.iij.ti.xxxiiij.q.xix. ꝙ q̃libet v̾e cõtritus d3 hr̃e dolorez particularẽ de quolibet pctõ mortali: de quo recordat. De alijs aũt de q̃bus nõ recordat sufficit hr̃e displicẽtiã generalẽ ⁊ vniuersalẽ: ⁊ d3 adeo esse male ↄtẽtus ꝙ potius eligere d3 mortẽ q̃ȝ peccare mortalr: vt inq̃t Tho. i suo q̃olibet. nõ tñ d3 descẽdere in spãli ad hãc penã vel ad aliã: imo stulte faceret si quis seipm vel aliũ sollicitaret sup huiuscemodi particularib' penis: vt etiã inq̃t Inno. ⁊ Alan'. vt hr̃ i sum. cõfes. eo.li.⁊ ti.q.xxvj. vbi etiã dr̃ sm Ansel. in li. de similitudinibus. ꝙ q̃s d3 magis eligere esse in inferno sine culpa q̃ȝ in paradiso cũ culpa si fieri posset. Sciẽdũ etiã sm Pe. de palu. i. iiij. sen. di. xvij. ꝙ dolor ⁊ displicẽtia de pctõ necessaria ad cõtritionẽ: sufficit ꝙ sit in parte intellectuali ⁊ in volũtate: qꝛ hec displicẽtia semp est in ptãte hois: nõ aũt dolor sensibilis vel lachrymarũ. Et hoc etiã inq̃t Tho. ea. di. ar. j. q. ij. Et sctũs Bernardinus in quodã ser. de cõtritione vt em̃ inq̃t phs. ij. Phys. Voluntas hois semp est in libertate vsq3 ad mortẽ: vt etiã ait Bern. in li. de libero arbitrio. ⁊ Augu. in lib. xv. de ci. dei. c. x. Nõ sic aũt est in ptãte hois flere ⁊ sensibilitate dolere: ⁊ cũ hac opinione cõcordat Hostiẽ. vt etiã hr̃ in sum. cõfes. eo. li. ⁊ ti. q. xxij. Et hec cõtritio dr̃ sufficiẽs: vt inq̃t sctũs Bernardinus vbi. s̃. De qua ait glo. sup ps̃. v. Ubi est vera ↄtritio. s. displicẽtia volũtatis ⁊ rõnis ibi est vera oim pctõꝝ remissio. Debet tñ hõ ad dolorẽ sensibilẽ ⁊ lachrymationẽ se ꝓuocare quãtũ est possibile: vt p3 p Aug. de peni. di. j. c. quẽ penitet. ⁊ si nõ põt: de hoc ipso d3 dolere: ⁊ disponere potius oĩa mala in futurũ tolerare: q̃ȝ vni pctõ mortali consentire. xxxij. q. v. c. ita ne. Itẽ notãdũ sm Pe. de palu. vbi. s̃. ⁊ etiam oẽs theol. in. iiij. di. xvij. ꝙ quis debet tanto magis dolere de vno pctõ q̃ȝ de alio quãto illud pctm̃ est grauius. Et ideo dicit Ray. in sum. in ti. de penis. §. xviij. ꝙ cũ grauedo pcti mortalis etiã vnius solius sit summa ⁊ infinita: cũ sit contra summũ ⁊ infinitũ deum. ar. in. §. atrox. insti. de iniurijs. ⁊ in. c. cũ illoꝝ. §. nos tñ. de sen. excom. Et cũ vnũ solũ pctm̃ mortale excludat ab infinito bono ⁊ mittat ad infinitũ malũ. de peni. di. v. c. fratres. deberet q̃s etiã ꝓpter vnũ solũs mortale pctm̃ dolere in infinitũ si esset possibile: ꝓpter qđ si funderet q̃s lachrymas ad equalitatẽ aque maris nõ posset cõdigne dolere: tñ dolẽti quãtũ põt deus veniã dabit. vñ tãto magis d3 cõteri ⁊ dolere quãto grauiora ⁊ plura commisit pctã. Et iõ Johel. ij. Cõuertimini ad me dicit dñs in toto corde vestro in ieiunio ⁊ fletu ⁊ plãctu: ⁊ scindite corda vestra. Trãssumptiue de peni. di. j. c. quẽ penitet. Ideo dicit Ray. vbi. s̃. ꝙ cõtritio dr̃ quasi simul ⁊ ex toto tritio qꝛ totũ cor quasi terit ⁊ conterit: ac scindit pre nimia angustia ⁊ dolore pctõꝝ. vñ cor cõtritus est velut mõticulus puluerũ laterũ. i. pctõꝝ in mortario ↄsciẽ pulueriʒatoꝝ. Si aũt q̃s nõ cõterit in hoc mũdo: ⁊ nõ h3 integrã displicẽtiã: postea habebit sine fructu in alio: iuxta illud Eccl. xxvij. Cõteret cũ delinquẽte delictũ: qꝛ in inferno cõteret in puluerẽ: nõ tñ vt aliud vas fiat: iuxta illud ps̃. j. Nõ sic impij nõ sic: s3 tãq̃ȝ puluis quẽ ꝓijcit vẽtus a facie terre. Et Sap. v. dr̃ de dãnatis. Pniam agẽtes: ⁊ pre angustia spũs gementes. Debet ergo cõtritio esse modo tali disposita: vt de grauioribus pctis grauior fiat penitentia ⁊ doloris afflictio. ideo Hiero. ad matrẽ ⁊ filiam in gallijs cõmorãtes ait. Putride carnes ferro curantur: ⁊ cauterio venena serpentina curantur antidoto: quod satis dolet maiori dolore expellitur. hec ille. ⁊ idem in epistola ad amandum presbyterum dicit. Non est medicine culpa sed vulneris cum crudelitati clementi nõ parcit medicus vt parcat: seuit vt misereatur. Qua ex re inquit Fran. de may. in sermone de cõtritione Magdalene dicens. Maxima ⁊ penosa egritudo cura maxima indiget. Deut. quoq3. xxv. dicit. Pro mẽsura peccati erit ⁊ plagarũ modus. Cyprianus etia3 in epl̃a ad fratres de pnia agẽda inq̃t. Ut magna delinquimus: ta3 grauiter defleamus alto vulneri: diligens ⁊ medicina nõ desit penitẽtia minor crimine nõ sit. ⁊ Hiero. in quadam epl̃a dicit. pctõr ergo qui sibi nõ parcit: a deo illi parcetur: ⁊ si futuras gehẽnas ꝑpetuas i hoc parue vite spacio cõpensauerit: seipsum ab eterno iudicio liberabit. Grandi plage alta ⁊ prolixa est opus medicina: grande scelus: grandem habeat satisfactionem. hec ille. Planctus autem cõtriti ⁊ penitentis triplici planctui debet assimilari. s. planctui matris vnigenitum plãgentis: iuxta illud Hiere. vj. Luctum vnigeniti fac tibi luctum amarum. Item planctui draconis et strutionis: iuxta illud Michee. ij. Faciam plãctum velut draconum: ⁊ luctum quasi strutionum. Nã doloroso: planctus inter oĩa animalia rationalia est planctus qui fit ꝑ morte vnigeniti. Inter aĩalia vo irrationalia est plãctus

draconis: ꝛ inter volatilia est plāctꝰ strutiōis. Qꝛ igiꝶ pctōr pdidit aiam suā ideo dꝫ plāgere adinstar mulieris vnigenitū plāgentis. Unigenita eñi est aia eiꝰ: qꝛ vnā tm̄ habet. Si eñi duas aias haberet posset vna pdita sup alia cōsolari. Scḋo perdidit caput suū: idest deū ꝛ iō debet plāgere adinstar draconis qui qñ elephas caput eiꝰ conterit magnū planctū facit: pdidit etiā oīa sua merita: et iō dꝫ plāgere adinstar strutionis. Strutio eñi oua sua in puluere calido derelinqt vt foueātur ibidē. Sed rediēs ꝛ a bestijs illa cōculcata reperiēs magnū vlulatū facit. Oua autē sunt merita nr̄a: que tūc demones cōculcāt qñ ad animā per cōsensum intrant. iuxta illud Job. xx. Uadent ꝛ veniēt sup eū horribiles: et ideo peccator dꝫ plāgere: ꝛ dicere cum ps̄. lv. Miserere mei deus: qm̄ cōculcauit me homo. B

o Deuoti xp̄iani vultis ꝙ ostēdā vobis qñ estis contriti: ꝛ qñ attriti. Accipite duas silitudines. Prima est: nā si mōticulus laterū cōteraꝶ in puluerē: si qs incedat sup illū: remanet ibi vestigiū pedis etiā postꝙ̄ pertransijt. Si autē illi lateres solūmodo sint attriti in magnas partes: ibi non remanet aliquod vestigiū pedis si supra incedatur. Jta in his qui solū sunt attriti: si superaddaꝶ ꝯfessio statim post pascha nullū remanet vestigiū cōfessionis nec bone volūtatis: sed redeūt ad peccata pristina. Jn contritis autē remanēt signa etiā post pascha ꝛ p totū annū. Jlli ergo q solū attriti cōfitenꝶ in quadragesima dicūt. Credo in deū. post pascha aūt. Carnis resurrectionē. Jn quadragesima dicūt. Gloria pr̄i ꝛ filio ꝛ spūiscto. post pascha ꝟo. Sicut erat i p̄ncipio ꝛ nūc ꝛ semp ꝛ in secula seculoꝝ amen. Alia similitudo est. Nā ille mōticulus puluerizatꝰ et cōtritꝰ si supincedatur nullū emittit clamorē nec facit strepitū. Si ꝟo solūmō sit attritus in multas partes magnas: si qs supincedat strepitū facit. Et ita in ꝓposito. Nā contritꝰ si sibi deꝶ pnia licita a cōfessore: nō murmura nec clamat aut recalcitrat. Attritus ꝟo solū reddit se difficilē ad penitētiā suscipiēdā immo murmurat ꝛ spernit eā. Et possumꝰ dare aliā silitudinē. Nā sicut vas bene plenū vino si digito percutiaꝶ nō emittit strepitū: sic bñ cōtritꝰ qui est plenus gr̄a dei si pnia tāgatur a cōfessore non clamat. Uas aūt vacuū si ꝑcutiaꝶ digito: fortiter sonat: sic attritꝰ q est dei gr̄a gratu faciente vacuus ad pniam iniunctā cōtra cōfessorē exclamat. Non sic ergo faciatis o deuoti xp̄iani: sed seruate cōsiliū Salomonis Prouer. j. dicētis. Audi fili mi disciplinā pr̄is tui. ꝛ Prouer. xv. dicit. Stultꝰ irridebit disciplinā pr̄is sui: q aūt custodit increpatiōes astutior fiet. ꝛ ibidē Nō amat pestilēs eū q se corripit: cor aūt sapiētis oēm correctionem accipiet. ꝛ ps̄. ij. dicit Dauid. Apprehēdite disciplinā neqn̄ irascaꝶ dñs pereatis de via iusta. facit ad hec. c. nullus. de peni. di. j. ꝛ Grego. in moraꝶ. dicit. Justū est vt pctōr tāto maiora inferat sibi lamēta per penitentiā: quāto maiora sibi intulit dāna p culpā. ꝛ Amb. de peni. di. j. c. ecce nūc. ꝛ Chrys. di. j. et in. c. pfecta. inqt. Perfecta pnia cogit pctōrem oīa libēter sufferre. ꝛ Amb. in. c. deꝰ. de peni. di. j. ait. Qui culpā exaggerauerit: exaggeret ꝛ penitētiā: maiora eñi crimina maioribꝰ abluunꝶ fletibꝰ. facit ad hoc. c. q sanctus. de peni. dist. j. vbi Hiero. inqt de pctōre. Preteritas delitias per quas deū offenderat vite austeritate cōpēset. ꝛ etiā sup Leuiꝶ. ꝛ de peni. di. j. §. q domꝰ. idē Hiero. ait. Pro qualitate vulneris peccatorū qualitas offeratur bonoꝝ operū. D

v Nde inqt Host. in summa. in ti. de peni. ꝛ re. ꝙ ꝓ quolibet pctō mortali regulariter deberet imponi pnia septē annoꝝ. xxxiij. q. ij. c. hocipsum. ꝛ. §. sequēti. et xxij. q. j. c. predicādū. vbi glo. Tñ pōt sacerdos in penitētijs dispensare considerata criminis quātitate: ꝛ qualitate psone: dignitate: ac cōditione: seru: officio: pauptate: infirmitate: debilitate: ꝯsuetudine: cōplexione: societate: causa: animo: ꝛ volūtate: et sic ꝓ arbitrio penitētias taxare et imponere. Et hec est cōis opinio ꝙ pnie sunt arbitrarie. vt etiā inqt Anto. de bu. in. c. si qs. de furtis. Et probanꝶ predicta in. c. significauit. ꝛ. c. oīs. §. sacerdos. de peni. et re. ꝛ in. c. sicut dignū. de homicidio. ꝛ. c. trāsmisse. de eo qui cog. cōsan. vxo. sue. ꝛ. xxvj. q. vij. c. tēpora. ꝛ de peni. di. j. c. mensurā. ꝛ de cōse. di. iij. c. de penitētibꝰ. Caueat tñ sacerdos ne sic arbitretur vt vilis fiat autoritas ecclie: ꝛ potestas clauiū cōtēnatur. c. absit. l. dist. facit. c. est iniusta. xxiij. q. iiij. ꝛ. c. loci. xxxv. q. ix. ꝛ. c. si quis prepostera. dist. l. hec Hostien. J

e X quibꝰ oibꝰ autoritatibꝰ patet ꝙ qs nō dꝫ respuere pniam sibi iniūctā ꝓ satisfactione pctōꝝ. Hoc idē probatur p distinctionem quā ponit Ricḃ. in. iiij. di. xviij. ar. j. q. v. in corpe questionis. vbi ait. Cū queritur vtrū qlibet penitēs teneaꝶ rōne necessitatis recipe ꝛ explere pniam sibi ꝓ satisfactione pctī a cōfessore iniūctā: Rñdeo ꝙ aut confessor iniūgit pniam rōnabilē ꝛ discretam: aut irrationabilem ꝛ indiscretā. Si scḋo mō: peni

tẽs nõ teneť eã recipere: q꞉ sacerdos talẽ penitentiã iniũgẽdo abutiť clauib⁹ eccĺie. Si autẽ primo nõ iniũgat dico ꝙ rõne necessitatis teneť ipsam recipere: ⁊ ꝓ virib⁹ implere. Aliter peccat mortalr: si scienter et ex deliberatione ⁊ absqꝫ legitima cã dimittat. Si aũt penitẽs sentiat pñiam sibi nimis grauẽ ⁊ ad obseruandũ periculosam: sua infirmitate pẽsata: dꝫ ad illũ eũdẽ cõfessorẽ vel ad aliũ qñ illum hr̃e nõ põt hũiliter recurrere ⁊ alleuiationẽ vel commutationẽ petere: ⁊ cõfessor cõcedere: etiã si videat ꝙ pñia alleuiata nõ sufficiat pro satisfactione peti. Tuti⁹ est em̃ reseruare penitẽtẽ in purgatorio puniẽdũ ꝙ̃ ipm exponere periculo cadẽdi in mortale pctm̃ ꝓpter pñie trãsgressionẽ. hec Ricȟ. ad lr̃am. ⁊ idẽ tenet Ray. i sum. in ti. de peni. ⁊ re. dicẽs: ꝙ sacerdos dꝫ inducere quãtũ põt pctõrẽ ad implẽdã pñiaꝫ: ostẽdẽdo ei magnitudinẽ pctõꝝ: tñ non dꝫ imponere ei nisi talẽ pñiam quã ꝟisiliter possit portare. Unñ dicit Host. in summa. ꝙ sacerdos nullatenus dꝫ ꝑmittere pctõrẽ desperatũ recedere ꝓpter nimiã pñiam. xxvj. q. vj. c. si presbyter. sed poti⁹ imponat vnũ pater nr̃ vel aliq̃d leue: et ꝙ alia bona q̃ fecerit ⁊ mala q̃ tolerauerit sint ei in pñiam. ⁊ idẽ dicit Ray. in summa. ⁊ Guil. addẽs. Cõsulo ꝙ ad vitãdã inobedientiam et trãsgressionẽ talib⁹ iniũgať parua satisfactio sub pcepto. Et in hoc cõcor. Tho. in. iiij. di. xix. ⁊ Inno. vt etiã poniť in sum. cõfes. eo. lib. ⁊ ti. q. cxxxv. ad finē. Qꝫ aũt penitẽs teneať facere pñiam rõnabilẽ cõfessoris ꝓbať per. c. oĩs. de peni. ⁊ re. vbi dr̃. Et iniũctã sibi pñiam studeat ꝓ virib⁹ adimplere. Qđ etiã ꝓbať fundamento qđ ponit Phs. ij. ⁊. iiij. Topicoꝝ dicẽs. Si de quo min⁹ videť inesse ⁊ inest: ergo ⁊ de quo magis. Sed ponam⁹ ꝙ aliq̃s sit infirmus corpore: ꝑfecto pro recuperãda corporis sanitate oĩa faciet sine ꝯtradictione q̃ ei medicus imponet: vt si p̃cipiat illi radere capillos: abstinere a cibis aliq̃bus ⁊ a vino: ꝙ nõ vadat ad aerē in platea: ꝙ oculos teneat coopertos: ꝙ nõ luxurietur ⁊ hmõi. Si ergo hoc facit ꝓ sanãdo corpore qđ est quid vile in comparatiõe aĩe: nam anima melior est oĩbus corporibus: ⁊ aĩe bonũ oĩbus preualet corporeis bonis. c. cũ infirmitas. de peni. ⁊ re. ⁊. c. solite. de maio. ⁊ obe. Ergo multomagis dꝫ obedire medico spirituali in remedijs sanationis aĩe sue: sed heu q꞉ totũ oppositũ fit. Nã si medicus spũalis. i. confessor mulieri spũaliter infirme precipiat ꝙ capillos vanos et mortuos ac coruua artificiata deponat vestimẽtaqꝫ vana ⁊ nimis preciosa monilia: ꝙ dimittat tripudia et choreas et impudicas societates: ꝙ oculis honestis incedat ⁊ huiusmodi: nequaꝙ̃ vult acq̃escere: sed ꝯ cõfessorẽ mille excusatiões: argumenta ⁊ rõnes atqꝫ mẽdacia opponit. O mulier insensata. O mulier vana ⁊ fatua: vhe tibi: vhe tibi: q꞉ p̄ponis corpus tuũ qđ est saccus ꝟmiũ aĩe tue que est imago ⁊ silitudo dei. Silr si q̃s vir ad mortē infirmeť ⁊ medic⁹ ei dicat ꝙ oportet eũ exbursare centũ aureos ꝓ faciẽdo electuario sine q̃ nõ põt recipe sanitatẽ: certũ est ꝙ nõ solũ centũ sed etiã mille si tot habebit exbursabit ꝓ recuperãda corpis sanitate: attestãte Iob. ij. c. dicẽte. Pellẽ ꝓ pelle et cũcta que possidet dabit hõ ꝓ aĩa sua. i. ꝓ vita cõseruãda. Sed si confessor medicus eius spũalis precipiat ei vt aliena restituat: adulterã ⁊ cõcubinam dimittat ⁊ hmõi: nequaꝙ̃ vult obtẽperare. Sciãt ergo tales oẽs ꝙ eoꝝ cõfessio est infructuosa et oĩno inutilis ad salutẽ. ex quo ꝓ salute aĩe illud facere recusant qđ ꝓ cõseruãda corpis sanitate nequaꝙ̃ recusarẽt. Ið inq̃t Aug. in li. de peni. ⁊ poniť de peni. di. v. c. ꝯsideret. Ponat se oĩno penitẽs i ptãte iudicis i iudicio sacerdotꝫ: nihil sibi reseruãs sui vt oĩa eo iubẽte parat⁹ sit facere ꝓ recuperãda vita aĩe q̃cũqꝫ facere ꝓ euitãda corpis morte: ⁊ hoc cũ desiderio: q꞉ vitã recuperat infinitã q̃ est de⁹. Cũ gaudio em̃ facere dꝫ immortalis futur⁹ que faceret ꝓ differẽda morte moriturus. hec ille. O igiť infelix pctõr cõsidera ꝙ si esses infirm⁹ corpe: ad p̄ceptũ medici recipes amaras medicinas ⁊ multa remedia sensualitati ꝯria: ⁊ aliq̃ñ incisionẽ pateres ⁊ decoctionẽ ⁊ ꝓ aĩe salute recusas modicã pñiam sustinere. Et iđ cõtra tuã stulticiã exclamat Ouidius. ij. de remedio amoris. Ut corp⁹ redimas: ferrũ patieris ⁊ ignes. Utqꝫ aĩo valeas quicꝙ̃ tolerare negabis? R

a Rio ꝗ̃ʒ fundamẽto probať hec ꝟitas: qđ ponit Phs. iij. Topico. di. Minus malũ eligibili⁹ est maiori malo. Que ꝟitas habeť. xiij. di. c. j. Duo mala licꝫ cautissime oĩno sint precauenda: tñ si periculi necessitas perpetrare vnuꝫ ex his cõpulerit: debem⁹ resoluere qđ minori nexu nosciť obligari. Grego. q̃ꝫ. xxv. li. moral. ⁊ poniť. xiij. dist. in. c. nerui. ait. Cũ mẽs inter minora ⁊ maiora pctã cõstringiť: si oĩno null⁹ sine pctõ adit⁹ patet: minora semp eliganť: q꞉ ⁊ qui muroꝝ ambitu vndiqꝫ ne fugiat clauditur: ibi se in fugã p̄cipitat vbi breuior mur⁹ inueniť. hec ille. Pꝫ hec regla. Nã si ꝓponať alicui aut mors aut ꝑditio tpalis sube et necesse sit ꝙ oĩno vnũ ex his eligat

clarū est ꝙ ꝑeliget tā᷑ minus malū tp̄alē sub
stantiā ꝑdere ꝙ̄ vitā amittere. Quo ꝑsupposi-
to certū est ꝙ deus ꝓponit hoi ꝓ satisfactione
pcti duplicē penā: videlȝ aut tp̄alē in hoc mun
do: aut purgatoriā in alio: qḋ dico de his q̄ mo
riunt̃ ꝯtriti. Et hoc h̃r de peni. di. i. c. medicina.
ꝛ sunt verba Greg. ꝛ al's allegat̃. c. medicamen
tū. §. si pctm̄. vbi in q̄t. Nequaq̄ᷓ igit̃ pctō parci
tur: q: nullatenus sine vindicta laxat̃. ꝛ Augu.
xxv. di. c. q̄ in aliud. dicit. Qui in aliud seculū di
stulerit fructū cōuersionis: prius in futuro pur
gabit̃ igne purgationis: hic aūt ignis etsi non
sit eternus. miro tm̄ mō grauis est: supat enim
oēm penā quā vnq̄ᷓ passus est aliq̄s in hac vi-
ta vel pati pōt. hec ille. ꝛ Rich. nr̃ in. iiij. di. xx.
ar. ij. q. i. in corpore q̄stionis dicit. Ignis purga
torius aīas affligēs magis lesiuus est ꝛ afflicti
uus oī nr̃o igne: q̄ tm̄ inter cetera elementa ma
gis est afflictiuꝰ. Uñ nulli dubiū esse dȝ q̄n pe-
na purgatorij sit grauior simplr̄ ꝙ̄ oīs sit pena
istius mūdi. hec Rich. Jō inq̄t Aug. in li. de pe
ni. ꝛ ponit̃ de peni. di. vij. c. nullus. Studeat ḡ
quisq̄ᷓ sic delicta corrigere in p̄nti vita vt post
mortē nō oporteat eū talē penā tolerare: sȝ ad-
de ꝙ si in hac vita nō habueris cōtritionē ꝛ di
splicētiā pctōꝝ tuoꝝ ibis ad faciēdum pniam
eternā in inferno: q̄ nūq̄ᷓ finiet̃. Jō dicit Eccle
vij. c. sui li. Humilia valde spm̄ tuū ad disciplī-
nā. i. ad pniam a cōfessore datam: qm̄ vindicta
carnis impij ignis ꝛ vermis. Audi terribile exē
plū. Legit̃ eñi in vitaspatrū ꝙ cū q̄daȝ sctūs
pr̄ deū obnixe rogaret vt ei ostēderet quātā pe
nā haberēt illi q̄ de pctis suis pniam facere no-
lūt: statim ꝑmittere deo apparuit ei q̄dā mortu
us catenis igneis ligatꝰ: lamētabiliter clamās
ꝛ dicēs. Cū pniam de pctis facere noluerim in
p̄nti sclo ecce ꝙ in inferno me satisfacere opȝ: ꝛ
ꝓfecto cōtētus essem stare tot annis in igne in
ferni quot sunt gutte maris: ꝛ insup tot annis
dietim ascēdere ꝑ arborē rasoriis plenā a terra
vsq̄ᷓ ad celū attingētē quot sunt gutte aq̄ ma-
ris: ꝛ post hec oīa deus me liberaret ꝛ ad vitaȝ
eternā ꝑduceret. Sed vhe mihi: vhe mihi: vhe
mihi: qm̄ impossibile est. Nā cū stetero tot an-
nis in iferno quot sunt gutte aq̄ maris: adhuc
restabūt mihi totidem anni quot prius. Et qñ
stetero mille vicibus tot annis quot sunt gut
te aq̄ maris: adhuc me oportebit ad primū an
nū reincipere: ꝛ sic nūq̄ᷓ satisfactio mea finem
habebit. Et qḋ mihi cōtigit eueniet oībus pro
pctis suis in hac vita satisfacere nolētibus. Et
his dictis disparuit. Aliud q̄ȝ exēplū refert Be
da in lib. de gestis angloꝝ. de quodā mortuo q̄
restitutus fuit vite ꝛ statim fugit ad heremū ꝛ
ibi flebat ꝛ iugiter suspirabat: cellāq̄ᷓ ibi fecit
iuxta fluuiū cōgelatū: ꝛ vestitus in illo se bal-
neabat: ꝛ egrediēs ꝑmittebat vestimēta ꝯgela
ri ad carnē: ꝛ postea balneū calidissimū intra-
bat: ꝛ in hac tam arduissima penitētia vsq̄ᷓ ad
mortē ꝯtinue die noctuq̄ᷓ ꝑseuerauit. Cū autē
de his a vidētibꝰ argueret̃: r̄ndebat flēdo ꝛ pe
ctus ꝑcutiēdo di. O si vidissetis q̄ ego vidi: hec
ꝛ maiora vos faceretis. Dico eñi vobis ꝙ pena
p̄ns olm sctōꝝ ꝛ martyrum ꝛ oīs pena q̄ est in
purgatorio nihil est in cōparatiōe penarū eter
narū inferni q̄s ego vidi. Deinde clamabat: fa-
cite pniam: quā si nō facietis i hoc mūdo vbi ci
to finiet̃: postea eā facietis in inferno vbi nūq̄ᷓ
finē habebit. Et hoc sufficiat pro secunda par-
te nostri sermonis.

Pars tertia de cōtritiōis vtilitate. L

Quantū sit vtile habere ꝯtritionē de
pctis pȝ per Alex. de al. in. iiij. parte
sum. in trac. de cōtritiōe. q̄ dicit ꝑ cō
tritionē pctōꝝ statim acq̄ri remissio
nē ꝛ veniā ipsorum. Et idē tenet Tho. ꝛ cōiter
oēs theol. in. iiij. di. xvij. ꝛ Ray. in ti. de penis.
§. xix. q̄ īcipit. qualiter aūt. di. ꝙ sola cordis cō
tritione pctm̄ dimittit̃ cuilibet adulto: dū cōte
rit̃ ꝛ ꝓponit ab illo abstinere: ꝛ ab alijs in fu-
turū: ꝛ de illo cōfiteri ꝛ satisfacere ẜm iudiciū
eccl'ie. Et hoc ꝓbat̃ de peni. dist. i. in. c. magna.
vbi Aug. ait. Magna est dei pietas vt ad solā
ꝓmissionē pctā dimiserit: nōdū ꝓnūciat ore ꝛ
tm̄ deus iā exaudit in corde. Dicit ḡ Ray. vbi. s.
ꝙ lȝ q̄dā alij dixerint cōditionaliter fieri remis
sionē ꝑ cordis cōtritionē. s. si postea cōfiteatur
ꝛ satisfaciat. arg. de peni. di. iij. c. sane. in fi. Uñ
Amb. in li. de paradiso. ꝛ de peni. di. i. c. nō po
test. dicit. Nō pōt a pctō iustificari q̄s ꝙ̄ nisi fue
rit pctm̄ ante cōfessus: tm̄ primā opinionē cōi-
ter approbāt doc. tanq̄ᷓ veriorē. Et pȝ ꝑ exem-
plū Lazari quem primo suscitauit dñs ad vitā
ꝙ̄ a discipulis solueret̃. Joh. xi. Itē per decem
leprosos qui anteq̄ᷓ venirēt ad sacerdotes: in
via mundati sunt. Lu. xvij. Et ps̄. xxxi. dicit Da
uid. Dixi confitebor aduersum me iniusticiam
meam dño: ꝛ tu remisisti impietatē pcti mei. di
xi. i. in aīo firmiter ꝓposui. hec ille. Et ꝓbatur
per. c. sicut. el. i. de peni. di. i. vbi d̃r. Luce clari-
constat cordis contritione: non oris confessiōe
pctā dimitti. Et idem tenet Host. dicens: ꝙ in
cōtritiōe dimittat̃ pctm̄ qñ fit cum ꝓposito cō
fitendi ꝛ satisfaciēdi: si tm̄ postea tp̄e debito nō
sequit̃ cōfessio ꝛ satisfactio: pctm̄ q̄dē dimissuȝ
nō reddit sed mortaliter peccat is qui omittit,

Et idē ponit̄ i sum̄. cōfes. li. iij. ti. xxxiiij. q. xxvij. Ex q̄bus oībus ꝯcludit̄ ꝙ si q̄s q̄nq̄ȝ in aliquo articulo necessitatis possit saluari sola cōtritione sine actuali cōfessione: nūq̄ȝ tn̄ saluabit̄ sine ꝓposito implicito vel expliato cōfessionis. Si ergo q̄s cōterit̄ sine ꝓposito cōfitēdi satisfaciē di ꝛ abstinēdi: cōtritio nulla est. Si aūt cū proposito: pctā ei dimittunt̄: sed si postea nō cōfiteat̄: pctā ei dimissa nō redeūt: sed nouuȝ pctm̄ mortale cōmittit ꝓpter trāsgressionē p̄cepti: ꝛ tenet̄ de illo pctō cōfiteri ꝛ de oībus illis q̄ ei ꝑ cōtritionē dimissa fuerāt q̄ nō fuit suo tp̄e cōfessus: alr̄ est in statu dānatiōis. Si aūt nō habeat facultatē cōfitēdi: ipsa sola cōtritione saluat̄. Pȝ ꝑ exēplū qd̄ legit̄ in chronicis ordinis minoꝝ: vbi dr̄: ꝙ cū q̄dā frater Bartholomeus eiusdē ordinis egregi⁹ p̄dicator cōtra quoddā pctm̄ feruēter p̄dicaret: mulier q̄daȝ q̄ illud cōmiserat tāto dolore cōpuncta est ꝙ subito spm̄ exhalauit. Tūc frater Bartholomeus imposuit pplo vt oraret pro illa mortua vt deus sup hoc suū bn̄placitū reuelaret. s. quare esset mortua. Illo ḡ sctō fratre ꝛ alijs orātib⁹ dicta mulier a mortuis resurrexit ꝛ dixit ꝙ ad iudiciū diuinū est euocata: ꝛ ꝓpter cōpūctioneȝ fuerat a pena eterna liberata: sed vt dictū pctm̄ cōfiteret̄ fuerat ad vitā reuocata: ꝛ dixit inter alia ꝙ eadeȝ hora qua obierat sexaginta milia hoīum in diuersis partibus mūdi obierāt: de q̄bus tm̄ tres purgatoriū intrauerūt: ceteris ī inferno sepultis: ꝛ excepto vno fratre minore q̄ ꝑ purgatoriū trāsiēs sine dolore acceptis duabus aīab⁹ duarū ꝑsonarū q̄ ei cōfesse fuerāt cū eis paradisum ascēdit. Aliud q̄ȝ exēplū ꝙ ꝑ ꝯtritionē q̄s acq̄rat remissionē pctōꝝ ꝛ vadat ad statuȝ salutis recitat Petrus de palu. in. iiij. sen. dist. xvij. vbi ait: ꝙ in ciuitate Lugduni reptū est a fodientibus fundamētū cuiusdā palatij vnū caput: cuius os: dētes: lingua: ꝛ labia erāt recētia: ꝛ audierūt ab eo vocē dicētē. Ite ad ep̄m vt huc veniat ad saluādū vnā aīam. Igit̄ ep̄s veniēs interrogauit q̄s esset ꝛ quid vellet? R̄ndit caput. Ego fui iudex legū ꝛ viri virtuose ꝓut melius potui: ꝛ circa officiū meū neminē offendi: quia nullū cōsiliū falsum dedi: nunq̄ȝ feci cōtra iusticiā: nūq̄ȝ legē extorsi: gētilis fui ꝛ absq̄ȝ baptismo decessi: q̄ȝ nōdū institutus fuerat baptism⁹ In fine aūt vite mee dolui de oībus pctīs meis: quapropter q̄ȝ ad me non ꝑuenerat lex dei ꝑ quā possem saluari: misericors deus aīam meā reseruauit in hoc capite. Nūc ergo p̄cor ex quo tp̄s aduenit vt me baptizes: nā suscepto baptismo aīa mea volabit ad celū ꝛ hoc caput redigetur in cineres. Statim ergo ep̄s cū suo clero afferri fecit aquā baptismi ꝛ p̄dictū caput baptizauit: aīa ꝯo illa volauit ad celū: ꝛ caput in cineres redactū est. Aliud etiā exēplū legit̄ in chronicis ordinis nr̄i: videlȝ ꝙ semel p̄dicante quodā fratre nostro in missa post euangelium quedā mulier corā oībus surrexit dī. Volo tibi frater cōfiteri. Cui ille respōdit. Quiesce donec p̄dicauero ꝛ missaȝ finiero: sed aliquātulū post hec iteruȝ illa surrexit ꝛ cōfiteri postulauit: cui frater idē respōdit vt prius. Tūc illa inclinato capite subito mortua est: qd̄ vidēs frater valde admiratus dixit pplo. Oremus oēs cuȝ fide et deuotione dn̄m iesum xp̄m: vt istius mulieris misereat̄. Facta aūt orōne mulier illa surrexit: ꝛ coraȝ oībus locuta est di. Satis bn̄ est mihi: q̄ȝ dn̄s vidit cor meū ꝛ cōtritionem meam: ꝛ idō fecit mihi misericordiam. Tūc dixit frater: ergo ego peccaui: quia nō statim te audiui. Cui illa. Nō: q̄ȝ ignorabas casum meū: ꝛ ꝓpter bonum p̄dicationis ꝛ misse te deus excusatū habuit. Et adiecit: hoc scias ꝓ certo: q̄ȝ hodie mortuus est frater Iohes de ordine tuo ꝛ portatus in paradisum: cui deus donauit oēs aīas illoꝝ q̄ erant in purgatorio quas in vita sua audierat in confessione. Hoc ego vidi cum essem ibi. Et his dictis aīa eius requieuit. M

p Redicta etiā patent per beatū Tho. in iiij. di. xvj. ar. v. q. j. ꝛ Alexan. de ales in iiij. parte sum. in trac. de iustificatione impij: vbi ꝓbant ꝙ per verā cōtritionē omnia peccata q̄uis magna ꝛ horrēda remittuntur: maxime q̄ȝ cōtritio est dolor grā gratū faciēte informatus. Sed gratia gratū faciēs oēm culpā delet: ergo ꝛc. Vn̄ Sedul⁹ poeta de lachrymis cōtritionis loquēs ait. Culpa fugit cedūt lachrymis delicta refusis. Dicit quoq̄ȝ glo. sup illud ps̄. l. Sacrificiū deo spūs ꝛc. Cordis ꝯtritio est sacrificiū quo pctā soluūtur. ꝛ Isid. ait. Cōpunctio est humilitas mentis annihilans peccatuȝ. ꝛ Orige. Homel. iiij. inquit. Quanto amplius cōpungimur tanto amplius pctōrum relaxantur vincula. Ex quibus oībus pȝ prima vtilitas cōtritionis que dr̄ remissionis. s. pctōꝝ siue culpe. Scd̄a aūt vtilitas dr̄ dimissiōis. s. pene eterne ꝓ mortali pctō debite que mutat̄ in temporalē. Qd̄ sic ꝓbatur. Culpa mortalis deletur per cōtritionē: vt. s. ꝓbatū est: sed cui⁹ est delere cām: eius etiā est delere effectū necessario ei cōiunctū. Dū igit̄ pena eterna necessario sit adiūcta pctō mortali vt effectus sue cause: sequitur ꝙ si culpa deletur per cōtritionem etiam pena eterna deletur. Unde dicit Alex. de

Alex. vbi. s. ꝙ lȝ dolor ɔtritionis sit finitus: tñ
cõtritio ipsa habet virtutẽ infinitã ex grã gra-
tũ faciẽte qua informaṫ: ꝛ iõ valet ad deletio-
nẽ culpe ꝛ pene eterne ac infinite. Ex quo etiaȝ
inferṫ ꝙ ꝑ cõtritionẽ fit ablatio pene tpalis ea
dẽ rõne ꝛ a fortiori: qꝛ ẜm Aug. q̇cũqȝ patimur
pctã nr̃a meruerũt: immo ẜm Alexã. vbi. s. pec-
cans mortaliter nõ solũ penã tẽporalẽ ꝛ eternã
sed etiã penã redactionis in nihilũ mereṫ. vñ
cũ eo deus agit misericorditer ipsum nõ anni-
hilans. iuxta illud Threñ. iij. Misericordie dñi
q: nõ sumus cõsumpti. Cũ igiṫ vt patuit per cõ
tritionẽ deleatur culpa ꝛ tollatur pena eterna
a fortiori per eandẽ tolleṫ ꝛ tẽporalis. nã plus
acceptat deus interiorẽ cordis affectũ ꝙ exte-
riorem actum: sed per actus exteriores pnie ab
soluiṫ hõ ab omni pena tpali: ergo multo ma-
gis per effectũ interiorẽ. s. cõtritionis: qñ. s. est
magna ꝛ cũ dolore sensibili ꝛ actualiter frequẽ
tata: vt ait Alex. vbi. s. Que quidẽ cõtritio ẜm
eundẽ doctorem posset esse tãta ꝙ remitti face
ret totã penaȝ tpalẽ. Et ꝑpter hoc inq̇t glo. in
c. mensuram. de peni. di. j. ꝙ tantã cõtritionem
posset sacerdos perpẽdere in hoĩe ꝙ nullam sa
tisfactionẽ exteriorẽ sibi imponeret. Vñ sciẽdũ
ẜm Alex. vbi. s. ꝛ Petrũ de palu. ꝛ Tho. in. iiij.
di. xvij. ꝛ alios theologos ibidẽ: vt etiaȝ habeṫ
in sum. cõfes. li. iij. ti. xxxiiij. q. xxviij. ꝙ aliquis
posset habere tantã cõtritionẽ de pctis suis ꝙ
deus parceret sibi omnem penã quam meretur
in purgatorio portare: ita ꝙ si morereṫ sic cõtri
tus habẽs ꝑpositũ cõfitẽdi iret recto tramite
ad paradisum. Et hoc tenet Archi. in. c. q̇ bona.
xvij. q. j. in sua magna additione. Recitat etiaȝ
Cesarius: ꝙ predicãte quodã sacerdote de pec
catis ꝛ penis inferni q̇dã mulier simplex excla
mauit ad eũ di. Dñe: quid fiet de cõcubinis sa-
cerdotũ. Ille ṽo cognoscẽs ipsam esse simplicẽ
respõdit. Nunq̃ saluabunṫ: nisi clibanũ arden
tem ingredianṫ. Audiens aũt hoc mulier illa q̇
ꝛ ipsa erat cõcubina sacerdotis nõ in ioco acce
pit verba ipsius. Vñ cũ quadaȝ die doleret de
pctis suis: accẽso clibano: cum magno dolore ꝛ
cõtritione suoꝝ pctõꝝ ingressa est flãmas cliba
ni nullo ibi tũc pñte: clausoq̧ ostio statim mor
tua est. Post hec visa est a multis ꝑpe locũ astã
tibus de ore ipsius clibani ascendere colũba al
ba ad celũ. Stupefacti ṽo de visione venerunt
ad clibanũ ꝛ inuenerũt feminã mortuã quã ex-
traxerunt de flãmis ꝛ tanq̃ sui corporis inter-
fectricẽ extra sacrũ sepelierũt. Volẽs aũt deus
ostẽdere mortuã illã nõ ex malicia sȝ ex obediẽ-
tia fuisse: cãdelis ardentibus ipsius tumulum
illustrauit: multis hoc miraculũ videntibus vo
lens ostẽdere ꝙ cõtritio cũ obedientia predica
toris sibi valuit ad salutẽ. Nã statim recto tra-
mite ad celum peruenit. Recitat quoq̧ p̄dictus
Cesarius: ꝙ Parisius quidã scholaris habens
enormia ꝛ horribilia pctã: cũ priori scti Victo-
ris vellet cõfiteri: tanta fuit in cordis ipsius cõ
tritio ꝛ suspiria in pectore ac singultus in gut-
ture ꝛ in oculis lachryme vt vox deficeret: nec
aliq̇d ꝑferre posset. Dicente ergo ei priore p̄di-
cto: vade ꝛ scribe pctã tua. Ille scripsit ꝛ rediit.
Et cũ nõ posset voce ꝑferre: scedulã illã scriptã
dedit priori: in qua erãt scripta pctã tã grauia:
ꝙ de licẽtia ipsius scholaris dictus prior ad ha
bendũ cõsiliũ illã abbati ostẽdit. Quaȝ ipse ab-
bas respiciẽs ꝛ nihil in ea scriptũ reperiẽs: di-
xit priori. Quid possum hic legere cũ nihil scri
ptũ sit. Quod vidẽs prior stupẽs dixit abbati.
Scias ꝑ certo illũ iuuenem sua pctã in hac sce
dula scripsisse ꝛ me illa legisse: sed vt video mi
sericors deus ɔtritionẽ suã aspexit. Tũc abbas
ꝛ prior iuueni dixerunt. Cõfide fili: qꝛ deus tibi
omnia pctã tua dimisit. Et cũ restituissent sibi
chartã albã in signũ dimissionis pctõꝝ: ipse cũ
magno gaudio recessit ab eis. Lachryme enĩ ve
re cõtritionis mũdauerãt aĩam eius ab oĩbus
pctis ꝛ serenã fecerãt eã. Ait enĩ Chry. sup Lu.
Sicut vbi vehemẽs imber ꝑrũpit fit serenitas
sic lachrymis effusis apparet tranq̇llitas ꝛ pa-
rit caligo reatuũ. Et iõ de magdalena inq̇t Gre
go. super Lu. Quia turpitudinis sue maculas
aspexit lauãda ad fontẽ misericordie cucurrit.
Lachryma igitur est fons diuine misericordie
pctm̃ extinguẽs ꝛ infernale incẽdium: vt pȝ de
peni. di. j. c. porro. Vñ legiṫ in vitaspatrũ ꝙ
btũs Arsenius fuit rogatus a fratribus simul
cõgregatis vt diceret eis aliqđ verbum edifica
tionis. Qui fleuit di. Producãt oculi vr̃i lachry
mas: ꝛ cõburãt corpora nr̃a ne in eternũ cõbu-
ranṫ. Itẽ ibidẽ dr: ꝙ senex q̇dã flebat incõsola
biliter: dicens se audisse voces innumerabiles
frequẽter dicẽtes. Vhe nobis: qꝛ nõ fleuimus.
Predicta etiã de remissione pctĩ quoad culpaȝ
ꝛ penã ṽtute cõtritiõis ꝑbanṫ ꝑ aliud exẽplũ
qđ legiṫ de quodã sctõ heremita q̇ intelligens
sororẽ suã esse meretricẽ: ꝑrexit ad eã cõuertẽdã
Qđ illa audiens ꝑtinus iuit obuiã fratri: ꝛ ab
eo cõuersa ꝛ de pctis suis ɔtrita: sequebaṫ illũ
ad heremũ vt faceret pniam: in via aũt cor ipsi
us pre dolore ꝛ cõtritione pctõꝝ scissuȝ est. Vñ
illi heremite reuelatũ fuit a deo ꝙ ad vitã pue-
nerat sempiternã: virtute cõtritionis ab omni
macula ꝛ pena purgata. Recitat quoq̧ Jaco.

de vitriaco φ fuit quedã iuuẽcula q̃ cũ p̄re suo peccabat. Mater vero hoc sciẽs filiã dure redarguebat. Quapropter illa indignata matrẽ interfecit. Sed postq̃ p̄r hoc malum sciuit: filiam odio habuit. Qđ illa cognoscẽs patrẽ dormientem suffocauit: et postmodum publica meretrix est effecta. Accidit aũt quadã die φ quidam seruus dei ipsa presente locutus est valde ꝓfunde de misericordia dei: ostẽdens eã esse maximam et infinitã. Facto vero sermone illa iuit cũ magna cõtritione ad ipsum predicatorẽ et q̃siuit ab eo di. Est ne misericordia dei tanta quantũ p̄dicastis hodie? Cui ille. Est etiã multo maior q̃ dici possit. Tũc illa iã ꝯtrita inq̄t. Audite cõfessionẽ meã et date mihi pniam: qr si verũ est qđ dr adhuc ꝯfido de misericordia dei. Ille aũt dixit ei. Expectetis quousq̃ post prãdiũ p̄dicauero: et tũc vestrã cõfessionẽ audiam et pniam vobis dabo. Illa vero inquit. Dñe vt video: vos desperat de salute mea. Cui ille respõdit. Nõ despero sed letor. Et tũc vobis ꝑ pnia iniũgo vt tãtũ expectetis. Predicãte igit eo: ipsa iuuenis interim de pctis suis tãtũ dolere cepit: φ cor eius pre dolore diuisum est: et sic emisit spm̃. Quapropter ille p̄dicator fecit pplm̃ orare ꝑ ea. Dũ vero oẽs orarẽt: audierũt vocẽ de celo dicẽtẽ. Nolite orare ꝑ illa: qr ꝓpter cõtritionem suã magnam quã habuit est i celo et ꝑ vobis orare põt: et nõ indiget orationibus vestris. Ea propter de deo dicitur Judith. viij. Indulgẽtiã eius cũ lachrymis postulemus. M M

Tertia vtilitas cõtritionis dr cõtribulationis. Nã diabolũ cõterit cũ suis tẽtationibus et in ꝓfundum inferni demergit. Vñ contrito dici põt illud ps̃. lxxiij. Cõtribulasti capita draconũ in aq̃s. Dracones eñi. i. demones habẽt septẽ capita. i. septẽ mortalium pctõꝝ tentamenta. Ipsi q̃ diabolo dici põt de oĩa cõtrita illud Geñ. iij. Ipa ꝯteret caput tuũ.

Quarta vtilitas dr potationis. Ipsa eñi aq̄ lachrymarũ potũ tribuit dño nr̃o iesu xp̄o quẽ ipse appetit: vt ex verbis thematis nr̃i pz. Hõ nãq̃ diu itinere fatigatus libẽter declinat ad potũ: nec põt q̄cq̃ ꝓtũc delectabilius sibi propinari. Xp̄s vero cõtinue discurrit ꝑ corda hoĩm et ꝯsciãs fideliũ: arguẽdo: inspirãdo: et sustinendo ne deficiãt. Vñ quodã mõ loquẽdi fatigat᷒ ex tali labore sitit salutem nostrã. Nõ põt aũt ei in siti sua aliq̄d dulcius et delectabilius ꝓpinari lachryma cõpũctionis. Ait eñi Bern. Dulciores sunt lachryme penitẽtiũ delitijs regñ: nã illis inebriatus xp̄s ad miserẽdum inclinaẽ atq̃ aïe copulaẽ. Vñ talis cõtrit᷒ põt ei dicere illud Esa. xvi. Inebriabo te lachryma meã. Et predicta possunt ꝓbari ꝑ figurã Geñ. xxiiij. vbi puer Abrae cognouit Rebeccã debere esse vxorẽ Isaac filij dñi sui ad hydriã et ad ꝓpinationẽ aq̃. Et ideo ad aures eius appẽdit donaria multa et facta est vxor Isaac. Per puerũ eñi Abrae significaẽ diuinus spũs puidẽs aĩam debere esse spõsam filio dei: ad cor plenũ lachrymarũ nõ solum ꝑ eius passione: sed etiã ex cõtritione suorum pctõꝝ et cõpassione ꝓximoꝝ. Et iđ appendit ad aures eius donaria maxima: idest celestes cõsolationes. Mat. v. Bti q̃ lugent qm̃ ipsi cõsolabunẽ. Et efficiẽ spõsa Isaac q̃ interp̄tatur risus: qr copulaẽ xp̄o q̃ est risus et gaudium oĩm angeloꝝ. Et sic pz q̃ p̄ciose sint lachryme penitẽtiũ in cõspectu dei et q̃ gratũ sibi ꝓpinãt poculũ: et nõ solũ ipsi sed etiã angelis. Vñ ꝯtritus põt dicere deo et angelis illud Cañ. v. Bibite amici mei et inebriamini charissimi. Gentes eñi sitiẽtes libẽter vadũt vbi credũt bñ bibere. Nam inter omnes delectationes vite presentis sensibiles vna de maioribus est sitibundũ bibere. Xp̄s aũt et angeli eius multũ sitiunt lachrymas penitentiũ. Unde ip̄e dñs ait Lu. xv. Gaudium est angelis dei in celo sup vno pctõre penitẽtiã agẽte. Et iđ cũ ingenti gaudio post peccatorem vadũt lachrymas portantẽ corde. Cuius figura habeẽ Lu. xxij. vbi dr: φ discipuli de mãdato xp̄i iuerũt post hoĩem portantem amphoram aque: et in domo illius parauerunt pascha dño. Hõ enim portãs amphoram aque est pctõr penitens cor lachrymis plenũ ferẽs: quẽ sequentes angeli intrãt eius hospitiũ et parãt pascha dño. Et ideo inquit Bern. sup Cañ. Lachryme penitentium vinũ sunt angeloꝝ: qr ipsis est odor vite: sapor gratie: gustus indulgentie: sanitas redeũtis innocẽtie: claritas recõciliatiõis diuine: iocũditas atq̃ suauitas ꝯscie.

Quinta vtilitas dr inebriationis et denudationis. Lachryma eñi cõpũctionis est potus celestis inebriãs aĩam pctõris amore diuino. De quo potu ait ꝓpheta deo ps̃. lxxix. Potum dabis nobis in lachrymis i mẽsura. et ps̃. lix. Potasti nos vino cõpunctionis. Sicut aũt ebrius non erubescit denudare se. Unde Geñ. ix. diciẽ de Noe. Inebriatus est et nudatus: ita ille qui est vere contritus: et consequenter diuino amore ebrius nõ erubescit denudare peccata sua per confessionem. Ut enim dr Prouer. xxxi. Nullus est secretum vbi regnat ebrietas. Et iđ Ezech. xiij. diciẽ anime peccatrici. Inebriaberis atq̃ nudaberis. De hac etiam vtilitate et de multis alijs tangens Anselmus in li. meditationum.

ait. O pnse lachryma rutilātior auro: splendidior sole: tu respuis auariciam: extinguis luxuriā: fugas furorē: firmas amorē: odis maliciā: et cogis pctōrē oīa pctā cōfiteri. Sexta vtilitas dī seminatōis siue messionis. De qua tangēs Dauid pphēta. ps. cxxv. inquit. Qui semināt in lachrymis: in exultatione metēt. Eūtes ibāt et flebāt: mittētes semina sua. Uenientes aūt venient cum exultatione: portātes manipulos suos. s. diuinarū grarum et donoꝝ spūsscti.

Septima vtilitas dī vnctionis. Lachryma em̄ ɔtritiōis est quasi quoddā oleū suauissimū quo vngit xps. Uñ de pctōre sua pctā deplorāte pōt dici illud. j. Reg. x. Tulit lēticulā olei et effudit sup caput eius. Job. q. xij. de penitēte Magdalena q̄ vnxit pedes iesu dñ: q̄ domus repleta ē ex odore sui vnguēti: qr odore vnguēti siue olei lachrymarū replef tota celestis ciuitas. Sicut ergo oleū est multū dilatatiuū: nā parua olei gutta cadēs sup pannū circūquaq; multū dilataf. Itē est valde penetratiuum: qr cadēs calidū sup poros carnis subintrat: et accedit vsq; ad neruos: a quibus remotis indignationib⁹ et frigiditate causatis: mēbra pri⁹ suis motib⁹ priuata recipiūt motū et operationem pristinā. Et quāto oleum de amariori materia efficitur tanto efficacius subintrat: et hꝫ mollificare mēbra eneruata. Ita oleum contritionis: idest lachryma ex cōpunctione emissa: licꝫ interdū videaf esse modicū quid: tñ multū dilatatur in cōspectu dei. Et manus dñi que ex nostre culpe frigiditate extēdi prohibētur ad largiendū indulgentiā: vncte hmōi oleo mitescunt: et recipiūt pristinā ac ppriā operationē: que est misereri semp et parcere: et se extendunt ad bene faciendū. De⁹ em̄ porrigit man⁹ suas adiutrices hoībus cōtritas. Et iō Daniel propheta dicebat sui lib. c. iij. In aīo cōtrito: et spiritu humilitatis suscipiamur. Et cū manu dñi tāgitur cor ipsius penitētis et cōtriti: totū dulcedine ac suauitate quodāmodo liquescit. Uñ Dauid pphēta taliter tactus dicebat. ps. xxj. Factū est cor meū tanq̄ cera liquescēs. et Prouerb. xiiij. ait Salomon. Cor qd nouit amaritudinē aīe sue in gaudio ei⁹ nō miscebif extraneus. Sed notandum q̄ quanto lachryme de amariori corde progrediunf: tāto reddūt manum christi ad largiendū gratiā et consolationem magis promptā. iuxta illud qd ei inquit ps. xciij. Secundum multitudinē dolorū meorū in corde meo: consolationes tue letificauerūt animā meā. Igif oleum lachrymarū diffusum est diuinarū gratiarū; et mitigat furorē

dei: et a periculis mortis liberat corpus et animā. Cuius figura habetur. iiij. Regū. iiij. vbi legitur: q̄ quedā vidua clamauit ad Heliseū dicens. Ecce dñe: vir meus qui fuit seruus tuus mortuus est. Et venit creditor et vult duos filios meos vēdere: vt sibi satisfaciat: et sic orbata ero filijs vt sum viro. Et ait illi Heliseus. Habes ne aliquid in domo tua? Que rñdit. Nihil nisi modicū olei in lechito quo vngar. Uade inqt Heliseus et mutuo accipe aliqua vasa a cōuicinis: et claude te in domo: et effunde oleū qd habes in illis vasis. Qd illa fecit: et impleta sunt oīa vasa oleo. Uñ ad preceptū prophete vēdidit oleū et redemit filios: et de precio residuo habuit mulier cū filijs vnde viueret. Spiritualiter em̄ hec mulier destituta viro est psona preuenta peccato: que priuata vsu liberi arbitrij obligatur diabolo per peccati debitū. Nec remanet in domo sua quicq̄ virtutis vnde viuere possit vita spirituali: qr totum creditor diabolus surripit. Unde Beda in quodā sermone ait. Cum quis mortaliter peccat oīa bona que fuerāt in os diaboli iactat: eius seruus efficitur: et ad penā se obligat sempiternā. Exigit ergo creditor vt vendatur vterq; filius. s. corpus et spiritus. Utrūq; em̄ vult diabolus creditor ille qui nobis suas credit tētationes et nos illi obligamur per cōsensum. Sed tunc recurrendum est ad Heliseū: idest ad xpm qui petit an aliquid boni existat in aīa nostra per qd possit anima ipsa gratiam inuenire. Sed nihil est ibi nisi modicū lachryme. Suadet ergo xps vt vasa vicini accipiātur. i. plage eius et vulnera: et peccator cum illis vasis claudatur intra cor suum: et modicas lachrymas quas hꝫ effundat que in tantū crescēt q̄ preciose erūt in cōspectu dei: et illarum precio pro peccato satisfaciet ac sibi gratiam cōparabit et ab insultāte diabolo liberabitur. Octaua vtilitas dī cognitiōis. Sicut em̄ pprietas est turturis et colūbe semper dare gemitū pro voce et cantu: et sic mutuo se cognoscūt masculus et femina: atq; ita suo modo loquūtur. Ita penitentis anime semper est dare gemitum pro peccatis: et hanc vocem peroptime cognoscit ei⁹ sponsus christus: atq; ipsam libēter audit. Unde inquit illud Cant. ij. Uox turturis audita est in terra nostra: veni amica mea spōsa mea columba mea et c. Et hoc pro tanto quia ipse dominus Jesus nihil nouit negare anime penitenti et sua peccata lachrymanti: vt inquit Chrysosto. super Matheū. Et ideo debemus lachrymabili voce clamare cū Psalmista qui ait ps. vj. Laboraui in

ni. di. vj. §. qd̕ aūt. ⁊ de renū. c. post trāslatio
nē. ⁊ de eta. ⁊ quali. c. cū sit. ꝭm em̄ Alerā. de
ales. Scire soluere atqʒ ligare ē scire illi ostē
dere que requirunt ad absolutionē a pctō et
ligare cū penitētia cōpetenti. Un̄ Durādus
noster vbi. s̄. et Ricb. in. iiij. di. xviij. dicit: ꝙ
sacerdos inquātū deputatus est ad celebran
dum diuinū officium tantū debet habere de
grāmatica vt sciat cōgrue ⁊ bene verba pfer
re: ⁊ ꝙ intelligat saltē ad litterā quod legat.
Inquantū vo est minister sacramentoꝝ scire
tenet que sit cuiuscūqʒ sacramenti materia ⁊
forma. Debet etiā scire modum dispēsandi.
Inquātum vo est doctor tenet scire fidei eru
dimēta. Inquātū vo est iudex in foro cōscien
tie tenetur scire discernere inter pctm̄ ⁊ pctm̄
saltē in illis pctis que sunt notoria: ⁊ penitē

tem ad salutē dirigere. In alijs vo pctis de
quib⁹ etiā sapiētes dubitāt simplex sacerdos
debet habere tantā scientiam ꝙ sciat de his
saltē dubitare: et remittere penitentē ad con
silium sapientioris. Nā difficile est scire oēm
materiā restitutionū: contractuū suspēsionū
et hmōi. Et idē dicit sctūs Bona. in. iiij. dist.
xvij. addēs: ꝙ debet semper scire ad que pec
cata sua potestas se pōt extēdere quoad ab-
solutionē. Et p̄dicta eliciunt ex. c. nulli sacer
dotū. xxxviij. di. Et possumus dicere ꝙ q̇ non
ingerit se: sed ex obediētia vel requisitus exer
cet se ex charitate in ꝯfessionib⁹ non tenetur
nisi ꝭm predicta. Sed q̇ obtulit se officio for
tius obligat. Talis em̄ tenet de oī exacta di-
ligentia. ar. ff. depositi. l. j. §. sepe. versi. sʒ ⁊ si.
vbi dr̕: ꝙ q̇ obtulit se deposito tenet de leuis
sima culpa vbi al̕s nō teneret nisi de dolo et
lata culpa: cū recipiat tm̄ ad vtilitatē alioꝝ.
Un̄ dicit Durandus vbi. s̄. ꝙ quotiens quis
se ingerit ad confessiones audiēdas totiens
offert se ad rn̄dendū de pctis mortalibus: et
de preceptis: de cōtractibus vsuris: ⁊ restitu
tionibus. Unde dʒ confessor quilibet saltē co
gnoscere genera peccatoꝝ: et que sint morta-
lia et capitalia saltem in communi. T

a Duertēdum tn̄ ꝭm Antoninū archi-
epm̄ Florētinum: ꝙ pōt q̇s dūmodo
nō sit nimis imperitus in tribus casi
bus audire confessiones. Primus est qn̄ peri
culū mortis īminet: nec ali⁹ ꝯfessor pōt habe
ri: tūc em̄ quilibet cōfessor pōt ⁊ debet eū au
dire. Scd̄s est qn̄ confitēs est perit⁹ sufficien
ter: ita ꝙ doceat cōfessorē: qd̕ dʒ itelligi si est
bone cōscientie ille qui cōfitetur ita ꝙ nō sit
verisimile ꝙ debeat fallere cōfessorē in dicen
do. Terti⁹ est qn̄ ꝯfitens viuit spūaliter ⁊ cre
bro ꝯfitet: ⁊ nō ꝯsueuit habere nisi venialia.
Qui ergo vult recte cōfiteri: querat sacerdo-
tē habētē ꝯsciām ⁊ scientiā: q: nō oī sacerdo
ti est cōfitendū. vn̄ Eccl̄i. iiij. dr̕. Ne subijcias
te homini pro pctō. Et in. d. c. qui vult. dicit
Aug. Qui cōfitetur sacerdoti meliori ꝙ pōt
cōfiteat. Stultus em̄ esset infirmus q̇ scien-
ter se medico cōmendaret ignorāti. U

s Ed hic orit dubiū. Si nō inuenit ido-
ne⁹ scīa ⁊ ꝯscīa sʒ vn⁹ deficit in scīa ⁊
alius in ꝯsciētia quid fiendū. Aliqui
dicūt: ꝙ tutius est cōfiteri habēti sciām ⁊ nō
cōsciētiā: q: scīa est necessaria ad executionē
sacramenti. Alij aūt dicunt oppositū et forte
melius: q: vt pʒ ex predictis deficiens in sciē
tia pōt ī casu necessitatꝭ sine peccato audire

cōfessionē. Sed deficiēs in consciā nō pōt sine pctō mortali se intromittere cui pctō annectitur qui ei peccādi occasionē prebet cū posset sibi aliter puidere: vt patet ex precedētibus. Et iō Eccli. xix. scriptū est. Melior est insipiētia cū timore dñi ꝙ apparens sapientia et stulticia. Preterea imperfectionem sciētie pōt supplere perfectio charitatis. ex. de renū. c. nisi cū pridē. §. pro defectu. Sed imperfectionem innocētie nō supplet sciētia: immo qō peius est quanto est maior sciētia tāto est periculosior: sicut bonus gladius in manu furiosi: patet in demone qui est denominat⁹ a sciētia. Jō dr. j. ad Cor. viij. Sciētia inflat: charitas edificat. Et idem habetur trāssumptiue in dicto. §. pro defectu. Audite exemplū qō accidit tēpore quo comes Franciscus sfortia factus est dux Mediolani. Quidā enī cōfessor sine cōsciētia discurrebat p diocesim Mediolanensiū dās bullas falsas et absoluēs ab oībus peccatis tā preteritis ꝙ futuris. Quidā aūt hoc intelligēs accessit ad eus et petijt ab eo vt sibi absolutionem faceret de quodā peccato magno qō volebat cōmittere: qui petijt ducatū p dicta absolutione: qua facta in scriptis ille taliter absolutus sciēs predictum cōfessorē debere discedere ab ipsa terra cū magna pecuniarū quātitate expectauit eus in quodā loco ꝛ totaliter expoliauit eū oībus reb⁹. Qui statim perrexit Mediolanū ꝛ accusauit expoliatorē suū corā duce. Cū ergo p eo misisset: ille confessus fuit qō eū expoliauerat. Et cū dux vellet eū tradere puniendum capitaneo iusticie: ipse rogauit ducē vt audiret causam suā. Deinde interrogauit ipsum cōfessorē corā duce: vtrū absoluisset eū a quodā pctō qō volebat facere: ꝛ ille qꝛ negare nō poterat: Respōdit ꝙ sic. Tunc expoliator dixit. Illustrissime princeps iste vadit p terras absoluēdo oēs qui dāt sibi pecuniam a peccatis etiā futuris: quare ego rogaui vt me absolueret de quodaꝫ magno pctō qō volebam cōmittere: ꝛ ipse me absoluit pro vno ducato: peccatū autē qō volebā cōmittere erat de despoliādo ipsum: quare si ab eo sim absolutus nō dꝫ querere aliā punitionē. Quibus auditis dux ꝛ oēs circūstantes in risum cōuersi sunt ꝛ illū confessorē reprobus cum vituperio expulerūt. Nolite ergo credere omni ceretano dicēti se habere autoritatē absoluēdi. sed seruate illud Eccl. xxxvij. A cōsiliario malo serua animā tuā. x

q Quarta cōditio cōfessoris dr discretionis. Debet enī cōfessor diligēter examinare cōsciētiam cōfitētis cū magna discretione. Et iō cōtra malos cōfessores dicit Dauid in ps. lxiij. Defecerūt scrutantes scrutinio. Jō Aug. de peni. di. vj. c. j. ait. Diligēs inq̄sitor ꝛ subtilis inuestigator sapienter ꝛ astute interroget a peccatore qō forsitan ignorat: vel ex verecūdia velit occultare. Sunt tū quedaꝫ que nō dꝫ nimis curiose inquirere: qñ nō sunt verisilia ꝙ sint in confitēte: maxime de valde turpibus que quis ignorat. Tales enī cōfessores reprehēdit Scotus in. iiij. dis. xv. ꝛ Dauid in ps. lxiij. Scrutati sunt inīqtates ꝛc. Ex hoc enī frequēter addiscit penitēs que nō nouit: ꝛ cōtingit sepius inquinari ipsum confessorem. Scriptū est enī Prouer. xj. Inuestigator malorū opprimetur ab eis. Jō nō debet talia enormia ꝛ incōsueta inquirere: nisi in generali ꝛ de lōginquo per quasdā circūlocutiones: vt si fecit qui ɔfitetur intelligat: ꝛ si nō fecit nō addiscat. Nā narrat Cesarius: ꝙ quedā v̄go cōfitebatur sacerdoti qui imprudens et indiscretus de peccatis sibi ignotis cepit eam interrogare que mox intantū cepit tētari ꝙ postea sicut retulit alteri sacerdoti vix ab illis potuit abstinere. Dicit ergo Scotus vbi. s. ꝙ valde peccāt tales cōfessores: maxime si talia inhonesta libēter audiunt. Debet ergo esse valde astutus et prudēs cōfessor ꝛ facere cōfitēti multas interrogationes. Primo vtrum anno preterito confessus sit ꝛ an integraliter. ꝛ vtrū compleuerit penitentiā sibi impositā: ꝛ vtrū recepit corpus dñi in pascate: ꝛ si recepit vtrū in statu gratie. Deinde dꝫ inq̄rere vtrū seruauit decē precepta discurrēdo per singula: ꝛ vtrū cōmisit aliqua ex septē vitijs capitalibus. Et an seruauit mādata ecclesie. Et an custodierit quinqꝫ sensus corporis: ꝛ fecerit opera misericordie. Deinde diligēter discutiat circūstantias peccatorū. Ad hoc enī tenetur sacerdos maxime qñ q̄ confitetur est ignorās. de peni. ꝛ re. c. omnis. §. sacerdos autē. Ideo Job. xxix. c. sui libri mystice ait. Causam quam nesciebam diligentissime inuestigabam. y

e T pro cōclusione huius partis dico ꝙ cōfessor qui est medicus spiritualis dꝫ facere sicut medicus corporalis septeꝫ cōsiderādo. Primū qō debet medicus cōsiderare est quidditas: idest que sit infirmitas. Una enī infirmitas sanaꝫ vna medicina que nō sanatur alia: immo quidā egroti recipiūt valitudinē vno medicamēto qui occiderenꝫ contrario. Et iō ex hoc puenit ꝙ multi infirmi moriūtur: qꝛ medici sepe nō cognoscūt infirmitates egrotantiuꝫ. Et sicut medicus spiritualis. s.

cōfessoꝛ debet cōsiderare quidditatē infirmita
tis spūalis: scꝫ peccati. hoc est eiꝰ genus ꝛ spe
ciem vt ei prouideat de remedio opportuno.
Scđo debet medicus corporalis cōsiderare tē
poralitatē infirmitatis. s. quāto tpe quis stetit
in ea: qꝛ inueterate infirmitati alia requiritur
medicina q̄ꝫ si sit infirmitas recēs que leuioꝛi
remedio potest amoueri. Et similiter confessoꝛ
debet cōsiderare quāto tempoꝛe penitēs stetit
in peccato ꝛ marime si hꝫ cōsuetudinē in ipso.
Tertio dꝫ medicus cōsiderare infirmitatū va
rietatē. Sepe em̄ in infirmo sunt egritudines
cōtrarie que requirūt cōtraria medicamenta.
Et iđ in hoc opoꝛtet medicū esse prudētissimū
ne remedia adhibendo vni infirmitati faciat
crescere aliā. Sicut qñ quis habet doloꝛes coli
cos qui requirūt remedia calida: ꝛ febrē pesti
lentialem que requirit remedia frigida. Et silr
cōfessoꝛ dꝫ cōsiderare peccatoꝝ diuersitatem.
Qñqꝫ em̄ qs hꝫ quedā pctā que videnꝰ sibi in
uicē quodāmodo esse cōtraria: licꝫ oīa vitia tē
dāt ad pctōꝛis dānationē ꝛ moꝛtē eternā. Nā
aliqñ quis hꝫ peccatū auaricie quo inducit ad
nō faciendū elemosynas pauperibꝰ: sed ad sibi
retinendū supflua. Alio autē ex latere hꝫ pctm̄
supbie ꝛ vane gloꝛie quo inducit ad erogādū
de bonis suis pauperibꝰ vt laudet et melioꝛ ac
misericoꝛdioꝛ ceteris reputet. Debet ergo con
fessoꝛ singulis pctīs cōgruētia adhibere reme
dia: ꝛ nō facere sicut quidā medicus q̄ quibus
dam pillulis siue pulueribus vel quodam ele
ctuario quascūqꝫ infirmitates volebat curare.
Quarto dꝫ medicus cōsiderare quātitatē infir
mitatis: scilꝫ vtrū sit magna vel parua: qꝛ vna
febricula tertiana curari pōt modica abstinen
tia ꝛ dieta vel phlobothomia. Febris aūt nota
ꝛ quartana aut hmōi potētioribꝰ remedijs in
diget. Et similiter confessoꝛ magnitudinem et
paruitatē peccati debet attendere: vt maioꝛi in
firmitati. i. peccatoꝛ maioꝛem det pnīe medici
nam ꝛ minoꝛi leuioꝛem. Quinto dꝫ medicꝰ cō
siderare qualitatē infirmi. s. an sit naturaliter
robustus: an xo delicatus et debilis: vt det ei
medicamēta q̄ valeat tolerare: ꝛ q̄ eius coꝛpo
ris complexioni conueniant. Aliqñ em̄ modicū
solutiui magnam operationeꝫ faciet vni infir
mo que nihil faceret alteri. Sed ei opoꝛtebit
dare multos scopulos diasenicon: diaprunis:
diagredij: ꝛ reubarbari ꝛc. Et similiter cōfes
soꝛ dꝫ considerare qualitatem ipsius peccato
ris: vtrū scꝫ possit verisilr facere penitentiam
quam ei vult iniungere ꝛc. Serto dꝫ medicus
considerare causalitateꝫ infirmitatis. s. qua ex
causa puenerit: aut ex caliditate vel frigidita
te: aut ex nimia comestione vel abstinētia. Qꝛ
medicine habent fieri p contraria. ij. Ethi. ꝛ si
militer cōfessoꝛ dꝫ ꝯsiderare causalitatē pecca
ti: an pcesserit pꝓpter malā societatē ꝛ cōuer
satione: an ex supflua comesatione: aut ex alia
causa: ꝛ ꝯfitēti interdicere ipam causam. Se
ptimo dꝫ medicꝰ ꝯsiderare accidētalitatē infir
mitatis. Qꝛ accidētia multū cōferūt ad cogno
scendū q̄ quid est. j. de aīa. Et ideo prudēs me
dicus non solū ꝯsiderat tēpus paroxismi: sꝫ etiā
multa alia inquirit. s. quanto tēpore pdurauit
frigus ꝛ caloꝛ febris: an senserit infirmus do
loꝛem capitis vel stomachi aut spatularuꝫ an
habuerit vomitū: vtrum in somnꝰs veniāt si
bi multa fantasmata ꝛ possit doꝛmire: ꝛ an ha
beat appetitū edendi: ꝛ lubricitatē: vel stiptici
tatē coꝛpoꝛis. Tangitqꝫ ei pulsum: respiciat vri
nam ꝛc. Et silr ꝯfessoꝛ dꝫ diligēter examinare
circūstātias pctōꝝ: ꝛ multa alia de qbꝰ Aug.
in lib. de pe. ait. Discretio cōfessoꝛis valde ne
cessaria est. Consideret quantitatē criminis in
loco: in tpe: in pseuerantia: in varietate psone:
cuius fuerit etatis: cuius sapientie et oꝛdinis:
ꝛ quali hoc fecerit tentatione: ꝛ de ipsius vitij
multiplici erecutione. hec ille. Quibus oībus
cōsideratis dꝫ vnicuiqꝫ infirmitati prebere cō
uenientia remedia ꝛ non facere moꝛe imperiti
medici q̄ oēm infirmitatem oculoꝝ vno colly
rio vult curare. c. si. xxix. di. Item ipse medicus
ꝛ confessoꝛ dꝫ esse talis q̄ infirmus ꝛ peccatoꝛ
habeat in eo confidentiam ꝛ spem recuperans
de sanitatis: aliter parū pficiet. Et p experien
tiam videt q̄ ex duobꝰ medicis eiusdem suffi
cientie ille plures infirmos curat in quo plures
confidunt ꝛ qui hꝫ maioꝛem famā peritie im
mo etiā si sit imperitioꝛ. Ad pdicta etiā potest
dari exemplū de quodam medico qui patrem
suum grauissime infirmū curauit: deinde vro
rem eiusdē patris sui nouercā suam eadeꝫ in
firmitate laboꝛantē lꝫ non iā graui nunq̄ cu
rare potuit: qꝛ in eo non tātū cōfidebat sicut
pater. Non dꝫ aūt cōfessoꝛ esse nimis rigidus
ꝛ austerus in sermone ꝛ reprehensiōe marime
anteq̄ penitens pfecerit ꝯfessioneꝫ. Qꝛ ex tali
asperitate sermonis tollit confidētia ꝯfitenti
ꝛ nō audet postea dicere oīa pctā sua: ꝛ sepe p
pter hoc facit ꝯfessionē inualidā. Et ideo ipse
confessoꝛ quantū pōt sm deū dꝫ esse cōsolato
rius ipsi ꝯfitenti ꝛ ipsum humanis verbis at
trahere: vt oīa sua crimina confidenter dicat.
Et tūc in eo verificabitur illud Job. xxvj. Ob
stetricante manu. i. discretione cōfessoꝛis piu

dentis eductus est coluber tortuosus.i.diabolus de aia pctōris. In fine ṗo ꝯfessionis ds illi ostendere grauitatē peccatoꝝ suoꝝ ⁊ declarare quantā pniam meref: ⁊ quātū pōt inducere eū ad dolorē suoꝝ delictoꝝ. Et hec sufficiāt ꝑ prima parte nostri sermonis.

Pars scda in qua ponūtur conditiones q̄s debet habere vera confessio.

Et ꝯditiones inter alias ds hre quelibet bona confessio. Quarū prima dr rectificationis: vt.s. non fiat animo simulato. Deus enim non irridetur. vt dicit Paulus ad Gal.vj. Sicut enim symia vult oia simulare in derisionem ⁊ tñ ipsa irridetur ⁊ capitur in suis derisionibus. Dū enim videt barbitonsorē seipsum radere ad speculū: ⁊ ipa hoc facere volens ⁊ sub gutture radere sibimet inscidit collum. Dū etiā videt hoiem calciari vult ipsū simulare ⁊ ligatis sibimet pedibus calceis capitur. Ita multi in sua cōfessione putant deridere deum vel hoies minuendo ac medicādo peccata sua cōmissa: s; ipi capiunf in ipis. Nō eñ deus talē cōfessionē acceptat sed iudicat pctōrem ac si nō esset ꝯfessus, addēs insup penas propter irrisionē. Cuius figura habetur ij.Reg.x. vbi legitur: ꝙ Dauid misit nūcios ad consolandū Amon de morte patris sui dolentē Sed ipse Amon persuasione suorum seruorū apprehendit seruos Dauid: ⁊ rasa eis medietate barbe ⁊ inscisis vestibus vsq; ad nates remisit illos ad Dauid sic illusos. Qd audiens Dauid eos noluit intueri donec barbe eorum creuissent ⁊ tunc vestitos vestimentis cōpletis vidit eos. Et remisit Joab cum exercitu suo ⁊ exterminauit Amon de terra sua ob hanc derisionē. Per amon eñ significaf pctōr. Amon nāq; interpretatur onustus vel populus dolens siue populus meroris vel ppl's iniqu' aut inutilis. Orbaf eñ patre.i. vsu liberi arbitrij quos prius merebatur. Sed mittit Dauid seruos suos ad consolandū ipsum: q: xp̄s inspirat ei noticiam pctōꝝ: vt illa cōfitendo ꝯualescat ⁊ liberetur ab illo merore ⁊ pōdere quo premebatur. Sed adest praua familia suadens vt derideat seruos Dauid. Hec autem nefanda familia est pudor cōfessionis: timor satisfactionis: ⁊ amor delectationis. Et vide quid suadēt ipsi amō.i. peccatori. Dicit pudor confessionis. Pctā tua sunt nimis lubrica ⁊ turpia. Inscide sibi vestes vsq; ad nates vt media appareāt et media sint cooperta. Rade sibi medietatem barbe vt non reputet te confessor tuus tam sordidum. Dicit autē timor satisfactionis, Caue ne te diuitem et vsura confitearis: q: oportebit te satisfacere et remaneres pauper. Dicit autē amor delectationis. Ne confitearis te talē libidinē exercuisse ne ipa delectatiōe priueris. Et sic suadet hec praua familia vt peccator sua peccata diminuat. Et tunc miser credēs deridere deū vel cōfessorem ipe deridef. Qz deus talē non respicit cōfessionē medietatis pctōꝝ: s; integrā intuetur Nō vult eñ illa videre dimidiata sed pro integris ⁊ cōpletis punit. Uñ mittit Joab qui interpretaf inimic'.i. diabolus qui ipm pctōrē sic male cōfessum interimat. Ad predicta etiā facit qd scribit Uegetius in libro de re militari dicens: ꝙ nihil magis in acie custodiendum est ꝙ vt oēs milites incedēdi ordinem seruent ⁊ abinuicē non separenf. Periculū eñ ab hostibus semp sustinet grauissimum diuisus ⁊ inordinatus exercitus. Qz nāq; nos dū cōfitemur pctā nr̄a pugnamus cōtra diabolū ⁊ tot armatos milites dirigim' aduersus eū quot peccata legitime cōfitemur. Ideo sumopere cauēdum est ne talia exercitus inordinate ꝓcedat vel diuise.i. ne vnū peccatū manifestef ⁊ aliud taceatur ⁊ aliquid diminuaf de eo qd factū est. Sic eñ deficiendo diabolus nos vinceret. Jō quēadmodum pctā cōmissa sunt ita etiā debent lachrymabiliter cōfiteri ⁊ statim diabolum superabimus. Cuius figura hr̄.j.Mach.v. vbi legitur: ꝙ Judas machabeus venit cōgregato exercitu cōtra Timotheū ducem filioꝝ Amon: iuxta torrentē: quē vidēs Timotheus ait principibus suis. Si Judas transiens torrentē inuadet nos nō poterimus preualere aduersus eū: si ṗo timuerit ad nos trāsire ibimus ad ipsum ⁊ superabimus eū. Judas aūt ordinato scriba siue notario qui oim noia sciebat fecit oēs pro pprio noie ⁊ cognomine vocari ⁊ transire torrentem. Quo facto perterritus Timotheus fugatus est ⁊ exercitus eius. Judas ṗo successa terra coꝝ ascendit mōtem syon integrum ducens exercitum suum sine vllo damno: ⁊ ibi dño sacrificauit ⁊ obtulit holocaustum. Per Judam eñ significaf ois penitēs. Judas eñ interpretatur glorificans: ⁊ ipse penitens glificat deū. Iste aūt Judas.i. penitens: primo accedit contra diabolum vsq; ad torrentē lachrymarū ꝑ cōtritionē. Sed si vult obtinere victoriā opꝫ ꝙ ꝓgrediatur: q: nō sufficit fundere lachrymas: sed necesse est cōfiteri pctā. Qd cognoscēs diabolus dicit socijs suis. Si trāsierit torrētē ⁊c. Et ideo oportet ꝙ ipse Judas per notarium: idest memoriam: que omnia peccata habet inscriptis quātū ad nomē: ⁊ quātū ad cognomē

idest quãtũ ad locũ tp̃s ꝛ modũ ꝛ quoad oẽs
alias circũstãtias ad verã cõfessionẽ requisitas
faciat oĩa trãsfretare singulatim ꝛ audacter: ꝛ
sic oĩbus pctis trãseũtibus torrẽtẽ p cõfessionẽ
cõterit diabolus ꝛ dissipat habitatio eius: per
quam culpã habitabat in aĩa. Et tũc ipsa aĩa
hac obtẽta victoria cũ oĩbus virtutibus suis
sine aliqua lesione ascẽdit in montẽ syõ ad spe
culandũ eternã beatitudinem. Sa[ths]ãs ergo dia
bolus Judã.i.ipsã aĩam penitẽtẽ venisse vsq̃
ad torrẽtẽ.i.ad lachrymabilẽ cõpunctionẽ con
gregat exercitũ suarũ tentationũ ad impedien
dum ne trãseat vltra p cõfessionẽ: vel vt saltẽ
aliquos de socijs ipsius nõ pmittat trãsire: vt
sic ipsum iudã valeat superare: optime sciens
ipsum nisi oẽs sui socij trãsierint nõ posse eius
manũ euadere. Et ideo Orige. sup Leuit. expo
nens illud p s̃.xxxj. Dixi confitebor aduersum
me ꝛc. nos hortat ad integrã cõfessionẽ dĩ. Vi
des q̃ pnunciare pctĩ remissionẽ pctĩ meret.
Preuẽtus est diabolus in accusatiõe vltra nos
accusare non poterit. Si enim nostri accusato
res fuerimus nobis pficiet ad salutẽ: si vo ex
pectemus vt a diabolo accusemur accusatio il
la cedet nobis ad penam: diabolusq̃ eos habe
bit socios in gehẽna quos cõuicerit criminũ so
cios habuisse. hec ille. Licz aũt nõ sit necesse cõ
fiteri particulariter oĩa pctã venialia sed suffi
ciat illi cõfiteri in generali: si in purgatorio no
lumus p eis atrocius cruciari: tñ debem⁹ ani
mam nostrã studiose purgare etiã a venialib⁹:
ne per illa trahamur ad mortalia. Ait eñ Au
gu. in li. de decẽ chordis. Nolite cõtemnere ve
nialia: quia minima sunt: sed timete: q2 plura
sunt: plerũq̃ eñ bestie minute nocent. Nũqd
nõ minutissima sunt grana arene: sed tñ si am
plius mittãtur in naui mergunt eã vt pereat.
Q̃ minute sunt gutte pluuie: ꝛ tñ flumina im
plent ꝛ domos dejiciunt. Timẽda est ergo rui
na multitudinis ꝛ si non magnitudinis: q̃ ver
ba inquit Aug. q2 assiduitas pctõꝝ venialium
interdũ inducit tã efficacẽ consuetudinẽ in ma
lo: ꝛ tales facit cõcurrere circũstantias ꝛ cõdi
tiones q̃ ab ipsis pcedit ad mortales culpas
que deducunt hoĩes ad eternũ interitũ. Et p
pterea dicit etiã idẽ Aug. in quadã homel. q̃ si
cut gutte aque q̃uis minute cõtinue fluẽtes
in naui per sentinam nisi ipa sentina euacuet:
tandem demergi facient nauem. Ita nisi pctõ
rum venialium cõtinuus fluxus reprimatur: ꝛ
ab aĩa ejiciatur: perduceret finaliter ipsam ad
tartarei abyssi demersionem. Et hec sufficiant
quantũ ad primã cõditionem bone cõfessionis

que etiã appellari põt perfectionis: vt. s. omĩa
pctã perfecte ꝛ itegraliter cõfiteant. Scda cõ
ditio dr̃ propositionis. Debet eñ ille qui vadit
ad cõfessionẽ firmiter pponere in aĩo suo nũq̃
amplius cõmittere illa pctã. Si eñ haberet in
tentionẽ recidiuãdi in vanũ confiteret nec reci
peret gratiã dei per confessionẽ. Quia vt dicit
Sap. j. In maliuolã aĩam nõ introibit sapien
tia. Q2 aũt cõfessio sine tali pposito nõ valeat:
pz per exẽplũ qd̃ legit in miraculis scti Cõstã
tini cantuariensis archiepi vbi dr̃: q̃ celebrante
missam sctõ Lauphrato quidã eius diaconus
iuuenis qui in ipsa missa dixerat euãgeliũ ibi
dem cũctis videntibus fuit post euangeliũ ar
reptus a diabolo. Demon eñ per vẽtrem eius
tanq̃ canis paruulus currebat: nũc versus os
nũc versus inferiora. Et quicũq̃ ad eũ accede
bat si crimẽ aliqd̃ mortale habebat: de quo nõ
esset cõfessus illud publice detegebat. Qua de
causa nõnulli erubescentes pure sunt confessi.
Qui dũ se illi presentarent querebat demõ qui
essent ꝛ vñ venirẽt nullã vt prius eoꝝ habens
noticiã. Aliud etiã exẽpluz recitat Cesarius
dicens: q̃ in brabãtia apparuit quidã demõ q̃
oĩbus sibi loquentibus peccata cõmissa ꝛ non
cõfessa improperabat. Accidit aũt q̃ quidã hõ
desiderans ipsum audire sed timens ne pecca
ta sua reuelaret cõfessus est ea cũ volũtate ite
rum recidiuandi in eis. vnde hac cõfessione fa
cta iuit ad demonez. Ex mox vt introiuit: demõ
in aere clamans dixit. Amice veni huc: q2 certe
bene te dealbasti. Et statim omnia peccata sua
lz totaliter cõfessa omnibus audientibus reue
lauit: ꝛ q2 turpia erant ꝛ vilia illum nimis con
fudit ꝛ dãnandũ dixit. Unde ille tristis effect⁹
ꝛ ad se reuersus perrexit ad cõfessorẽ suũ ꝛ ei q̃
acciderãt retulit: ꝛ cõfessionẽ reiterauit cũ infir
mo pposito nõ recidiuandi. Tunc cõfessor illi
ait. Mõ securus reuertere: q2 amplius non po
terit te cõfundere. Qui cũ rursus ad demonem
iuisset: dixit quidaz de circũstantibus demoni.
Ecce amicus tuus cui pauloante tã turpia pec
cata improperasti. Demõ aũt respõdit. Ego ni
hil isti improperaui nec de ipso aliqd̃ mali scio
Tunc circunstantes existimauerunt demonem
prius fuisse mentitum. Et sic per virtutem san
cte cõfessionis euasit notaz maxime cõfusiõis.
Refert quoq̃ idem Cesarius: q̃ coraz predicto
demone existente quedam matrona cum filia
sua iuuencula q̃ stuprum cõmiserat ꝛ de eo nõ
fuerat cõfessa: ipse demon ait illi. Putas filiaz
tuam quã tenes a latere esse virginez. Uere tu
male eaz custodisti: ꝛ si mihi nõ credis interro

ga. Petronellā que fuit conscia stupri puelle: Dis aūt auditis stupēs mater filiā a se repulit cū indignatiōe ꝛ ɔfusione dicēs. Recede a me meretrix qꝛ nunq̄ aliqd de meo habebis. Illa ꝯo sibi bene ɔscia simulatus lachrymis eiulās egressa est dicens demonē fuisse mētitū. Inspirante aūt deo statim ad vicinū sacerdotem in scia matre currens cū magna cordis contritione est confessa. Et post confessionē ad matrem reuersa q̄ de loco illo nondū recesserat: ait illi. Male fecisti mater sic me repellēdo ad ꝟbum demonis qui est mendax: ꝛ cepit lachrymari. Cōmota igit̄ mater sup filia lachrymante dixit demoni. Quare tale crimē filie mee imposuisti. Demō aūt rn̄dit. Nihil mali locut⁹ sum de filia tua: bona est ꝛ mūda ꝛ nihil mali scio de ea neq̄ dixi de ipsa. Sic igit̄ puella vere cōfessionis bn̄ficio a stupri nota est liberata ꝛ ad matris grām reducta q̄ prius non vere ɔfessa fuerat vituperata. Aliud etiā exēplū legitur in chronicis ordinis nostri: vbi dr̄: q̄ Parisius fuit qdam magnus vsurarius qui infirmitate grauatus ꝛ in extremis laborans: cuidā fratri nostro ɔfessus est oīa pctā sua plenā restituendi vsuras faciens cautionē. Et hoc facto defunctus est ac honorifice sepultus. Sed post aliquātulū tēporis idē frater noster in via quadā inueniēs demoniacū pcepit demoni vt sibi diceret qd factū fuisset de aīa ipsi⁹ vsurarij. Qui rn̄dit ei dicens. Nobiscū est in inferno sepult⁹. Tunc frater non credens increpauit demonem dicens eū mendacē: qꝛ dictus vsurarius omnia pctā sua confessus fuerat ꝛ nihil dimiserat de his q̄ ad aīe salutē ptinebāt. Rn̄dit aūt demō. Uere qcquid ei ɔsuluisti totū fecit: excepto q̄ siuirissēt restituere nō intendebat: ꝛ de hoc tu eo deceptus fuisti. Et sic nos pꝑter suā ɔfessionē credidimus pdidisse illū: sed deus q̄ nouit abscondita cordis ipm̄ pꝑter h̄ nobis adiudicauit. Et vt indubitanter credas qđ dico scias q̄ semp interfui sue confessioni: ꝛ q̄cūq̄ tibi confessus est audiui. Et cū demon oīa per ordinē enarraret ꝛ tp̄s ac locū ɔfessiōis ꝛ ipa pctā q̄(qꝛ de his non bene fuerat cōfessus)demon adhuc sciebat: ille confessor cogitauit sic esse veritatem. O quot inueniunt̄ de talib⁹ de quib⁹ inqt dn̄s Esa. xxvi. ꝛ Mat. xv. Populus hic labijs me honorat: cor aūt eius longe est a me. Et iō Aug. in. j. lib. de virginitate ait. Nemo a peccato tanq̄ rediturus abscedat. Dz ergo ɔfessio fieri cū charitate ꝛ dei amore ꝛ non solū ex timore. Un̄ inqt Aug. in. c. nulli⁹. de pe. di. vij. Quem penitet opz non solum deum timere iudicē sed etiā iustū diligere: vt non solū penā timeat sed etiā anxietur p gl'ia. Ait etiā Greg. in quadā homel'. Nil hz viriditatis ramus boni opis si nō mānserit in radice charitatis. Propterea scriptū est Eccī. xvij. A mortuo quasi nihil perit cōfessio. Iō Dauid ps̄. liij. dicebat. Uolūtarie sacrificabo tibi ꝛ ɔfitebor nomini tuo dn̄e qm̄ bonum est. A

Tertia cōditio cōfessionis dr̄ discretionis. Cōfessio em̄ debet fieri cū magna discretione: qꝛ discretio est mater oīm virtutū. c. j. de offi. custo. ꝛ. c. p̄sentiū. j. q. v. Iō Nicolaus de lyra sup illa ꝟba Mat. v. q̄ si sal euanuerit ait. Sicut sale oīa condiuntur cibaria: ita discretione oīa opera nr̄a ordinari debēt et dirigi. Et iō Bern̄. sup Can̄. sermone. ij. dicit. Discretio q̄ppe omni ꝟtuti ordinē ponit: modū tribuit: decorē: et perpetuitatem cōfert. Est ergo discretio nō tam ꝟtus q̄ moderatrix ꝟtutū ordinatrixq̄ affectuū ꝛ doctrix morum: tolle hāc: ꝛ virt⁹ vitiū erit. hec ille. Et Isido. in sinoni. ait. Quicqd boni cū discretione feceris virtus est: quicquid sine discretione gesseris vitiū est. Uirt⁹ em̄ indiscreta p vitio reputatur. Hac ergo discretione habita dz pctōr grauediorē pctōꝝ suoꝝ discrete considerare ꝛ grauiora prius cōfiteri: ꝛ cum maiori maturitate ac diligentia: deinde minora. arg. in. c. admonere. xxxiij. q. ij. Nā vbi maius periculū intendit̄ ibi pculdubio plenius est cōsulendū. ex̄ de elec. c. vbi periculū. li. vj. Cōtra qđ faciūt quidā qui valde pōderāt leuia: ꝛ trāscurrunt grauia confitētur se in ecclesia sputū fecisse ꝛ de acerbissimis criminibus pertranseūt. Et talis erat conscietia phariseoꝝ decimātium mentā et rutem ꝛ omne olus: ꝛ grauiora legis pretermittentium Math. xxiij. Istoꝝ aūt cōscientia cōparatur telis aranearum capiētibus paruas muscas ꝛ magnas nō. Semp ergo incipias cōfiteri grauiora que te magis onerant et postea facilius confiteberis minora. B

Quarta cōditio cōfessionis dicitur esse denudationis. Unde sciendum est fm̄ Alexā. de ales vbi. s. ꝛ Rich. in. iiij. di. xxj. ar. iij. q. iiij. q̄ in cōfessione debet quilibet denudare qđ fecit: ꝛ nō debet qs dicere mēdacium: vel q̄ non fecit cā humilitatis: qꝛ si non licet alicui ferre testimoniū ɔtra primū. Exo. xx. multo min⁹ cōtra seipm̄. fm̄ Aug. x. de ciui. dei. c. xxj. Iō inqt Aug. xxij. q. ij. c. cū humilitatis. Cū humilitatis cā mētiris: si nō eras peccator anteq̄ mētireris: mentiendo efficeris qđ euitaueras. Debemus ergo dicere veritatē in

cōfessione: vt inqt Aug. sermone. xxij. sup Joan. Et iō nō debemus vti duplicibus verbis. Unde inqt Alerā. de ales vbi. s. q penitens aut scit se fecisse pctm̄ et tūc simpliciter obligat ad cōfitendū illud ⁊ si apponit cōditionē dicēdo si hoc feci nulla est cōfessio. Et in hoc errāt multi dicētes. Si fecissem talē rem: dico meā culpā quib⁹ ipse responderē. Et ego si te absoluo absoluo: sicut semel feci cuidā qui quasi in oībus pctis de quib⁹ cōfitebat semp dicebat. Si hoc feci dico meā culpā. Si vo timet se peccasse sed nō scit p certo: sed dubitat aut opinat: debet dicere stimulū suū sicuti est: dicēdo: timeo vel dubito aut opinor me cōmisisse tale peccatum. Bonarū quippe mentiū est ibi culpā timere vbi culpa nō est. c. ad eius. v. di. ⁊ c. n. §. cū aūt. de obser. ieiu. Jō Job. ix. c. dicebat. Uerebar cia opera mea. Debet ergo certū pro certo cōfiteri ⁊ dubiū pro dubio. Sūc cauendū est ne conscientia sit grossa aut erronea vel presumptuosa: ⁊ iō cū qs suā consciam cū omi diligētia examinauerit existimare ds q multa mala commisit de quibus non recordat ⁊ que non cognoscat. Et iō in fine cōfessionis ds dicere de oībus istis pctis meis cōfessis ⁊ oblitis p negligētiā: dico meā culpā: sciēs q p illis pctis q p negligētiā obliuiscunt: maiores penas patietur in purgatorio q̄ si de illis esset cōfessus. Jō dicebat Dauid ps. xviij. Delicta qs intelligit ab occultis meis müda me dñe. Jō dicit Alerā. de ales vbi s. fm sententiā Aug. in li. de peni. ⁊ etiā beat⁹ Tho. in. iiij. dist. xxi. in expositione littere: q nō sufficit dicere petā in generali sed necesse est dicere in particulari vni cōfessori eius peccata de quibus recordat facta diligēti examinatione. Unde de peni. dist. j. §. alij. di. Dic tu prius iniquitates tuas vt iustificeris. Uerū qr vt scriptum est. l. ij. §. si qd aūt. C. de vete. iu. enu. ⁊ per glo. in. c. porrecta. de cōfir. vti. vel inuti. Omniu habere memoriā ⁊ in nullo penitus errare diuinitatis pot.⁹ q̄ humanitatis est. Jō qñ qs adhibuit diligentiā quā potuit in recogitando peccata sufficit dicere culpā generaliter de oblitis ⁊ deus illa remittit. Ut inquit Ric. in. iiij. di. xxi. ar. iij. q. iij.

Quinta cōditio cōfessionis d̄r inexcusationis siue inculpabilitatis. Unusqsq̄ eñi debet se inculpare humiliter: et nō facere sicut quedā mulier que in cōfessione dicebat q erat vna magna peccatrix. Cū aūt confessor vt pbaret eā dixisset: q etiā ipe hoc intellexerat: illa indignata ait. Non credatis ita esse. Scio eñi qs fuit ille scelerat⁹ qui male dixit vobis de me. Et cepit se innocētē velle ostēdere. Nō igit ds quis se excusare in cōfessione sed accusare. Unde Aug. in li. l. homeliarū: homelia. xij. ait. Cōfiteamur petā nra nō excusemus tu fecisti: tu reus es: tibi ignoscit. Et idem in libro de vbis dñi: sermone. vij. inqt. Esto accusator tuus ⁊ de⁹ erit indultor tuus. Cōtra qd faciūt multi qui excusant peccata sua excusantes per errorē vel ignorantiā q̄ fecerūt per maliciam: vel dicentes. Nescio si hoc feci cū error in facto pprio nō sit tolerabilis. c. ab excōicato. de rescriptis. ⁊ C. de rescin. vēdi. l. quisquis. et ff. de iuris ⁊ facti igno. l. plurimum. Alij retorquēt pctm̄ suū in deū cū deus nō possit esse autor pcti: vt inqt Aug. in. v. de ciui. dei. Qui etiā in libro de vera ⁊ falsa pnia dicit. Nō debet hō se excusare ne suū augeat crimen: vt Adam cui non sufficiebat peccasse sed suū amplificabat crimen culpādo vxorē: ⁊ culpā transferēdo in auctorem. Non igit peccātes dicamus. Non aliud potui qr me cōstituit sic: qr deus fecit me pauperē. Nec mirū si dedit⁹ sum fornicatiōi: qr talis creatus sum natura fragilitas cui vtcū magna cogit me committere crimina talia. Errat eñi qui sic fallit. Natura nāqz talis est vt possit quilibet resistere malo cui se subiecit ex arbitrio. hec ille. Alij excusant se dicentes q diabolus hoc eos facere cogit: qd est falsum. Et pōt dari exemplum de illo religioso cui cū diabolus effecit dapa in questu: ipsi illa portauit ad cellā ⁊ ad lucerne ignē decoquens comedit. Cū autē cōfitēdo diceret prelato suo q instigatiōe diaboli hoc fecerat: demon rndit dicēs. Mētitur qr ego hāc moliciā inuenire nesciuissem. Cōtra tales inqt Aug. in libro quinquaginta homeliarū: homelia. xl. Suadere et sollicitare diabol⁹ pōt: cogere oino nō pōt. Et Hiero. ait. Debilis est hostis q̄ nō vincit nisi volentē. Et iō vnusquisqz in confessione debet dicere cum ps. xl. Sana aīam meā qr peccaui tibi. ⁊ cum eodem ppheta. ij. Reg. xxiiij. Ego sum dñe qui peccaui ego qui inique egi. Multas alias conditiones ad cōfessionē ptinētes cū predictis ponūt theologi: maxime Tho. in. iiij. di. xvij. quas breuitatis causa nō multū explanabo. Sunt aūt sedecim que in his versibus continentur.

Sit simplex: humilis confessio pura: fidelis:
Atqz frequēs nuda: discreta libēs verecūda,
Integra secreta: lachrymabilis: accelerata.
Fortis et accusans: ac sit parere parata.

Simplex: scz vt nō recitet in cōfessione nisi ea que ad ipsam pertinēt. Humilis: vt miserum se ⁊ infirmū cognoscat et cōfiteatur. Pura vt re

eta sit eius intẽtio. Fidelis. i. vera ⁊ sine falsitate: ⁊ vt tam cõfitẽs ꝙ̃ cõfessor sit in fide catholica: ⁊ fiat cõfessio fm̃ doctrinam ecclesie ⁊ non hereticorũ: ⁊ ꝙ fiat sub spe venie. De primo habef. de peni. dis. v. s. c. qui vult. De scdo de peni. di. i. c. quẽ penitet. ⁊. c. nemo. Frequens: vt frequenter cadens frequẽter cõfiteat ⁊ resurgat. c. septies. de peni. di. iii. Uel vt idẽ pctm̃ pluribus cõfiteat: vt facilius pene remissionẽ consequat. d. c. quẽ penitet. Si em̃ nõ remittif et in hoc seculo purgabif in alio. Nuda: vt nõ inuoluat obscuritatẽ verborum. Discreta: vt maiora pctã cũ maiori põdere cõfiteat: ⁊ discretũ querat sacerdotem. d. c. qui vult. Et distincte ⁊c separatim singula pctã cõfiteaf ita ꝙ ɔfessor bñ intelligat. Nõ faciẽdo sicut quidã q̃ cognoscentes ꝙ vnus ɔfessor ꝓ maiori parte dormiebat qñ audiebat cõfessionẽ: oẽs ibãt ad illum ⁊ qñ grauiori somno opprimebaf dicebãt turpiora pctã. Et finita cõfessione excitabãt eũ a somno: vt daret eis absolutionẽ. Debet queq cõfessio esse libẽs. i. spõtanea nõ coacta. Uerecũda: vt de pctis erubescat: ⁊ non se iactet. Integra: vt oĩa pctã vni dicat. Secreta: quoad cõfitẽtes: ⁊ etiã quoad cõfitẽtẽ in hĩs que possent scãdalum generare. ⁊ vt fiat in secreto. Lachrymabilis quoad ɔtritionẽ. Accelerata: vt nõ differat de die in diẽ cõfiteri. Fortis: vt nihil dimittat ꝓpter verecũdiam: accusans seipsum nõ alios: ac sit parere parata. s. confessori in acceptanda iniuncta penitentia: ⁊ reliquis pertinentibus ad suam salutem. D

Ed q̃rtũ cõ ditionũ dimissa ꝓnũc ampliori expositione solũmõ dicemus, secũdam ⁊ vltimã cõditionẽ quã debet habere cõfessio q̃ dr̃ humiliationis ⁊ verecũdationis: vt em̃ inqt Aug. in. c. quẽ penitet. de peni. di. i. Ille qui vadit ad cõfessionẽ dz cũ verecundia ⁊ rubore dicere pctã sua. Et nõ facere sicut quidã qui sine dolore ⁊ verecũdia: immo sepe cũ quadã vana gl'ia ⁊ risu dicunt pctã sua: qđ est signũ magne indispositionis. Debetis ergo accedere ad cõfessionẽ cũ maxima humilitate: vt inqt Aug. in homel. s. super primã canonicã Johãnis: ⁊ in li. de virginitate. c. l. in lib. de verbis dñi. sermone. xi. Quia vt scriptum est. §. ta a turnitas. de peni. di. i. Sine humilitate alicui veniã sperare nõ licet. Cõtra qđ faciunt multi qui tumidi ac superbi ac sine vlla humilitate ⁊ reuerentiã vadunt ad cõfessionem magis ad se lauandum ꝙ̃ ad se excusandũ. Sicut faciebat quedam mulier que in cõfessione dicebat. Dico meã culpam de omnibus peccatis meis: ego tamen sum bona mulier ⁊ libenter facio opera pietatis ⁊c. Uidens aũt cõfessor ꝙ nihil aliud dicebat nisi suas laudes: dixit ei. Estis male cõtẽta de omibus bonis que fecistis. Illa vo que aliquantulũ surda erat respondit. Domine ita. Tunc confessor sine aliqua absolutione eam dimittens ait. Ite ergo ⁊ dicite vnum pater noster pro penitentia. Alij pompaticis vestibus ornati tam viri ꝙ̃ mulieres vadunt ad confessiones sicut ad tripudium. O nefandum facinus: o magna dementia: o stulticia immensa. Si enim mulier offendisset virum suum maxime in turpibus volens ab eo indulgentiã sperare. profecto oculis ad terrã deiectis veniam postularet. Tu ergo anima que es sponsa christi desponsata illi per fidem. Osee. ii. Et fornicata es cum amatoribus multis Hiere. iii. Debes cum maxima humilitate ⁊ multis lachrymis si fieri potest coram vicario christi te prosternere deuote: iuxta illud Eccli. iiii. Ante sacerdotem humilia animam tuam: quia cor contritum ⁊ humiliatum deus non despiciet Psal. l. ⁊. c. sacrificium. ⁊. c. in actione. de pe. di. i. ⁊ corrigia vel chorda ad collum apposita. Uel saltẽ cum maxima reuerentia dicere cũ Dauid psal. l. Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Et cũ publicano Luce. xviii. Deus propitius esto mihi peccatori. Et cum filio prodigo Luce. xv. Pater peccaui in celum ⁊ coram te iam nõn sũm dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum ex mercennarijs tuis. Ipse vo benignus ⁊ misericors pater noster celestis omnia peccata tua tibi dimittet: ⁊ diaboli potestatem super te seuientem auferet. Nam recitat Cesarius: ꝙ fuit vna concubina cuiusdam sacerdotis qui seipsum laqueo suspendit: de cui⁹ morte illa perterrita monasteriũ quodã intrauit. Quam demon sepe sollicitabat ad peccandum dicens. Consenti mihi ⁊ ego faciam te magnam dominam. Illa vo facto signo crucis vel aspersa aqua benedicta fugabat diabolum sed statim reuertebatur. Tunc de cõsilio cuiusdam confessoris quãdo diabolus apparebat sibi cepit dicere. Aue maria. ⁊ statim fugiebat diabolus veluti si sagitta fuisset percussus ⁊ propius accedere non audebat: non tamen eam ex toto relinquebat. Tandem consultum fuit ei vt generalem confessionem faceret ad quam cum iret interrogauit eam demon dicens. Quo vadis. Et illa inquit. Uado confundere me⁹ ⁊ te. Et demon ait. Noli noli hoc facere: sed reuertere. Cui illa dixit. Sepius me confudisti nunc autem confundam te. Ille

ꝟo nec minis nec blādicijs valēs eaȝ retrahere
seqbaꝛ vsqȝ ad locū cōfessiōis sicut miluus in
aere sup eā volitās. Que mox vt os ad cōfessio
nē aperuit: ille clamans ⁊ eiulans euanuit: nec
vnqȝ postea visus est ab ea nec audit⁹: quo mi
raculo patuit ꝙ nō sufficit dicere. Aue maria.
sine cōfessiōe ad totalr fugādū demoniū. Uult
eīm btā virgo ꝙ deuoti sui cōfiteanꝛ.

Pars tertia de fructificatione. E

m Ultū vtile est hoīem frequēter cōfi-
teri: vt dꝛ in sum. ꝯfes. li. iij. ti. xxxiiij.
q. lxv. Un̄ Alexā. de ales in. iiij. parte
sum. in trac. de cōfessione. ponit no-
uem vtilitates: quas ille cōsequiꝛ qui frequen
ter ⁊ deuote cōfiteꝛ. Quibus vtilitatibus pri-
mo recitatis alias nouē subiungemus. Prima
vtilitas dꝛ cognitionis. s. peccati. Nā vt supra-
dictū est cōfessor teneꝛ instruere ꝯfitentē: eiqȝ
ostēdere quantū pōt pctōꝝ q̄litatē. q̄n. s. aliqd
pctm̄ est mortale: ⁊ q̄n veniale. Et sic ex conse-
quenti ille q̄ sepius sua pctā ꝯfiteꝛ: clari⁹ ea co-
gnoscit. Et maxie q̄n diuersis ꝯfessoribus eadeȝ
pctā ꝯfiteꝛ. Quia sepe qđ nescit vnus aut forte
nō ita bene declarat: supplet alius. Itē ꝓpter
actū humilitatis quē facit cōfitens: deus illu-
minat eius intellectū ad cognitionē suoꝝ deli-
ctorum: ita vt cum propheta dicere possit. ps̄. l.
Iniquitatē meam ego cognosco ⁊c. Et ideo dꝛ
Apoc. iij. Collyrio vnge oculos tuos vt videas.
Collyriū enim qđ ex quadā aqua ⁊ puluere ꝯfi
citur: ⁊ purgat humores oculoꝝ: significat cō-
fessionē per quā puluere ꝯsiderationis peccato
rum ⁊ aqua lachrymose cōpunctionis intelle-
ctus illuminaꝛ. Unde Ioh. ix. dicebat cecus il-
luminatus. Abij ⁊ laui ⁊ vidi. F

s Ecunda vtilitas dꝛ satisfactionis. Ue-
recundia eni cū qua q̄s pctā sua ꝯfiteꝛ
est quasi palliū ꝑciosum cooperiēs pec
catū. Un̄ Ambro. i li. de sctō Ioseph dicit. Plu
rimū suffragaꝛ verecunda confessio. Et penam
quā defensione vitare nō possumus: pudore cō
fessionis extinguimus: ⁊ Augu. in li. de pnia. ⁊
poniꝛ de pnia dist. j. c. quem penitet. ait. Qui ꝑ
vos peccastis per vos erubescatis. Erubescen-
tia enim ipsa partē hꝫ remissionis. Et q̄m vere-
cundia magna est pena: qui erubescit ꝓ xp̄o fit
dignus venia. hec ille. Et ideo inq̄t Alexan. de
ales vbi. s̄. ⁊ beatus Tho. in. iiij. dis. xvij. ar. iij.
q. v. ꝙ quanto q̄s pluries confitetur ⁊ diuersis
pl⁹ erubescit. Et ideo magis sibi remittitur
de pena purgatorij. Tertia vtilitas dꝛ secura
tionis. Nā ille qui cōfiteꝛ recipit securitatē mē
tis ⁊ tranquillitatem animi, vn̄ Dauid ps̄. xlj.
inquit. In voce exultationis ⁊ confessionis so-
nus epulātis. Et rō est: qꝛ per cōfessionē anima
pacificaꝛ cū deo. Esa. lvij. Creaui fructū labioꝝ
pacem. Item per ipsam sereneꝛ ꝯsciā. ij. ad Co-
rinth. j. Gloria nr̄a hec est: testimoniū cōsciētie
nostre. Et hoc ꝓbare potestis ꝑ experientiam:
Nam q̄n itis ad cōfessionē: videꝛ vobis ꝙ ha-
beatis montē magnum super humeros ⁊ maxi
mā grauedinem. Statim ꝟo q̄n confessi estis
leues estis ⁊ hilares atqȝ iocundi: qꝛ putredi-
nem peccatorū ab aīa expulistis. Quarta vti
litas dꝛ diminutionis. Nam vt dicūt doc. maxi
me Rich. nr. in. iiij. di. xviij. Uirtute clauium ⁊
absolutionis diminuitur pena purgatorij pro
peccatis debita. vn̄ dicit beatus Tho. vbi. s̄. ꝙ
quis posset totiēs ideȝ pctm̄ ꝯfiteri ꝙ tota pe-
na vel maior pars ei remittereꝛ. Dicit enim Ri
char. vbi. s̄. ar. ij. q. iiij. s̄m Aug. ⁊ magistruȝ. ꝙ
claues etiā respectu eiusdeȝ peccati in numero
habent efficaciā plus q̄ȝ semel imo totiens quo
tiens quis ꝯfiteꝛ ⁊ absoluitur. B

q Uinta vtilitas dꝛ intercessionis. Tenē-
tur enim cōfessores rogare deū ⁊ inter-
cedere ꝓ illis qui eis ꝯfitenꝛ. vt inquit
beatus Tho. vbi. s̄. ⁊ ꝓbaꝛ i. §. ecōtra. de peni.
di. j. Si enim sacredotes debēt ꝓ populo inter
pellare: ⁊ eius peccata comedere. i. suis ꝑcibus
delere atqȝ ꝯsumere. Osee. iiij. ⁊. c. ipsi sacerdo-
tes. j. q. j. A fortiori tenenꝛ orare ꝓ aīabus sibi
creditis ⁊ pctā sua eis reuelantibus in cōfessio
ne. Un̄ dicit glo. in. c. mensuram. §. non sunt. in
verbo quāto pluribꝰ. de peni. di. j. Tāto plures
obligat ad orandū ꝓ se quanto pluribꝰ ꝯfiteꝛ.
⁊ ideo posset aliquis tot ꝯfessoribus cōfiteri ⁊
omnibus dicere pctā sua ꝙ orōnibꝰ eoꝝ libera-
reꝛ ab oī pena. Quapropter sicut leges volunt
ꝙ inter duo discordātes ponanꝛ arbitri ꝓ pa-
ce reformanda: ꝓut notaꝛ. ff. de arbi. l. j. ita scā
ecclia: imo xp̄s inter deū ⁊ pctōres posuit arbi
tros. i. ꝯfessores. dicēs ipsis peccatoribus illud
Lu. xvij. Ite ostēdite vos sacerdotibus. D

s Exta vtilitas dꝛ grē augmentationis.
vnde Magister in. iiij. distin. xvij. ait.
Quanto magis q̄s ꝯfiteꝛ turpitudinē
criminis: tāto facilius consequiꝛ grām remissio
nis. Item vt ait Alex. de ales vbi. s̄. Deus ho-
mini ꝓpter confessionē purā multiplicat gra-
tiam suā: ⁊ facit confitentē magis deuotū quā-
to sepius confiteꝛ. vt etiam inq̄t beatus Tho.
in. iiij. dist. xvij. ar. iij. q. v. Quādoqȝ etiā homo
vadit ad cōfessionē nō ita bene cōtritus qui cō
fitendo pctā fit cōtritus: vt ait Alex. vbi. s̄.

Septima vtilitas dicitur decorationis. Qm̄

em̄ hō est in pctō mortali: aīa eius est turpissi-ma ⁊ fedissima: ⁊ facies .i. imago dei existēs in ea est obscurata: ita ꝙ dici pōt illō Thren. iiij. Quō obscuratū est aurū: mutat⁹ est color opti-mus. Denigrata est sup carbones facies eoꝝ: ⁊ nō sunt cogniti in plateis .s. superne ciuitatis a deo ⁊ ab angelis per approbationē ⁊ pristinaꝫ dilectionem. Sed p cōfessionē aīa fit pulchra: dicente Dauid ps. xcv. Cōfessio ⁊ pulchritudo in cōspectu eius ⁊c. Qō etiā habet in .c. totam. de peni. di. iiij. que verba exponens Aug. super predicto psal. xcv. ait. Pulchritudinē amas ⁊ esse vis pulcher: cōfitere: qr cōfessio ipsa est pul-chritudo. Fedus eras: confitere vt sis pulcher. Pctōr eras cōfitere: vt sis iustus: ⁊ hanc vtilita-tem cōfessionis etiā demones cōfitentur. Le-gitur enim ꝙ cōfessore quodam deuoto audiē-te in ecclesia cōfessiones demon inter alios ex-pectantes stabat ibi in forma pulchri iuuenis. Qui post multos cōfessos ⁊ ipse ad pedes con-fessoris se piecit: suaq; peccata cōfiteri cepit: ⁊ tam enormia cōfitebatur scelera: ⁊ tam multa: ꝙ sacerdos admirans ait. Si mille annorum esses: nimis esset tanta cōmisisse. Ad qō ille re-spōdit. Senior sum q̄ mille annoꝝ. Tūc sacer-dos magis admirās dixit. Quis es tu. Et ille. Sum demō qui cum lucifero cecidi: ⁊ peccata quoꝝ autor fui ex minima parte cōfessus sum. Sed si nō tederet te libenter oīa cōfiterer. Cui sacerdos ait. Quid tibi est cum cōfessione? Re-spōdit demō. Stabam nunc ex opposito tui: cō-siderabamq; pctōres cōfitentes: si eos possem auertere. Et vidi illos sordidos ad te accedere: ⁊ mundos recedere: ꝙq; indulgentia pctōrūꝫ sit eis data ꝑpter cōfessioneꝫ atq; vita eterna ꝓmissa. Et iō ego ad te veni confiteri vt redeā ad illam patriaꝫ a qua cecidi. Tūc sacerdos ait. O creatura dei: si vis veraꝫ penitētiā agere de pctō tuo spero deum tibi ignosciturum. Cui de-mon. Si rōnabilem mihi penitentiam iniūges quam possim facere libenter eam suscipiā. Sa-cerdos aūt dixit. Modicā volo tibi imponere: vt eā possis facere. Uade corā altari: ⁊ genufle-xus dicas solum ter. Peccaui dñe miserere mei. Demon vō ait. Nimis grauis est ista peniten-tia: ⁊ nō possum eā facere: qr nō possum me hu-miliare: ⁊ his dictis euanuit. Et hoc recitat Ce-sarius eps in suo dialogo. Eodem quoq; mo-do respondit mihi alius demon cum eum adiu-rarem. Nam promittenti mihi ꝙ si volebat pe-nitere de peccato suo deus ei parceret: ⁊ ad vi-tam eternam reuocaret; ille exclamauit. Non possum: nō possum.

I

o Ctaua vtilitas dr euitationis: propter frequētationē em̄ confessionis melius euitant pctā. Cū em̄ cogitat qs ꝙ si cō-mittet pctm̄ oportebit postea illud cōfiteri: ab-stinet a multis ne subeat verecundiā cōfitēdi: iuxta illud Horatij in epla ad quintiū. Oderūt peccare mali formidine pene. K

n Ona vtilitas dr glorificationis. Sicut em̄ leges volunt: ꝙ ratiocinus obliga-tus rōne ꝓcurationis vel administra-tionis nō possit religionē itrare: nec ad sacros ordines ꝓmoueri anteq̄ rōcinia reddiderit. c. vnico. de obli. ad ratioci. ⁊ .l. officiales. C. de epi. ⁊ de. Sic peccator per malam dispositioneꝫ vi-te sue in seruitio diaboli positus nō pōt assumi ad gremium ecclesie: ⁊ ad ordines angelorum: nisi prius per confessionem rōcinia reddiderit. ⁊ ideo Dauid ps. xcix. inquit. Introite portas eius in confessione: quasi dicat: aliter non est intrandum. L

d Ecima vtilitas dr celationis. Cōfessio enim occultat peccatuꝫ diabolo. Et ita cooperit vt in iudicio de eo quod con-fessi fuerimus nihil penitus obijcere possit. Et ideo psal. xxxi. ait Dauid. Beati quoruꝫ remisse sunt iniquitates: ⁊ quoꝝ tecta sunt peccata. ⁊ Hiero. inquit. Quāto magis qs cōfitendo pec-cata sua detegit: tāto magis deus tegit. Et hoc pꝫ per exēplū qō legit de quadā muliere vidua romana magne sctitatis: q̄ cuꝫ haberet filium vnicū quē ꝑmittebat dormire secū nolēs illum cōtristare: qr alr dicebat se velle interficere. Tā-dem ex eo habuit filiū quē natū occidit stetitq; per decē annos ꝙ nunq̄ illud pctm̄ cōfessa est. Tñ perseuerabat in suis bonis operationibus solitis ꝑgēdo ad eccl'ias ⁊ p̄dicationes ac faciē-do elemosynas. Qō vidēs diabolus timuit ne aliqñ confiteret. vñ assumpta forma cuiusdam pulchri iuuenis p̄exit ad manendū cū summo pontifice: a quo cū multū diligeret ꝑpter dili-gens seruitiū semel loquēte papa cū cardinali-bus de sanctitate p̄dicte mulieris: erat enī ma-gne fame: demō accusauit eā de crimine p̄dicto vñ citata fuit ad curiā: vt si h verū esset puniret Cū ergo venisset ad papā audientes se accusari de p̄dicto crimine timuit valde. Tandeꝫ postu-lauit tp̄s rñdendi dicēs ꝙ volebat accusatoreꝫ suum puniri de infamia sibi iposita si nō posset accusationē suaꝫ ꝓbare. Interim autem dicta mulier p̄exit cū magna ꝯtritioneꝫ ⁊ lachrymis ad quēdā pniariū pape ⁊ ꝯfessa est. pacta ergo pnia iuit ad curiā cū parentibus ⁊ amicis suis Tunc papa dixit illi demoni qui erat in forma

inueniꝭ. Ecce mulier quā accusasti. Qui respō-
dit. Non est illa. Hec enim est bona ⁊ sancta mu
lier. Cū ergo papa vellet facere illū apprehēdi
ꝓpter calumniā factā mulieri ꝑdicte: ipse diabo
lus fracto palatij tecto subito disparuit: ⁊ sta-
tim cecidit cadauer mortuū in medio domus.
O scā ꝯfessio quō es magne virtutis. Cū ergo
oēs q̄ aderāt obstupescerēt: illa mulier videns
hoc mirabile suū pc̄m corā oīb⁹ manifestauit:
rogās papā vt hoc miraculū ꝑdicari faceret po
pulo ad cōmendationem cōfessionis. Que mu
lier accepta etiā alia pnīa a papa postea sanctis
sime vixit. Aliud etiā miraculū legit̄ de quo-
dā bono cōfessore qui multas audiebat ꝯfessio
nes. Cū aūt semel transiret ꝑ quandā terrā ob-
uiauit illi demoniacus: ꝑ cui⁹ os demō loquēs
ait ei. Tu multas audis ꝯfessiones: sed ꝓ certo
scias q̄ multi ⁊ multe sunt nō bene ꝯfitentes.
Et hoc hodie videbis ꝑ experientiā. Nam talis
dn̄a que multotiēs in anno tibi confitet̄ hodie
veniet ad te vt scias q̄ nō plene ⁊ integre cōfi-
tetur: in reditu suo cū trāsibit pontē ego eā in
fluuiū ꝓijciā ⁊ necabo: ⁊ sic animā eius habe-
bo. Factū est aūt vt ipsa mulier eadē die ad eū
veniret vt cōfiteret̄. Cui cōfessor ait. Bona mu-
lier cauete vobis ne aliqd dimittatis de pecca-
tis vestris. Cui illa rn̄dit. Nihil omitto dn̄e.
Tunc ꝯfessor cepit ei narrare per ordinē omnia
que audiuerat a demone. Quib⁹ auditis illa stu
pefacta cecidit ad pedes cōfessoris ⁊ cum timo
re magno ⁊ lachrymis ac vera cōtritione cōfes
sa est: dixitqʒ quoddā peccatū horribile in quo
steterat longo tp̄e: nec vnq̄ p̄re verecundia de
illo fuerat cōfessa. Tunc sacerdos dixit illi. Ex
quo pure cōfessa estis sine timore pontem trāsi
te. Qd̄ ipsa fecit ⁊ sine lesione transiuit. Factū
est aūt cum transiret postea quadā die ille de-
moniacus ꝑ eandē viā: dictus cōfessor interro
gauit demonē dicens. Quid fecisti de tali dn̄a
quā submergere volebas. Tunc demon iratus
cepit exclamare dicēs. O traditor tu me decepi
sti: tu mihi illā rapuisti. Illā em̄ dn̄am perdidi
propter cōfessionē nec eā modo cognosco: ⁊ vbi
sit nescio. Aliud etiā exēplū legit̄ de sancto
Augustino. s. q̄ dum semel quodam sero staret
super ianuā ecclesie vidit demonē nigerrimum
in specie horribilis gigantis inde transeuntem
qui habebat librū maximū sup humeros suos.
Quē cōiurans sanctus Augustinus interroga
uit qd̄ esset in illo libro. Et rn̄dit demō q̄ in eo
scripta erāt peccata hoīm. Tunc sanctus Aug.
ait. Respice si est aliqd de me. Demon autē sta-
tim ⁊ in ictu oculi aperuit librū: inuenitqʒ de
eo scriptū q̄ semel oblitus fuerat dicere cōple-
toriū ex aliqua negligentia sua. Tunc sanctus
Augustinus p̄cepit demoni ne inde recederet
quousqʒ ipse reuerteret̄. Et intrans ecclesiā cō-
fessus est defectū suū: ⁊ dixit cōpletorium. Dein
de reuersus ad locū vbi erat demon dixit ei rur
sus vt q̄reret si aliquid de ipso erat scriptum in
libro illo. Demon aūt sepius reuoluens librum
nunq̄ inuenit aliquid nec illud qd̄ prius scri-
ptum fuerat: q2 erat ꝑ cōfessionē cancellatum.
De quo demō cōturbatus recessit tristis. Le-
gitur quoqʒ de quodā clerico vite scīssime: q̄
tandē inuidia ⁊ ꝑcuratione diaboli cecidit in
fornicationē. Quē diabolus postea assumpta
forma humana accusauit corā suo ep̄o. Et sta-
tuto tp̄e ꝓbationis ipse demō attulit chartam
corā iudice cōtinentē locū tp̄s ⁊ personas cum
quibus peccauerat. Sed q2 ille cleric⁹ post ac-
cusationē cōfessus fuerat sua peccata: volens
demon iudici ostēdere ꝑdictā chartam: inuenit
oīa deleta que prius in ea fuerant scripta. ⁊ sic
cōfusus euanuit. Undecima vtilitas ē sana
tionis. Infirmitas em̄ corpalis sepe aggrauat̄
ex grauedine peccati: iuxta illud ps̄. xxxvij. Iniqui
tates mee supergresse sunt caput meum: ⁊ sicut
onus graue grauate sunt sup me. Item pecca-
tor infirmus timore inferni cruciatur ⁊ mori ti
met: sed per ꝯfessionē a putredine ⁊ grauedine
peccati exoneratus letus efficit̄: ⁊ ꝯsequenter
citi⁹ sanat̄: q2 animus gaudēs etatē floridā fa-
cit: spūs autem tristis exiccat ossa. Prouer. xvij.
Insup de⁹ sepe imittit infirmitates ꝓpter pec
catū dicēte Aug. q̄ ꝓpter peccata veniunt ad
uersa. Et hoc affirmat scā mater eccla in. c. infir
mitas. de pe. ⁊ re. vbi ait. Cū infirmitas corpo-
ralis: nōnunq̄ ex peccato ꝓueniat: dicēte dn̄o
languido quē sanauerat. Uade ⁊ amplius no-
li peccare: ne deterius aliquid tibi ꝯtingat ⁊c̄.
Et ideo per ꝯfessiones sublato peccato recedit
ipsa infirmitas: q2 remota causa remouet̄ effe-
ctus. ij. Phys. ⁊. ij. de genera. ⁊. c. cū cessante. de
appel. ⁊ cōsequēter sanata aīa sanat̄ etiam cor
pus: vt dr̄ in. d. c. cū infirmitas. Et ꝑdicta veri
tas ꝓbat̄ vno stupēdo ꝓdigio qd̄ hr̄ in chroni
cis ordinis nostri. vbi dr̄: q̄ Parisius quidam
clericus lubricus ⁊ dissolutus. scia tn̄ ꝑclarꝰ in-
currit grauissimā infirmitatem. Tunc socij eius
ad cōfessionē illū inducere conabant̄: ⁊ ad reci
piendū eucharistie sacrm̄. Ille vo aīo indurato
recusabat. Uidētes aūt socij illū ad finē appro
pinquare miserunt ꝓ quodā deuoto fratre no
stro: vt ipsum induceret ad penitentiā. Qui sta-
tim venit. Et cum illū hortaret̄ ad confessionē

ab ipso infirmo desperato repulsus est cū iniuria. Qui reuersus ad monasteriū cepit frequēter orare ante crucifixū p illo desperato. Cuius sancti fratris meritis dedit misericors deus illo infirmo hanc visionem. Uidit enim iuxta lectum suū apertū quendā puteū magnū. Et de puteo ipso velociter ascēdere draconem horribilem cū flāma sulphurea: qui ore aperto videbatur velle illū infirmū deuorare. Tūc infirmus ipse timore magno percussus: versusq̧ celum oculos erigens vidit in aere dn̄m Jesum veluti cruci affixū. Et predictū fratrē ad pedes eius orantē: vt ipsius infirmi desperati ⁊ a diabolo decepti dignaretur misereri. Cui dn̄s respōdebat dicēs. Ueniat ad confessionē: ⁊ nō negabo ei veniā. Qd̄ ille infirmus audiēs: ⁊ ad seipsum rediens disparēte visione dulcoratus internus misit pro dicto fratre: cuiq̧ plenarie confessus est veniam cū lachrymis petens de iniurijs ei dictis. Statimq̧ facta cōfessione conualescens: ordinem nostrū ingressus est: cuius vita in ordine extitit celebris ⁊ famosa. Ex quo miraculo patuit: q̧ per virtutē sancte confessionis nō tm̄ curatur aīa ab oībus infirmitatibus spiritualibus: sed etiā qn̄q̧ corpus sanatur ab egritudinibus suis mortalibus: et medicina corporea incurabilibus. M.

Uodecima vtilitas d̄: debellationis siue superationis: ⁊ confusionis demonum. Sicut em̄ confessio letificat angelos: ⁊ eis ac deo est valde grata: s̄m Aug. in viij. li. cōfessionum. Jta valde cōtristat demones ⁊ eos cōturbat ac persequit̄: s̄m eūdē Augu. in li. de penī. Et iō nollēt q̧ aliq̧s cōfiteret̄. Nā confitēti pōt dici illud ps̄. lxxvj. Uox tonitrui tui in rota. Et ad hoc habetur exemplū in chronicis ordinis nostri vbi d̄r. Q̧ cū quidam miles esset infirmus ad mortē multi corui supra domū eius venerunt ⁊ oēs qui eius domū visitādi gratia intrare volebāt impediebāt insurgentes contra eos. Qd̄ vidēs filius eius nūciauit prī. Qui statim fecit ad se vocare guardianū nostri loci. Cū aūt dictus guardianus intrare vellet domū: corui rostris ⁊ alis ei resistebāt. Qd̄ cernēs guardianus signo crucis se muniuit: et sic intrauit ac miles ille confessus est: ⁊ confessione expleta: nec vnus quidem ex coruis ibi remansit. Aliud etiā mirabile exemplū recitat Jacobus de vitriaco dicēs: q̧ quidam habēs multa pctā nunq̧ cōfessus est ea tandē infirmatus est ad mortē. Timens autē diabolus ne sacerdoti cōfiteret̄ perrexit ad eū in specie sui parrochiani sacerdotis exhortans eum vt sibi confiteretur. Unde ipse credens illum esse suū parrochianū: annuē eius exhortationi ⁊ confessus est ei cū magna cordis contritione omnia peccata sua. Quo facto dixit diabolus. Frater ista sunt grauia peccata: et ideo ego tibi iniūgo ne alteri vnq̧ ipsa cōfitearis: qz inde inuita scandala possent oriri. Deinde ipse demon recessit: et ille defunctus est. Statimq̧ venerūt demones dicētes angelis. Noster est: qz nunq̧ confessus fuit. Angeli vo dicebant. Non: qz cōfessio eius valuit nam credēs confiteri parrochiano suo contritionē habuit ⁊ peccata sua dixit. Tandē deus iudicauit animum eius redire ad corpus: et iterum cōfiteri peccata sua sacerdoti. Qd̄ et factum est. Et sic obdormiuit in dn̄o. Aliud qz exemplū recitat Cesarius dicens: q̧ fuit Parisius quidam magnus theologie magister ⁊ predicator qui semel in camera sua in qua erat vidit diabolū quem adiurauit vt sibi diceret quid esset illud qd̄ plus inter hoīes noceret demonijs. Cui ille respōdit. Nihil nobis tantū nocet: nec tātum eneruat vires nostras: quātum pura cōfessio. Qn̄ em̄ hō est in pctō mortali: oīa mēbra eius sunt a nobis ligata: ne faciat bonū. Cum vo confitetur peccata sua: statim remanet liber: ⁊ habilis ad omne bonū faciendū ⁊ de manibus nostris liberatur. M. M.

Uia autē nos omnes habemus continue pugnare cuz malignis spiritibus vt testatur Paulus ad Ephes. vj. Uoluit deus facere more boni regis. Nam ppter imminens periculuz qd̄ contingit in bello vbi quandoq̧ eque bene occidi vel vulnerari potest dominus sicut subditus: quia sagitta ita perforat carnes regias sicut rusticanas: ipse prudens rex ante belli ingressum consueuit ordinare ducem: ⁊ viceducem: vt si cōtingat ducem vulnerari vel mori: nō pereat exercitus regentis penuria: Similiter etenim nobis quorum vita est militia super terraz. Job. vij. Dedit deus ducem nos in prelio dirigentem contra diabolum ⁊ vitia: scilz suam gratiam a qua nobis prouenit subsidium et auxilium contra hostes nostros quos semper vincimus: q̄diu talis dux viget in nobis. Cognoscens aūt ipse dominus deus q̧ talis dux potest nobis deficere propter alicuius sagitte peccati mortalis vulnerationem quam diuina gratia priuatur anima ordinauit nobis viceducem: ne in peccato nostro comprehensi a diabolo eternaliter trucidemur. Et hic viceduc est pura confessio que nos succumbentes hostibus

nostris: et perditione diuine gratie: si ad eius
remediū curramꝰ subleuamur ⁊ vincimus. Cu
ius figura hr̄ Judic. j. vbi legit̄: ꝙ mortuo Jo
sue ⁊ sepulto in summitate mōtis ephraim fi
lij israel timuerūt valde eo ꝙ fuerat bellicorū
dux: et instabat ꝯtra eos chananeꝰ cuȝ exercitu
suo. Sed consulētes filij israel deū qs deberet
esse eoꝝ dux cōtra hostes: respōsum habuerūt
ꝙ Judas esset dux exercitꝰ: qꝛ deꝰ traderet ter
rā inimicoꝝ in manu eiꝰ. Un̄ ipse Judas sum
pto secū Simone fratre suo debellauit chana
neū: ⁊ obtinuerūt filij israel ciuitates ⁊ regnū
eius. Josue enī q̄ interpretat̄ saluus: significat
gratiā dei: in qua tota salus nr̄a cōsistit: dicēte
Paulo. j. ad Coꝝ. xv. Gratia dei sum id qđ suȝ.
Sed deficit interdū iste dux in summitate mō
tis ephraim: qui interpretatur frugifer: qꝛ cū
peruenit ad summitatē ⁊ supfluitatē ꝓspero
rū per affectū gratia dei deficit in nobis ⁊ per
dito tali duce perdimus etiā presidiū ⁊ adiuto
riū diuinuȝ. Un̄ vallati ab exercitu chananei:
idest demonis tētationibus: sumus in pericu
lo interitꝰ ⁊ captiuitatis infernalis. Debemus
igit̄ statim cōsulere deū et audiemꝰ ipsum di
centē. Judas sit dux vester: q̄ interpretat̄ con
fessio. Iste enī probus ⁊ bonus dux assumpto
secū Simone fratre suo: q̄ interpretat̄ ponens
tristiciā ⁊ significat ꝯtritionē: fugabit chana
neū. i. diabolū: ⁊ exercitum eius. i. peccata. ⁊ re
gnū de quo ipse demō egressus est. s. celū obti
nebit. Et iō Dauid ꝓpheta sperabat victoriaȝ
de inimicis suis mediāte tali duce: dicens ps̄.
lix. Juda dux meus ⁊c̄. Jn figurā q̄ȝ huius. j.
Machab. v. dicitur. Debellabat Judas filios
Esau. Alia etiā figura habet̄ eiusdem lib. vij. c.
vbi dr̄: ꝙ cum Judas machabeus expugnaret
gentes Demetrij ⁊ deuastaret terrā illius. De
metrius furore repletus misit Nichanorē cum
exercitu suo cū hoc mādato: vt Judā ligatū si
bi p̄sentaret. Uenit ergo Nichanor contra Ju
dam: sed ipse Judas aiose aggressus est ipsum
Nichanorē ⁊ exercitū illiꝰ ac obtinuit victoriā:
⁊ fugato exercitu cepit Nichanorē ⁊ occidit il
lum. Per Demetriū enī q̄ interpretat̄ nimium
persequēs: significat̄ diabolus ꝑsecutor terribi
lis humani generis. cuius gētes. i. tētationes
filij israel. i. fideles xp̄iani: mediāte duce iuda.
idest cōfessione pura: expugnāt ⁊ deuastāt eius
terrā. i. suggestionē prauā atq̄ȝ dominationem
malignā. Qđ ipse diabolus valde moleste sus
tinet. Et iō oīi conatu studet qđ amisit recu
perare. Un̄ qn̄ vno genere peccati vincere non
pōt: ad aliud statim hȝ recursum: dicēte Greg.
in moral. Antiquus hostis ex proprio certami
ne dū se succūbere cōsiderat ad alia tētationuȝ
bella festinat. Intuet̄ enī vniuscuiusq̄ȝ mores
cui vicio sint ꝓpinqui: ⁊ illa ponit ante faciē
ad que citius sperat inclinare mentē. hec ille.
Et Leo papa in sermone octaue natiuitatis
dn̄i ait. Non desinit hostis antiquus trāsfigu
rans se in angelū lucis deceptionum laqueos
vbiq̄ȝ pretēdere: ⁊ vt quoquo mō fidē creden
tium corrūpat instare. Nouit cui adhibeat estꝰ
cupiditatis: cui illecebras gule ingerat cui ap
ponat incitamēta luxurie: cui infundat virus
inuidie. Nouit quē merore cōturbet quē fallat
gaudio: quē metu opprimat: quē admiratione
seducat. Omniū discutit cōsuetudines: venti
lat curas: scrutat̄ affectus: ⁊ ibi causas querit
nocēdi vbi quēq̄ȝ viderit studiosius occupari.
Habet etenī multos ex eis quos tenacius obli
gauit aptos artibus suis: quoꝝ ad alios deci
piēdos ingenijs vtat̄ ⁊ verbis. hec ille. Capro
pter dr̄ in p̄dicta figura ꝙ misit Nichanorē cū
exercitu suo vt cōprehenderet Judā. Nichanor
enī interpretat̄ statura lucida: ⁊ significat pul
chritudinē rerū mūdanarū et specierū delecta
biliū: quā obijcit fidelibꝰ vt eos auertat a peni
tētia faciēda. Et iō dr̄ ꝙ solum querebat appre
hēdere Judā. i. impedire cōfessionē purā. Sed
ipse Judas cepit eū ⁊ occidit atq̄ȝ exercituȝ eiꝰ
in fugā cōuertit. Qꝛ diabolū cum oībus vitijs
vera cōfessio ꝓsternit: ⁊ populo Hierusalē pa
cem reddit. i. consciē trāquillitatē. Un̄ Aug. in
libro de peni. de ipsa pn̄ia loquēs cuius pars
est confessio ait. Languores sanat: leprosos cu
rat: mortuos suscitat: sanitatē auget: gratiam
conseruat: claudis gressum: surdis auditum: ce
cis restituit visum: vitia fugat: virtutes exor
nat: mētē munit ⁊ roborat ⁊c̄. Et tūc verificat̄
illud ps̄. cxiij. Facta est iudea sanctificatio eiꝰ.
Et ideo oībus fidelibꝰ dico cū Psalmista. vij.
Persequimini ⁊ cōprehendite. s. demones per
cōfessionē. Postq̄ȝ enī latrones latere nō pos
sunt ⁊ sunt discooperti ⁊ noti nequaq̄ȝ ampliꝰ
ibi redeunt timēt enī suspendi: ⁊ ideo longe fu
giunt. Spiritualiter autem demones sunt ve
lut latrones qui per peccata animam ingre
dientes eam omniū virtutū gloriam expoliēt.
Sed si per confessionē manifestētur: inde effu
giunt nec audent ad eam accedere. Cuius figu
ra habetur. iiij. Reg. vj. vbi legitur: ꝙ postq̄ȝ
Heliseus ostēdit latrunculas Syrie regi Hie
rusalem fugientes inde: non fuerunt postmo
dum ausi amplius reuerti in Samariā cui pri
mo tantū erāt infesti. Tertiadecima vtilitas

cõfessionis dr placationis. Hoc em̄ est bonū ac singulare remediū ad placādū irate principis furorē: in cuius potestate sumus: magna humiliatio. Un̄ aliqui cõsueuerūt gladiū nudū puncta manu tenere: et genua flectētes corā principe reos se morti clamare et petere misericordiā. Tūc em̄ si princeps ille esset durior ferro tanta humilitate flecteretur: quia vt ait sapiēs Prouerb. xv. Sermo mollis frāgit iram. Et iō nos qui aliquando intantū turbauimus diuinā maiestatē per pctm̄ quod effecti sumus filij pditiōis et digni sententia capitali nec possumus effugere manus eius: quia vbiq̄ est: et in oī loco nos dephendere pōt. Unde illi ait pphēta ps. cxxxviij. Quo ibo a spū tuo: aut quo a facie tua fugiā. Nullū aliud remediū melius habemus q̄ recognito pctō p humilē cōfessionē postulare veniā. Ait em̄ Augu. super ps. lxxiij. Nō est quo fugias a deo irato nisi ad deū placatū. Figura aūt huius habetur. ij. Reg. xxiiij. vbi legit: quod cū Dauid vidisset angelum tenentē gladiū in manu et interficientem populū: flexis genibus clamauit. Dñe ego sum qui peccaui: ego qui inique egi. Et statim angelus deposito gladio ferire cessauit. Sic igitur et nos clamemus ad dñm denudādo peccata nostra per puram confessionē: et ipse deus deponet iram suam et nobiscū placabitur. Nullum aūt aliud est remedium euadendi: nam q̄ occultat ab eo magis patebit. Et qui p cōfessionem manifestat peccata sua ea occultat. Et iō inquit Chryß. in quodā ser. Pctōr indulgentiam instanti cōfessione mercare. Quid horres fateri qd̄ libēter ac prōpte cōmisisti. Cur cōfundi deris dicere qd̄ nō es cōfusus perpetrare. Cur vereris deo iudicare qd̄ veritus nō es eo pñsente cōmittere. An putas eū cōmissa nescire nisi a nobis cōfitentibus q̄ cōmisimus agnoscat. Peius est cōfiteri nolle q̄ legem cōtemnere. Niniuite cōfitent̄ et viuūt: sodomite obturātur et pereunt. Quartadecima vtilitas dicitur honorationis. Narrat Frontinus hystoriographus quod romani cum aliquis princeps honorabilem victoriam de hostibus reportasset: ponebāt eū in curru valde adornato et laureatū deducebāt p ciuitatē: et hoc appellabant triumphum: et ille semper a populo romano erat honoratus. Spiritualiter aūt dico quod inter oēs victorias et virtuosas operationes quibus hō meret a deo honorari est ipsa cōfessio fidelis et vera. Nam p ipsam hō deuincit diabolū: de quo Job. xli. dī. Nō est potestas sup terrā que cōparetur ei qui factus est vt nullū timeret. Unde confitens est magis victoriosus q̄ vnq̄ fuerit Cesar vel Scipio africanus. Itē cōfessio est dux oīm aliarum virtuosarū operationū. Nam elemosyna orō ieiunium lectio et peregrinatio et cetera opera meritoria que fiunt a nobis nō possunt nec audēt ad diuinā maiestatē accedere cōfessione preter missa. Ubi igit est vera confessio: ibi est vera salus. Ipsa ēo deficiente oēs virtutes deficiunt: sed ipsa precedente oēs virtutes sequunt. Cuius figura habetur Exo. xiiij. additis his que narrat magister hystoriarum. Nam cum filij israel exeuntes de egypto venissent ad mare rubrum nō audebant mare intrare quātūcūq̄ sentirēt post se pharaonē venientē cum magno exercitu quousq̄ tribus Juda primo est illud ingressa. Sed ipsa tribu pcedēte secute sunt eā oēs alie. Et per hoc liberatus est populus israel submerso ibi pharaone cū suo exercitu. Et ex hoc tribus Juda meruit regale sceptrum. Et hoc est qd̄ inquit Dauid ps. cxiij. In exitu israel de egypto: domus iacob de populo barbaro. Facta est iudea sanctificatio eius etc. qd̄ dī ppter illud qd̄ tunc fecit ipsa tribus Juda. De quo regali sceptro predixerat Jacob patriarcha Gen. xlix. dicens. Nō auferetur sceptrum de Juda etc. Spiritualiter enim per tribum Juda intelligit virtus cōfessionis: quam in exitu de pctō et accessu ad misericordiam dei oportet oēm virtutē precedere: nā ipsa precedēte oēs alie virtutes sequūtur. Et sic diabolo submerso cum tentamentis suis triumphat virtus cōfessionis. Et ideo pre ceteris virtutibus est colenda. vñ Greg. in moral. exponens illud Job. xxxi. Si abscondi quasi hō peccatū meum: et celaui in sinu meo iniquitatem meam. ait. Mirentur in bono Job: qui volunt castitatis cōtinentiā: mirentur integritatem iusticie: mirent viscera pietatis. Ego in eo nō minus admiror cōfessionē humillimam pctōr q̄ tot sublimia virtutū. Quintadecima vtilitas dr germinationis. Tpe em̄ hyemali qn̄ terra cooperta est glacie vel aquis in superficie nō pōt germinare. Et vna est rō: quia radius solis nō pōt terrā attingere ad calefaciendum aquis vel glacie impedientibus. Et sic et ager aīe nostre est coopertus glacie culpe vel aquis pctōr: iuxta illud ps. lxviij. Saluum me fac deus qm̄ intrauerūt aque vsq̄ ad aīam meā etc. non pōt pducere fructus deo placitos: quia non pōt radius gratie diuine ad illā accedere ppter culpe occupationē. Nā gratia et culpa simul in eodem recipi non possunt. Esa. lix. Iniquitates nostre diuiserunt inter nos et deū nostrum. Et pctā nostra absconderunt faciem suam a nobis. Sed si volumus quod ager anime nostre germina

Bone operationis producant:necesse est vt p con fessionē prius culpā amoueamus. Cuius figu ra habet Gen.j.vbi legitur:q cum terra operta esset aquis nihil germinabat sed semp erat ina nis et vacua. Sed cōgregatis aquis in vnū lo cum:et arida apparente:mox radius solis eā at tingentibus subsecuta est germinatio herbe vi rentis:et productio diuersorum fructuū. Per aquas enim intelligunt spūaliter culpe mortalis ho minis submergētes in abyssum eterne dānatio nis. Apoc.xvij. Aque multe populi multi decur rentes ad mortem. Qādiu ergo hmōi aque sup ficiem cordis nostri per affectū cooperiūt:nul latenus valent bone cogitationis germē pdu cere:et p cōsequens nec dare fructum. Sed con gregatis hmōi aquis.i.pctis et culpis in vnum coram cōfessore per veram et integram cōfessio nem:apparet arida.i.aīa pura apta et parata ad germinandum:q: radius diuine gratie statim descendit phibente remoto. Et tunc ipsa aīa p ducit ieiunia:orōnes:elemosynas:et cetera ope ra meritoria:circa que prius sterilis existebat: et verificabatur illud ps.lxxxiiij. Dñs dabit be nignitatem:et terra nostra dabit fructum suum. Extirpanda ergo sunt vitia per cōfessionem:vt possint in aīa vere virtutes inseri. Ait enī Am bro.in.j.li.de Cayn. Egressus malicie virtutis operatur ingressum. Eodēq studio quo crimē expellitur:innocentia copulatur. Sextadeci ma vtilitas dicitur apparitionis siue cōforma tionis.s.cum beatis mundissimis. Ait enī deus Esa.j. Mundi estote.s.vt in cōspectu meo sitis digni apparere:et mihi ministrare: ac cum san ctis meis habitare et cōuersari. Indecēs enim est et vituperosum vbi omnia munda sunt sor didum apparere. Ille nāq talis vt fedator mū dicie est cum rubore ab aliorum cōsortio exclu dendus:sicut coruus a pauonum societate. Et sic in curia celestis gratie oēs mūdi sunt. Nul luo enī sordidus manere ibi audet:fedaret enī loca purissima et mansiones amenas quas san cti in pulchritudine habitant. Nume.xxiiij. Q pulchra tabernacula iacob. Inde est q statim excluditur cum cōfusione a dño qui ibi accedit immundus. Esa.lxv. Recedite inquit dñs ad me. Nō appropinquis mihi:q: immundi estis. Debemus igitur prius nos ab omni sorde mū dare:si cupimus ad cōsortium mundissimorum dei seruorum et ad purissimam dei gratiam in troire. Cuius figura habet Leuit.v.et Nume ri.xix.vbi precepit deus:q quicūq ex tactu rei immunde efficeretur immundus deberet puri ficari anteq aliorum mundorum cōsortio iun geretur. Et notanter dicitur ex tactu:quia non polluitur quis nisi per tactum:idest consensum rerum immunderum. Unde Aug. in quodam sermone ait. Temtatio quantumcunq immun da cor non polluit si ratio non consentit. Hec autem purificatio fit per cōfessionem per quam omnis immundicia totaliter tollitur et cancel latur. Nam hoc est diuinitus ordinatum:vt pec cator ipse sua peccata manifestanda deleat tali ter q amplius ea nō debeat reuidere:quia om nium peccatorum suorum immundicia in sac co perpetui silentij per virtutem confessionis est cōclusa. vnde dicitur Job.xiiij. Signasti q si i sacculo delicta mea : et curasti iniquitatem meam. Decimaseptima vtilitas dicitur eua sionis:scilicet submersionis eterne. Cadens enī in aqua nō est in periculo quousq os eius nō cooperitur aqua. Et ratio est:quia potest spira re et respirare et sic suffocari non potest. Si au tem cooperiatur in tantum q spiratio et respi ratio deficiat statim intrinsecus calor cor vrit: quia pulmo non potest aerem calidum spiran do emittere:et respirando alium aerem refrige rantem recipere et ipsum cor refocillare. Et si militer cadens in peccato non est in periculo cō bustionis gehenne quousq os habet expeditū ad cōfessionem:quia tunc potest spirare per os caliditatem peccati:et per respirationem attra here gratias indulgentie:dicente ps.cxviij. Os meum aperui et attraxi spiritum:scilicet gratie. Et sic cor et anima refrigerātur et sanātur. Sed si tantum superabundet culpa : vt ad confi tendum os non aperiatur:suffocatur anima a peccati nequicia et igni tradit infernali. Cuius figura habetur Exod.xiiij. vbi legit:q egyptij intrantes mare cooperti sunt aqua et oēs suffo cati sunt. Per egyptios enim intelligunt pec catores tenebris peccatorum inuoluti qui in trantes mare vitiorum et immergentes se in vo ragine culpe mortalis:os clausum ad cōfessio nem habent:et ideo moriūtur in peccatis suis. Si enim os non clauderent:indulgentiam in uenirent. Ait enim Augu. in quodam sermone. Infernus est puteus pfunde iniquitatis : qui nō claudet sup te os suū:nisi tu clauseris tuum. Et iō oēs debetis os vestrū aperire in cōfessio ne. Et tunc poteritis dicere cum propheta ps. lxviij. Nō absorbeat me pfundum:neq vrgeat sup me puteus os suum. Decimaoctaua vtili tas dr liberationis. Per virtutem enim sancte confessionis liberatur hō a multis periculis et malis. Et ideo Eccli.lj. dicit sapiens. Confite bor tibi dñe rex:qm adiutor et protector factus

eũ mihi: ⁊ liberasti corpus meũ a perditione: liberasti me a rugiẽtibus preparatis ad escã. Et de manib⁹ querentium aiam meã: ⁊ de multis tribulationib⁹ que circũdederũt me. A pressura flamme que circũdedit me: ⁊ in medio ignis nõ sum estuatus. hec ibi. MMM

Et aũt sciẽdũ: qꝫ cõfessio est curia misericordie dei ad quã põt appellare q̃ grauat a diuine iusticia. vñ Amb. sup Beati immaculati. ait. Cessat diuina vindicta si confessio precurrat humana. Justicia em̃ dei huic appellationi libenter et patienter cedit. Quia mĩa superexaltat iudiciũ. Jacobi. ij. Qđ patet ex trib⁹. Primo ex credulitate. Qr creditur in hac curia cõfessionis pctõri factũ suũ narrãti: nec ibi adducit qui suppleat defectũ ei⁹: nec testes qui pbat cõtrariũ sed ei soli in oib⁹ datur fides. Nec ibi locũ hꝫ illud qđ Joh. viij. dr. Tu de teipso testimoniũ perhibes: testimoniũ tuũ non est verũ. Scđo pꝫ ex deliberatione: qr in hac curia nõ ferunt sñie nisi absolutionis. Nã etsi hõ fuerit sceleratissim⁹ absoluit quasi latro a quo aufert laque⁹ quẽ hꝫ ad collũ quo debebat suspẽdi. Tertio pꝫ ex eterna felicitate. Nã cũ ille qui venit ad curiã hãc dignus esset infernali supplicio: nõ solũ remittit ei ipsa pena: sed etiã remuneratur eterno premio: vt. s. patuit. Et iõ hortat nos Aug. ad pñiam ⁊ confessionẽ in li. de conflictu vitioꝝ. c. xiij. di. Ecce Dauid adulterio simul ⁊ homicidio re⁹ de inferni faucibus misericordiã dñi describit liberatus. Ecce Manasses oim pctõꝝ nefandissimus ⁊ impurissim⁹ ac sordidissim⁹ illebrosissimus ⁊ sceleratissimus p pñiam rediit ad vitã. Ecce Magdalena innumeris fornicationũ sordibus inquinata ad fontẽ pietatis anxia currẽs dñiqꝫ vestigia lachrymis rigãs ablui meruit. Ecce Petrus negationis sue vinculis astrict⁹ amarissimis lachrymis infidelitatis nodos soluit. Ecce seditionis simul ⁊ effusionis fratrum sanguinis latro obnoxius vnius hore momento vnaqꝫ cõfessionis voce ad paradisuꝫ de cruce trãsiit. Ecce Saulus ecclesiã dei psequẽs et multos p xpi noie pmẽs: vt ita dixerim martyrũ cruore se totũ inficiẽs apls factus in vas electionis cõmutatus ⁊c. Qr aũt p cõfessionẽ liberetur hõ a malis temporalibus ⁊ a multis periculis: patet p miraculũ qđ recitat Cesari⁹ in dialogo suo dicẽs: qꝫ in ciuitate Athenensi quidã iuuenis q̃ ex multis diuitiis ad paupertatẽ deuenerat: diuitias sibi acqrere voluit diabolo procurãte. Vñ accedẽs ad quẽdã aurificẽ dixit ad domũ suã venisse mercatorẽ: qui plurima vasa aurea ⁊ argentea emere venerat. Eapropter vt illuc vasa sua vẽdibilia ferret instãter rogauit. Qđ ille credẽs statim vasa multa nõ parui valoris sacculo reposita ad domũ illius portauit. Qui vt domum ingressus est ab eo fuit interfect⁹: ⁊ adiutorio sororis sue corp⁹ defuncti in frustra cõsasuꝫ in cloacã piectum est. Sed cum rumor occisionis a vicinis fuisset sentitus cõfracte sunt fores ⁊ ipse iuuenis homicida cũ sorore captus ac iudici traditus tormẽtisqꝫ afflictus: post delicti cõfessionẽ iudicatur ad ignem cum illa. Puella ergo videns se ad mortẽ duci dixit fratri suo. Ecce frater qꝫ vt te iuuarẽ ne perires simul tecuꝫ pereo cũ nihil horũ ante cogitassem. Nũc ergo audi consiliuꝫ meũ. Si corpora pdimus iusticia dictãte: aĩas saltẽ p cõfessionẽ seruare studeamus. Cui frater desperatus ait. Ne mihi loquaris de hoc. Quid em̃ valet cõfessio vel penitentia in hora ista: nolo cõfiteri. Puella aũt corde cõtrito cõfessionẽ fecit accersito sacerdote: atqꝫ deo animã suã cõmẽdauit. Ambo igit simul rogo imponũtur: ⁊ ad lignuꝫ alligant: atqꝫ ignis subter eos accendit. Et iuuenẽ impenitentẽ flamma cõsumpsit: puellã aũt cõfessam ignis cõtingere nõ potuit: sed vinculis solis absolutis vt alter Daniel in flãma illesa permansit. Quo viso miraculo iudices puellã in dei laudes prũpentẽ innocẽtẽ iudicãtes: ignẽ exire iusserũt ⁊ liberam adire. Recitat q̃ꝫ idẽ doctor aliud miraculũ: scꝫ qꝫ in Argẽtina heretici qdã cõprehẽsi timore mortis heresim suã se abnegare mẽtiebãtur. Judex aũt veritatẽ noscere cupiẽs ferro candẽti eos pbare voluit: vt qui ferrũ candẽs nõ sentiret in veritate abnegare crederet. Cuꝫ igit heretici oẽs manib⁹ adustis ad ignẽ comburẽdi ducerent quidã vni eoꝝ dixit. O miser quare sic vis mori? Cui ille rñdit. Audiui qꝫ seram pñiam deus nõ suscipiat. Rñdit aũt fidelis. Nunq̃ pñia sera est apud deum: tñ confitearis ⁊ videbis clemẽtiã eius. Vocato igit sacerdote dictus hereticus errorẽ suum cõfessus est ⁊ exinde alia pctã sua. Mira res sicuti cõfitebatur sic paulatim manus adusta sanabat: ⁊ perfecta cõfessione nulla adustionis cicatrix apparuit. Punitis igit aliis cũ iudex ⁊ hũc peteret: responsuꝫ est puniri nemineꝫ debere nisi de culpa constiterit. Et manu ipsius confessi pducta cũ nullũ vestigiũ ignis appareret liberatus est. Tãtas ergo confessionis vtilitates considerans Aug. in quodã sermone ad here. inquit. Cõfitemini o fratres mei et nolite differre ad sacram mensam confessionis accedere

festinate: hec est enim salus animarum: dissipatrix vitiorum: restauratrix virtutum: oppugnatrix demonum: angelorum tunica: ecclesiarum fiducia: dux baculus: et spes omnium fidelium. O sctā atque admirabilis cōfessio. Tu obstruis os inferni: et aperis paradisi portas. O cōfessio vita iustorum: pctōrum gloria. Tu sola necessaria es pctōri: et nihilominus iusti si quis reputatur te astringere et frequentare debet: nihil enim remanebit in iudicio quod fuerit per purgationē purgatū. hec ille. Et Bern. sup illud ps. ciiij. Quid est tibi mare etc. ait. Oia in cōfessione lauantur: cōsciētia mundatur: amaritudo tollatur: mare. i. peccatū fugatur: trāquillitas redit: spes reuiuiscit: et animus hilarescit. Felix oia cui ista ex confessione proueniūt. Et idō bene dicūt vba thematis nostri. Cōfitemini dño qm bonus: qm in seculum misericordia eius. Post enim vitā hanc nō valet cōfessio. Un Dauid in ps. vi. inquit deo. In inferno aūt quis cōfitebitur tibi. Ideo o deuoti xpiani ad sanctā cōfessionē accedere festinate: vt gratiā dei habeatis in hoc seculo et gloriam in futuro. Ad quam etc.

Feria scda post quartā dñicā in quadragesima de cōfessionis preparatione: explicatione: iteratione: et inductione. Sermo. xxxv.

Omnes eiecit de templo. Joh. ij. et in euāgelio occurrētis ferie. Sapientissimi Solomonis phi est snia philosophie: a fine solūmodo cōsecrari. Aristo. ij. Phys. inqt. Finis habet rationē optimi et est causa causarū. et in. ij. et v. Meta. dicit finem optimū esse in vnaquaque re: qui rei esse confert. et in. iij. Topi. inqt. Melior est finis oībus que sunt ad finē. Ideo cōmentator sup. ij. Meta. hec oia cōsiderās dicit. Qui destruit finē destruit omne bonū. Et ratio est: quia vt inqt Aristo. i. de celo et mundo. et. ij. Physico. Uanū est omne qd suū non attingit finē. Patet hoc per experientiā. Nā medicina dr vana ex qua non sequitur sanitas propter quā data fuit. Similiter si vnus vadit centū miliaria: vt mille ducatos accipiat ab aliquo: et post laborem itineris nō accipiat eos dicet. In vanum huc veni qm finē meum nō sum adeptus propter quē veni. Sic possunt dicere multi eūtes ad cōfessiones vt recipiāt indulgentiā et nō recipiētes propter eorum impreparationē et malā dispositionē taliū enim confessio est vana. Ideo oibus eūtibus ad confitendū dicit deus Hiere. vij. Bonas facite vias vestras. Et ego vobis idem dico: ne si impreparati et indispositi accedatis ad confessionem: dñs Jesus vos proijciat a gratia sua et ex pellat: sicut hodie fecit de vēdentibus et emētibus in tēplo. Et ideo in hoc sermone quattuor pulchras faciemus considerationes de confessione. Prima dicetur preparationis. Secunda explicationis. Tertia iterationis. Quarta et vltima inductionis.

Pars prima in qua ponitur preparatio que debet fieri cuilibet bone cōfessioni.

Ciendū est fm oēs theologos et doctores ꝙ cōfessio dz fieri cū magna preparatione ita ꝙ ante cōfessionē dz quisque se diligēter preparare et dare operā vt oia sua peccata ei ad memoriam reuocētur vt possit illa confiteri cū circūstantijs suis. Qd qui non facit est in malo statu. vn de peni. di. j. §. hinc etiā. dr. Si obliuiscaris peccatorū tuorū. s. ea cōfiteri. vt dicit glo. interlinearis: tūc eorum recordaberis nolēs qsi in toto publicabūtur: et in cōspectu pferentur omnium tam amicorum ꝙ inimicorum tuorum et sanctorum angelorū celestiūque virtutū. Non enim ad Dauid solū dicebat. Tu secreto fecisti et ego hoc cūctis manifestabo sed ad omnes nos hoc dicitur. hec ille. Et sunt vba Chrys. Et ideo si quis ex sua culpa ignorat que dz cōfiteri seu eorum est oblitus: debet de hmōi negligētia dolere. Et cōfessor si aliquē impreparatū viderit ad cōfessionē accedere dz ipsum monere vt cū preparatione veniat vt dr in summa confes. li. iij. titu. xxxiiij. q. xix. Quā preparationē Esaias exprimit. xxxviij. c. sui libri dicēs. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine aīe mee. In quibus vbis tāgit tria. Primum dr recogitationis: ibi. recogitabo. Secundum totalitatis: ibi. omnes annos meos. Tertium amaricationis: ibi. in amaritudine anime mee. Quoad primum dicit recogitabo: idest valde cogitabo. Prepositio enim addita dictioni auget significatum. l. gallus. §. ille casus indifficilis. ff. de lib. et posth. vbi gl. exponit indifficilis: idest valde difficilis. et. ff. de aqua plu. ar. l. j. §. in summa. in fi. exponit increscit: idest valde crescit. Et simile habetur ff. de fun. instruc. l. quesitum. §. sed si fundus. et ad similia. l. si quis in graui. in prin. et in auth. quo opor. epis. §. si quis autem. et. ff. pro socio. l. cum duobus. §. dāna. et de Enea inquit Uergilius in. j. Eneid. Ingemit et duplices tēdens ad sydera palmas etc. Ingemit: idest valde gemit. Et pariformiter dicit propheta. Recogitabo. i. iterū atque iterū cogitabo: scilz antequā ad confessionem vadam. Qr vt beatus Grego. in

moꝛalis.ait. Debet vniuſcuiuſqꝫ mēs cauſas ſuas apud deū ꝯtra ſe ſollicita inqſitione diſcutere. Nullus eñi prudens ſindicus alicuiꝰ dñi redderet rōnem ſue adminiſtratiōis niſi pꝛimo apud ſe de oībus p̄meditatꝰ eſſet: quō et qualiter ⁊ quātū expēdiſſet. Preterea ſi dꝫ quilibet quotidie examinare cōſcientiā ſuā ⁊ videre qd boni fecerit et quō vixerit: vt inqt Seneca li.iij.de ira dei. multo magis tp̄e cōfeſſionis dꝫ vnuſquiſqꝫ in aliquo ſecreto loco diligēter p̄meditari pctā ſua ⁊ examinare cōſciētiā ſuā: qꝛ ſi quis ſine examinatione ꝯſciētie ⁊ debita p̄paratione accedit ad cōfeſſionē hn̄s mille pctā moꝛtalia de qbꝰ oībꝰ confitet̄ excepto vno oblito ex ignoꝛātia ꝓueniēte ex eiꝰ impꝛeparatiōe: nō cōſequit̄ veniā alicuiꝰ pcti. Et ecōtrario ſi quis habēs eadē pctā vadat ad cōfeſſionē facta debita p̄paratione ⁊ obliuiſcat̄ maioꝛis partis ipſoꝝ pctōꝝ: cōſequitur remiſſionem eoꝝ ex generali ipſoꝝ cōfeſſione ratione bone diſpoſitionis ⁊ p̄parationis: qꝛ qui fecit qđ potuit legē adimpleuit. l. iure ci. ff. de ꝯdi. ⁊ demō. Et iō bonū eſt nō ſolū ſemel ſꝫ ſepiꝰ excogitare pctā an̄ ꝯfeſſionē: vt dictū eſt. Cuius oppoſitū faciunt multi q velut beſtie ad cōfeſſionē accedūt ideuoti ⁊ impꝛemeditati ſine vlla cōpūctione: ſine cogitatiōe aliq: aut recoꝛdatiōe pctōꝝ ſuoꝝ: et ſepiꝰ ſabbatū ſctm̄ expectātes vadūt ad cōfeſſionē ꝯfeſſoꝛi dicētes. Uis nos audire. In duobꝰ eñi x̄bis expediemꝰ nos. Et ſi cōfeſſoꝛ dicat ꝙ paululū expectēt dicūt. Qꝛ bn̄ ſtat: hoꝛa ē tarda ⁊ alia habemꝰ agere: ſi nos nūc nō audis ampliꝰ i hoc anno nō ꝯfitebimur. Alij ſtātes ante ſacerdotē qđ dicere debeant ignoꝛāt: qꝛ ſup hoc ante nō cogitauerūt ⁊ dicūt. dn̄e interroga nos: neſcimꝰ eñi qd dicere debeamꝰ. O inſenſati: ſi mercatoꝛ ſuoꝝ quinternoꝝ rōnes oī ſero diligenter diſcutit vt videat quid lucratus fuit ⁊ quid p̄didit: et hoc facit pꝛo pecunia: quanto magis peccatoꝛ cōſciētiā ſuā examinare ⁊ diſcutere dꝫ ꝓ anima ſua que adeo eſt precioſa: ꝙ pꝛo eo ſaluanda dei filius moꝛtuꝰ eſt. Jō dicit Ber. in ſermone paſſiōis. Cōſidera o hō ꝙ̄ nobilis ſit aīa tua et ꝙ̄ grauia fuerint vulnera quibus ꝓ ea neceſſe fuit dn̄m Jeſum vulnerari. P

d Ebet igit̄ quilibet tria cogitare an̄ꝙ̄ cōfiteat̄. Pꝛimo receptoꝝ a deo bn̄ficioꝝ ſuā ingratitudinē: qbus accēditur mēs ad diuinū amoꝛē: vt faciat ꝯfeſſionē cū amoꝛe. Un̄ in figura Leuit. vj. p̄cepit dn̄s dicēs. Ignis ſemꝑ ardebit in altari meo quē nutriet ſacerdos. Per ignem x̄o ardens dilectio deſignat̄. De quō igne Lu. xij. inquit ſaluatoꝛ. Ignem veni mittere in terrā: et qd volo niſi vt ardeat. Per altare x̄o mens noſtra intelligit̄ q per ſacerdotē dꝫ accēdi bonis exhoꝛtationibus in cōfeſſione: et per cōfitentē dꝫ inflāmari ex diuinoꝝ bn̄ficioꝝ cogitatiōe. Scđo debet penitēs cogitare bonoꝝ amiſſoꝛum copioſitatē. Ait eñi Maximianꝰ poeta. Dura ſatis miſeris memoꝛatio pꝛiſca bonoꝝ. Tertio dꝫ cogitare pctōꝝ numeroſitatē ⁊ grauedinem. Cui đꝛ Hiere. ij. Scito qꝛ malum ⁊ amarū eſt te dereliquiſſe dn̄m deum tuū. Un̄ Eccli. xviij. ſcriptū eſt. Ante iudiciū. ſ. ꝯfeſſionis: interroga teipm̄. ſ. cogitando predicta ⁊ in ꝯſpectu dei inuenies ꝓpitiationē. Et Hiere. ij. đꝛ. Uide vias tuas in conualle. i. in mētis humilitate: conſiderans ꝙ hō prauus deterioꝛ eſt omni beſtia. vij. Ethi. Q

s Ecūda pꝛeparatio đꝛ totalitatis. Nō eñi ſufficit dicere maioꝛē partē pctōrū ſꝫ neceſſe ē dicere oīa iquātū hūana p̄mittit fragilitas. Un̄ dꝫ peccatoꝛ dicere illud Ouid. in. ſ. de triſtibus: epl̄a. ſ. Tot mala ſum paſſus quot i ethere ſidera lucēt. Paruaqꝫ quot ſiccus coꝛpoꝛa puluis hꝫ. Ut autē quiſqꝫ poſſit recoꝛdari de oībus peccatis nō ſolū que fecit in anno: ſed in tota vita ſua: debet nouē ꝯſiderare. Pꝛimo etatē. ſ. infantie: puericie: adoleſcētie: iuuētutis: ſenectutis: ⁊ etatē decrepitā ſi eſt in ea: ⁊ videre q peccata in his etatibus cōmiſit diſcurrēdo ſingulos annos ⁊ quaſlibet partes anni: qꝛ alia peccata fiūt in eſtate ⁊ alia in hyeme: ⁊ ſic de alijs. Secundo cōſideret ſtatū in quo eſt vel fuit. ſ. virginitatis matrimonij: vel viduitatis: vtrū que requiruntur ad tales ſtatus ſeruauerit. Tertio foꝛtunā: videlꝫ ꝓſperitatē vel aduerſitatē: infirmitatē vel ſanitatē: ⁊ huiuſmodi. Quarto officia: artes: et exercitia que fecit. Quinto ſocietates: cū qbꝰ. ſ. ꝯuerſationē habuit: ⁊ in qbus locis. Sexto ſolēnitates: ⁊ feſta quō ſeruauit: ⁊ qd in illis cōmiſit. Septimo cōſiderare dꝫ pctā coꝛdis. Octauo peccata oꝛis. Nono peccata operis. Et ſic diſcurrēdo poterit pctā ſua inuenire. Caueat tm̄ penitens ne nimis moꝛoſe pctā carnis cogitet: qꝛ Eccl. xiij. đꝛ. Qui tetigerit picē inquinabitur ab ea. Debet qꝫ q vult diligēter ꝯfiteri poſtꝙ̄ examinauerit cōſciētiam ſuā ſup ſeptē pctīs capitalibus diſcurrere ꝑ decē p̄cepta diuina et etiā pꝛecepta eccl'ie ꝯſiderans ſi illa ſeruauit. Itē duodecim articulos fidei: ſi perfecte

credidit. Et septē dona spūssancti: si in se illa habuit. Opa qʒ mīe corporalia ꝛ spūalia: si p fecit. Si etiā sensus corporis bn̄ custodiuit: et si quattuor ṽtutes cardinales: ꝛ tres theologicas: aliasq́ʒ morales exercuit. R

t Ertia pparatio dr̄ amaricationis. De qua Hiere. xxxi. dr̄. Pone tibi amaritudinē: dirige cor tuū in viam rectā. Quā amaritudinem Dauid sentiēdo dicit in ps̄. xxxvi. Rugiebā a gemitu cordis mei. ꝛ alibi. Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte. Talis amaricatio meret̄ veniā. Vn̄ ad hoc applicari pōt illud Ouid. in. i. de pōto. epl'a. v. dicēs. Parcēdum est animo miserabile vulnus habēti: licʒ in alio sensu dixerit. Dicat ergo q̄libet ante ↄfessionē illud Ouid. in li. eplaꝝ: epl'a. ij. Heu patior tellis vulnera facta meis. Et ploret amarissime peccata sua. Lachryme em̄ quodāmodo loquūtur cū deo et impetrāt veniā: iuxta illud Ouid. iij. de pōto. epl'a. i. Interdū lachryme pondera vocis habēt. O pctōres anteq̄ vadatis ad ↄfessionē ex toto corde lugete pctā vr̄a: ꝛ bon⁹ ac pius saluator cōuertet vobis lachrymas in cōsolationē. Mat. v. Bti q̄ lugēt qm̄ ipsi ↄsolabuntur. Immo ip̄e lachryme pariūt quādā dulcedinē: dicēte Ouid. in. iij. de tristib⁹. epl'a. viij. Est quedā flere voluptas. Explet̄ lachrymis: egeriturq́ʒ dolor. Jō Dauid ps̄. cxxxvi. inq̄t. Super flumina babylonis illic sedimus ꝛ fleuimus dū recordaremur tui syon. Babylō autem interpretatur confessio ꝰm Hiero. et spiritualiter pōt accipi ꝓ confusione q̄ sustinet̄ in cōfessione. Ex quib⁹ apparet ꝙ ad ↄfessionē accedere debem⁹ cū magnis gemitib⁹: saltē interioribus sicut faceret capitali sn̄ia dānatus si posset ad iudicem suum pro venia ꝛ mīa impetrāda accedere: diligēter em̄ se prepararet ꝛ q̄d dicere debere premeditaretur.

Pars scd'a in qua queritur: nunquid circūstantie peccatoꝝ debeant explicari. S

s Ecundo sciendū est: ꝙ ad bonā confessionē nō sufficit confessio in gn̄ali: puta dicēdo: cōmisi oīa pctā: vel dicēdo: commisi pctm̄ luxurie auaricie ꝛc̄. Sʒ requirit̄ explicatio specialis: vt inquit Ray. ꝛ Host. in sum. vt etiā habet̄ ī summa ↄfesso. li. iij. ti. xxxiiij. q. lxx. Sed hic queritur nunq̄d sit necessariū ↄfiteri in pticulari circūstātias pctōꝝ. Et r̄ndet̄ ꝰʒ Alex. de ales in. iiij. pte sum. in trac. de cōfessione. ꝛ Rich. in. iiij. di. xxi. ar. iij. q. v. Et scdm̄ Bona. ibidē parte. ij. ar. ij. q. iij. Et bt̄m̄ Tho. ī. iiij. dis. xvi. ꝙ reperiunt̄ ī triplici genere circūstātie pctōrū. Quedā sunt alleuiātes: q̄dam in aliud genus pcti trahētes: ꝛ q̄dā aliquo mō aggrauātes. Circūstātias alleuiātes ↄfiteri nō est necessariū: nec etiā bonū nisi ad h̄ vt satisfaciat alicui inq̄sitiōi: vel vt ꝓuideat̄ scādalo ꝛ perturbatiōi. Utpote si timeat ↄfessorē ex h̄ accipere occasionē ad malū vel etiā si itātū diminuat vt sit ī gn̄e venialis: sicut comedere carnes ī q̄dragesima ꝓpter īfirmitatē cū aliqua tn̄ gulositate. Nō em̄ dʒ dicere cōedi carnes ī q̄dragesima cū sensualitate: q̄r sic videret̄ et eēt mortale: sʒ dʒ addere ꝙ cōedit ꝓpter īfirmitatē: ꝛ sic solū remanet pctm̄ sensualitatꝭ: q̄d ē veniale: al'r ṽo nō debēt eos ↄfiteri: ꝰm Alex. ꝛ Bona. vbi. s̄. Circūstātias ṽo in aliud gen⁹ trahētes ꝰm p̄dictos doctores necesse ē ↄfiteri: vt etiā no. in sum. ↄfes. li. iij. ti. xxxiiij. q. lxxxi. ꝛ cōiter sunt octo iste circūstantie. Ut etiā ponit Nico. de ausmo ī q̄driga sua. li. ij. ti. vij. §. x. Pria ē circūstātia ↄditiōis rei: vt si q̄s peccauit cū irrōnali aīali ē pctm̄ bestialitatꝭ. Si ṽo cū rōnali aut cū ṽgīe ꝛ ē stup: ū aut cū maritata ꝛ ē adulteriū: ꝛ sic de singul'. Et iō q̄litercūq́ʒ ↄditio ↄfitētis seu psone vel rei cū q̄ cōmissuʒ ē pctm̄ īducat pticularē spēciē pcti: ē de necessitate ↄfessiōis. Scd'a circūstātia ē modi peccādi. Posset em̄ q̄s tali mō peccare ꝙ traheretur in aliā specieī vt si q̄s cū muliere cōtra naturā peccaret ꝛ hmōi. Et sic dicēdū est in pctis matrimonij. T

t Ertia circūstātia ē loci. Nā si pctm̄ sit ī loco sacro: vl' ad cultū diuinū deputato: īducit pticularē spēm pcti q̄d dr̄ sacrilegiū: vt no. glo. ī. c. i. de peni. di. v. Vn̄ h̄ casu nō solū ↄfitēdū ē pctm̄ sʒ etiā vbi ē gestū. Q

q Uarta circūstātia est tp̄is. Nā qn̄ peccatū mortale fit ī festo p̄cepto īducit aliā spēm pcti: videlʒ trāsgressionem tertij p̄cepti decalogi: vt dic̄ Nico. de lyra super Exo. xx. c. Et tāto grauior est trāsgressio: quāto festū ē solēni⁹. Et idē ē ꝰm aliquos qn̄ fuisset cōmissum tp̄e ieiunij p̄cepti: q̄r mortale pctm̄ appellat̄ violatio ieiunij. de ↄse. dis. v. c. nihil pdest. Alij tn̄ dicūt ꝙ lʒ tale ieiuniū nihil ꝓsit ad p̄miū essentiale vite eterne: valet nihilomin⁹ quoad obseruationē precepti ecclesie vel cōfessoris. Cui⁹ opinionis est beatus Tho. in. iiij. di. xv. ar. iiij. q. i. et Alber. in tractatu de virtutibus cardinalibus. X

q Uinta ē nūeri. Nā quotiēs q̄s peccauit tot diuersa pctā cōmisit. Vn̄ ē ↄfitēdū quotiēs q̄s pctm̄ cōmisit. Quu

libet em̄ numerus adiunctus alteri numero cōstituit nouā spēm ſm Phm. Si aūt q̄s nō recordat̄ dʒ dolere et cōfiteri φ ex ppria culpa nō p̄t recordari. In hāc em̄ obliuionē nō venisset si sepius i anno ɔfiteri voluisset: vl' si de singulis pctīs mortalibus particularē memoriā fecisset. Sicut faciebat quidam monachus qui cōtinue in sinu portabat tabulā in qua notabat oēs defectus quos cōmittebat. Licʒ autē quis non recordet̄ de numero certo peccatoꝝ suoꝝ: tamen tenet̄ dicere aliquē nūerū quē verisilr̄ existimare posset: vel quāto tēpore in pctō perseuerauit: vtputa p vnū annum vel duos. ⁊ φ frequenter solitus erat peccare: verbigratia. si semel vel bis i die aut hebdomada vel mense. Y

Exta circunstantia est qualitas pcti: vtputa si pctm̄ est publicū. hoc enim casu inducit aliā spēʒ pcti: videlʒ scādalū proximi. De quo saluator Mat. xviij. inquit. Ve homini illi p quē scandaluʒ venit. Unde nō solū dʒ ɔfiteri φ pctm̄ est publicū: sed etiā in quo sit publicū siue in paucis siue in multis. q: tot suo malo exēplo offendūtur quātis suū pctm̄ patuit. Debet ergo q̄s ɔteri ⁊ confiteri: si cognoscit siue existimat φ occasione sui mali exēpli sit quisφ ad alicuiꝰ mali siue peccati perpetrationē adductus. Z

Eptima est inductio: Nā q̄ cū aliquo peccauit ⁊ ꝓximū suū ad peccādū allexit vltra p̄ncipale pctm̄ homicidiū spūale cōmisit: mlto grauiꝰ corpale. vt dicit Aug. xxij. q. v. c. ille qui. ⁊ talis ſm Scotū in iiij. dis. xv. tenetur ad inducēdū illū quātum pōt ad pniam ⁊ orare pro eo. nam magis eū lesit φ si tēporalia ei abstulisset. c. sunt plurimi. vj. q. j. ⁊ ideo dʒ cōfiteri φ inducit seu inducere desiderauit aliū ad peccādū. Octaua circūstātia est accidētis. Qñqʒ em̄ cū principali pctō accedūt multa alia. Sepe em̄ vt operet̄ q̄s aliqđ pctm̄ cōmittit multa facinora: verbigratia. interponēdo mediatores: vel cōducēdo socios vt ei ad pctm̄ auxiliētur: vl' vt simul peccēt: seu vtendo adulationibꝰ vel mēdacijs: vt ꝓximū ad peccādū iducat. Uel vtēdo cātilenis: seu v̄bis alijs inhonestis aut diffamatorijs. Siue lr̄as amoris scribēdo vel mittēdo. Uel ꝓximū odiēdo: seu ei iniuriādo verbis aut factis. Aut de nocte ambulando. vel arma gerēdo. Siue infamiā alicui mulieri ꝓpter suā frequētationē dādo: sicut multi faciūt trāseūtes p quasdā domos sepiꝰ in die nō sine nota ipsaꝝ vel eas sequēdo quocunqʒ ambulent. ⁊ sic de similibus. Hec em̄ oīa debent cum principali confiteri. q: sunt circunstantie in aliud genus pcti trahētes. A

Et notandū ſm Alex. de alesvbi. s. φ cū h̄ sit p̄ceptū affirmatiuū: nō obligat̄ q̄s semp istas circūstātias confiteri: sʒ p loco ⁊ tpe. s. qñ cognoscit eas per se vel p inq̄sitionē ɔfessoris. Uñ sapiēs ⁊ itelligens dʒ ɔfiteri eas absqʒ interrogatiōe: ignorātibus v̄o sufficit ɔfiteri qñ ab ipsis ɔfessoribus inquirunt̄: si alr̄ hec nō cognoscāt. B

Ircūstantias v̄o aggrauātes peccatū sed spēm nō mutātes dixerūt q̄dā nō esse necesse ɔfiteri: nisi de bono ⁊ eq̄. Scđm aūt vuilh. Altissiodoreñ. si circūstātie sint notabilr̄ aggrauātes debēt ɔfiteri. Non em̄ sufficit illi qui mille marchas auri: vl' thesaurū sancti Marci rapuit dicere. Ego rapui aliena: q: posset verificari in duobꝰ solidis vl' nūmis; nec sufficit illi qui aliū gladio vulnerauit dicere: pcussi ꝓximū: q: posset verificari in leui pcussione maxille. Uñ sacerdos nō posset bñ itelligere quātitatē delicti: ⁊ sic de similibꝰ. Hec aūt oīa p̄dicta tāgit Aug. in. c. cōsideret. de pe. di. v. in lib. de pnīa. dicens: ɔsideret q̄litatē criminis: in loco: in tpe: in varietate psone: ⁊ quali hoc fecerit tētatiōe: ⁊ i ipsius vitij execucione: opʒ em̄ penitere fornicantē ſm excellentiā sui statꝰ aut officij: aut ſm modū meretricis: ⁊ in mō opis sui: ⁊ qualiter turpitudinē suā pegit: si i loco sacro aut cui debuit excellentiā fidei: vt sunt domꝰ dominoꝝ: ⁊ alioꝝ multoꝝ. Si in tpe oronis cōstituto: vt in festiuitatibꝰ sctōꝝ: et tpe ieiunij cōsideret ⁊ quātū pseuerauit: ⁊ quāto fuerit i impugnatiōe: et ptractet secum φ multiplici actione vitij delectabilr̄ peccauerit. Oīa ista varietas oñdēda est: ɔfitēda: ⁊ deflēda. h̄ ille. Scđm aūt iuristas pctm̄ aggrauatur diuersimode iuxta ɔtinētiā illiꝰ v̄sus. Quis q̄d vbi per quos: quotiēs cur: quō qñ. Quis: nā psona delinquētis aggrauat delictū. l. aut facta. §. psona. ⁊ l. capitaliū. ff. de pe. ⁊ l. presbyteri. vbi Jaco. de are. C. de episco. ⁊ cleri. et. C. vbi senatores vel clarissimi cō. l. j. et. ff. de re mili. l. ij. ⁊ l. nō oīs. et. C. de sum. tri. l. nemo. ⁊. C. vt nemo ad suū patrociniū. l. j. li. xj. ⁊ ibi Bābar. ⁊. xxiij. q. vj. c. indignātur. Exemplum etiā aggrauat. ff. de re mili. l. oē delictuʒ. §. q̄ mane. psona q̄ʒ in quā deliquit̄ aggrauat. l. aut acta. §. psona. ff. de pe. ⁊ l. fina. ff. de offi. p̄si. ⁊. ff. ad legē pompeiā. de pari. quasi p totū. ⁊ isti. de iniu. §. atrox. ⁊. C. de rap. v̄gi. l. j.

§.si autē.ꝛ.ff.de re mili.l.oē delictū.in pn.ꝛ
l.milites.§.irreuerens miles.et.ff. de iniu.l.
ptōꝛ.§.fi.ꝛ.xij.q.j.c.j.et ibi Arch. ꝛ.xxxij.q.
j.c.nuptiarū. Quid etiam aggrauat.vt si fiat
grauis īiuria.d.§.atrox. Ubi ēt.j.locꝰ aggra
uat.d.l.aut facta.§.locꝰ.ꝛ.§.euētꝰ.ꝛ.l.capi-
taliū.§.ꝛ ob inimicitias.ff.de pe.et de incen
dio rui.ꝛ nau.l.q̄ edes.ꝛ.d.§.atrox. et.C.de
īcestis nup.l.iij.ꝛ.j.q.j.c.placuit. ꝛ.ij.q.viij.
§.libelloꝝ.ꝛ ibi Archi. Locꝰ q3 vulneris ag-
grauat.d.§.atrox.ꝛ argumētum.ff. de feri.l.
eadē.in fi.ꝛ eē de ho.c.p̄sbyteꝝ.ꝛ.ff. de iniu.
l.p̄toꝛ.et.§.fi. Per q̄s ēt aggrauat delictū vt
puta ex ꝯcordia multoꝝ.ff.ad sille.l.excipiūt
Quotiens ēt aggrauat: iteratū nāq3 delictū
aggrauat.l.iij.C.de epis. audien.ꝛ.ff. de pe.
l.si diutino.ī glo.ꝛ ī.l.capitaliū. Et de h̄ tra-
ctat Bal.in aut.s3 nouo iure. et in.l.q̄cunq3.
C.de ser.fugi. Perseuerātia q3 auget pctm̄.
l.iij.§.differt.ff.de re mi.ꝛ.l.capitaliū.§. so-
lent.ff.de pe.ꝛ.c.fi.de cōsue. Cur ex motu em̄
ꝛ cā aggrauat delictū.ff. de his q̄ no.infa.l.
ictꝰ fustiū.ꝛ ar.ff.mādati.l. ꝓcuratorē. ī pn.
cū ibi nota.ꝛ.ff.de fur.l.veꝝ.ꝛ.C. de edic.di.
adri.tol.l.fi.et.d.l.aut facta.§.j. et.ff.de po-
stu.l.ex ea. Quō.s.p modū ioci vel iniurie.d.
l.aut facta.§.nō em̄.ff. de penis. Qn̄ nā tp̄s
aggrauat.d.l. aut fctā.§.tp̄us.ff. de pe.ꝛ ad
l.aql.l.itaq3.ꝛ.ff.ad.l.coꝛ.de sic.l.si furem. ꝛ
de fur.l.ij.ꝛ de effrac.l.fi.ꝛ de īcē.rui. ꝛ nau.
l.j.ī fi. Sūt etiā multe alie circūstātie aggra
uātes q̄ cū p̄dictis ponunt a theol. q̄ deter-
mināt ꝙ pctā nō sunt ī grauitate ꝛ offensiōe
paria. De q̄ Rich.ī.ij.di.xlij.q.vlt.ꝛ Alex.de
ales in.ij.pte summe.in tract.de cōditionibꝰ
pctī mortalis. et btūs Tho.j.ij.q.lxxiij.ar.ij.
ꝛ in.ij.scripto.di.xlij.ar.x.ꝛ in sum. ꝯ gētiles
lib.iij.c.cxxxviij. Et ꝓbat hec veritas p illud
qō dr̄ Ezech.xvj.vbi loquēs deꝰ de pctō hie-
rusalē in cōparatione ad pctm̄ sodome et go
moꝛre ait illi. Sceleratioꝛa fecisti illis ī oībꝰ
vijs tuis. Et saluatoꝛ Johis.xix.ait pylato de
pctō Jude siue ppl̄i iudaici. Qui me tradi-
dit tibi maius pctm̄ h3. Multis ergo modis
ſm p̄dictos theol. dr̄ vnū pctm̄ grauiꝰ altero
puta ignoꝛatiōe. Q: grauioꝛ ē culpa ꝓcedēs
verati in multis bñ disponenť qm̃ deus tēta uit eos: ⁊ inuenit eos dignos se. Et iō angel⁹ dixit Tobie: vt hr̃ Tobie. xij. Qr accept⁹ eras deo: necesse fuit vt tētatio probaret te. Scriptū est enī Ecci. xxvij: Uasa figuli probat fornax: ⁊ hoīes iustos tētatio tribulatiōis. D

E

T facit ad hoc dictū Aristo. ij. de gñadi. ꝙ mot⁹ solis in obliquo circulo est causa gñationis ⁊ corruptionis. Cui⁹ rō est: qr si directe semper luceret sup emisperiū nr̃m suo feruore terrā tm̃ desiccaret: ꝙ sterilis efficereť. Quare ad viuentiū cōseruationem necessariū est vt sol oblique resplēdeat. Sic spūaliter de⁹ q̄ est sol iusticie si semp lumē ꝓsperitatis emitteret: multis eēt cā sterilitatis et infructuositatis: ita ꝙ opa virtutū nō facerēt. De⁹ ergo nōnūꝙ̄ bonos ⁊ iustos oblique ꝑ subtractionē ꝓsperitatis respicit: et ī tenebris tribulationū ad tp̄s stare ꝑmittit: vt ampliorē eis gratiā ⁊ gliam tribuat: ⁊ eos ꝑ patientiā meliores reddat. Jō tribulatio dic dñs Esa. liiij. Jn modico dereliq̄ te: et in magnis miseratiōib⁹ ꝯgregabo te. Jn momēto indignationis mee abscōdi faciē meā paulisper: ⁊ in mīa sempiterna misertus sum tui. Quapropter hortať nos apl's ad Ephes. iij. di. Obsecro vos vt nō deficiatis ī tribulationib⁹: de q̄bus tractaturi tres ꝯsideratiōes faciem⁹. Prima diceť fructificationis. Scd̃a necessitationis. Tertia distinctionis.

Pars prima de fructificatione et vtilitate tribulationum. E

I

Jcȝ innumere sint vtilitates q̄s cōsequimur ex tribulationibus patiēter toleratis: tm̃ breuitatis causa solū tres enodabimus. Quarū prima diceť liberatiōis. Una enī tribulatio plerūꝙ liberat ab alia. Un̄ v'ificať illa snīa Catonis. Dolor est medicina doloris. Maxime aūt tribulatiōes liberāt a tētatiōib⁹ carnalib⁹. Sic legiť ī vitaspatrū de illo sctō patre cui⁹ discipul⁹ grauiter tētationib⁹ carnalib⁹ vexabať quē ille prudēter fecit a fratribus alijs quotidie tribulari. Un̄ vn⁹ vno die eū de aliquo crimine corā suo abbate accusabat: ⁊ alia die accusabať de alio: ⁊ sic ꝯtinuas tribulatiōes sustinebat. Jn fine aūt anni interrogat⁹ ab abbate quō faceret cū tētationibus carnalib⁹. Rn̄dit. Nō datur mihi vincere cū fratribus ⁊ sum plen⁹ tribulationib⁹: quō possum intendere cogitatiōib⁹ carnalib⁹: ⁊ sic liberat⁹ fuit v'tute tribulatiōis a carnali tētatiōe. De hac aūt vtilitate tribulationis d': Ecci. xxj. Malicia siue afflictio vnius hore obliuionē facit luxurie maxie. Scd̃a vtilitas tribulatiōis d' cognitionis. Pro cui⁹ declaratione videam⁹ prio q̄s effect⁹ parturiat ꝓsperitas mūdana: vt ex opposito ītelligam⁹ effect⁹ aduersitatis et tribulatiōis. Cōtrariarū enī causaꝝ cōtrarij sunt effect⁹. ij. de gña. ⁊. ij. Physi. Et si vnū est cā alicuius oppositū est cā oppositi. j. Posterio. ⁊. ix. Meta. Dico igiť ꝙ ex ꝓsperitate quis obliuiscit cōditionis sue: dicēte Dauid ps. xlviij. Homo cū in honore esset nō intellexit: cōparat⁹ est iumētis insipiētib⁹ ⁊ silis factus est illis. Et Sene. in puer. ait. Fortuna quē nimis fouet stultū facit. Jtē ex ꝓsperitate nasciť obliuio dei: dicēte Dauid ps. xiij. Dixit insipiēs ī corde suo nō est de⁹. Ex q̄b⁹ obliuionib⁹ hō efficiť superb⁹. Un̄ scriptū est ps. lxxvij. Jn labore hoim nō sunt: ⁊ cū hoib⁹ nō flagellabūtur: iō tenuit eos supbia opti sunt iniq̄tate ⁊ ī pietate sua. facit ad hoc illud Uergil'. x. Eneid. circa mediū dicētis. Nescia mēs hoim fati sortisꝗ future. Et seruare modū rebus sublata secūdis. Et Lucanus in. j. dicit. Mores rebus cessere secundis. Et Ouidi⁹ li. ij. de arte amādi dicit. Luxuriāt animi rebus plerūꝗ secūdis. Nec facile est equa cōmoda mēte pati. Si ergo ꝓsperitas est cā hoꝝ maloꝝ: ergo tribulatio ei⁹ cōtraria erit causa cōtrarioꝝ bonoꝝ: et sic faciet hoīem habere cognitionē sue miserie et infinite bonitatis diuine: a qua omne bonum ꝓcedit: et sine qua nihil valemus boni agere: ⁊ per consequens eum faciet humilem ac dei timoratū: et in eo totam spem suam ponentem. F

q

Uod aūt tribulatio det hoī cognitionē suijpsius habetur Ecci. vij. vbi d'. Meli⁹ est ire ad domū luct⁹ ꝙ̄ ad domū ꝯuiuij. Jn illa enī finis cūctoꝝ admoneť hoim: ac viuēs cogitat quid futurū sit. ⁊ Hiere. xxxj. di. Castigasti me dñe ⁊ erudit⁹ suȝ q̄si iuuēculus indomitus. Jō inq̄t Boe. in li. ij. de cōso. c. xv. Plus hoibus reor aduersam ꝙ̄ ꝓsperā ꝓdesse fortunā. Qr aūt tribulatio det cognitionē dei: hr̃ ps. lxxij. vbi d'. Cū occideret eos querebāt eū ⁊ reuertebanť ⁊ diluculo veniebant ad eū. Et memorati sunt qr de⁹ adiutor eoꝝ: ⁊ dñs excelsus redēptor eorum est. Greg. q̄ȝ in moral'. dicit. Nisi tribulatiōes essent hoīes obliuiscerenť dei tribulationes q̄ nos hic premūt ad deū ire compellunt. Nā sicut equus vel asinus dū extra viā est vel incedit lente a dño suo pūgiť vt ad viā redeat vel velocius incedat. Sicut legiť fecisse Balaam

sue afine dū ambularet extra viā. Nūeri. xxij. sic etiā deus pctōrem pungit p tribulationes vel aliquā aduersitatē: vt ipse qui extra viam charitatis ambulat per pctā ad viā rectam reuertat p bonas opationes: ⁊ in grā ⁊ virtutibus pficiat ⁊ pcedat. Et ƀm volūtatē diuinā ambulet p semitā mandatoꝝ ei⁹. De ƀ aūt figurā habem⁹ Gen. xvj. in Agar ancilla Sare q̄ dn̄am suā despexerat ⁊ recedēs ab ea fugerat in locū desertū. Cui angelus apparēs pcepit dicēs. Reuertere ad dn̄am tuā ⁊ hūiliare sub manibus ipius. Quā figurā beat⁹ Aug. sup Job. tractās. vt etiā hr̄. xxiij. q. iiij. c. qn̄ ait. Ad ƀ ancilla affligit vt reuertat. q: ples eius sicut ples Jacob cū fratrib⁹ hereditatē obtinebit. s. i regno celoꝝ. ppter qd dn̄s inqt Osee. vj. In tribulatiōe sua mane ꝯsurgent ad me. Idē q̄z Aug. sup ps̄. ait. Flagellū iterius vel exteri⁹ glificat creatorē: cōpellit nolentē: erudit ignorātē: custodit ꝟtutē: expellit infirmitatē: excitat torporē: hūiliat supbientē: purgat penitētē: cruciat nocētē: nūciatq̄ mortē supuenientē. Vn̄ Antiochus rex q̄ dux esset sanus ⁊ in pspēritate ita erat supbus ꝙ dicebat se velle facere Hierosolymā ꝯgeriē sepulchri iudeoꝝ: postea pcussus a deo plaga insanabili hūiliat⁹ est di. ij. Mach. ix. Justū est subditū esse deo: ⁊ mortalē nō paria deo sentire. Dicit etiā Greg. ix. moral. c. xxxvj. Supna dispēsatio icirco nos tota sibi intētione seruientes carnis nr̄e pmittit tētationibus concuti ne mens nr̄a audeat in supbiā psumptione securitatis eleuari: vt dū pulsata trepidat, in solo autoris adiutorio fidē robusti⁹ ponat. hec ille. Ecōtra ꝟo est de hoīe pspēritatib⁹ excecato q̄ de deo nō curat. Hoc autez ego vidi experiētiā in quodā iuuene pulchro atq̄ pspēritatib⁹ pleno: q̄ dixit mihi cū adhuc essem secularis. Teneat deus paradisum suū: ego enī nescio pulchriorē paradisum isto mūdo. O stulte q̄s te ad tātā insaniā pduxit nisi pspēritas. Cū ergo q̄s est in prospēritate vt plurimū nō recordat dei nec sanctorū. Cū ꝟo est tribulatus statim ad eccliam pgit: dicit officiū: cādelis alluminat imagines sctōꝝ: facit elemosynas: se recōmēdat seruis dei: ⁊ oīa bona facere disponit. Jō Esa. xxvj. dr̄. Dn̄e in angustia exq̄sierūt te. Et de vtraq̄ cognitione simul hr̄ Prouer. xxix. vbi inqt Salomon. Virga atq̄ correctio tribuit intellectum ⁊ sapientiam. Que sapiētia ꝯsistit in cognitione sui ⁊ dei. Qr̄ aūt tribulatio defendat hoīem a superbia ⁊ faciat stare in hūilitate: hr̄ Job. x. vbi scriptū est. Si iustus fuero nō leuabo caput supbiendo saturatū afflictiōe et miseria. Et. ij. Corint. xij. ait Paulus. Ne magnitudo reuelationum extollat me datus est mihi stimulus carnis mee angelus sathane qui me colaphizet. Et ps̄. xliij. inquit Dauid. Humiliasti nos in loco afflictionis.

G
e Xemplū hui⁹ habem⁹ in filijs israel: qui in pspēritate supbiētes ac in deū peccantes postea tribulati pctā sua cognouerūt ⁊ ad deū cōuersi sunt. Nūeri. xxj. Silr in Dauid in pspēris supbiente ac populū per fastū numerari faciēte: q̄ ppter plagaz a dn̄o factā in suo exercitu mirū in modū humiliatus est. ij. Regū. xxiiij. Vn̄ primo cognouit miseriā suā cū dixit ps̄. xxj. Ego autē sum vermis ⁊ nō homo: opprobriū hoīm ⁊ abiectio plebis. Deinde potentiā diuinā cū dixit ps̄. xlvij. Magnus dn̄s ⁊ laudabilis nimis: et magnitudinis eius non est finis. Et ps̄. xlvj. Oēs gētes plaudite manibus: iubilate deo i voce exultationis. Qm̄ dn̄s excelsus terribilis rex magnus sup oēm terrā. Quib⁹ cognitis statī ad deū cucurrit. vnde dixit ps̄. cxix. Ad dn̄m cum tribularer clamaui. ⁊ ps̄. cxiiij. Tribulationez ⁊ dolorem inueni: ⁊ nomē dn̄i inuocaui. Sicq̄ totam spem i eo posuit. Vn̄ canit ps̄. cxx. Leuaui oculos meos in mōtes: vnde veniat auxilium mihi. Auxilium meum a dn̄o: qui fecit celum ⁊ terrā. Et ps̄. cxxij. Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis. Ecce sicut oculi seruorum: in manibus dominorum suorum. Sicut oculi ancille in manibus dn̄e sue: ita oculi nostri ad dn̄m deum nostrum donec misereatur nostri.

H
t Ertia fructificatio ex tribulatiōe pueniens dr̄ purgatiōis. Fundamētū cui⁹ colligit i. l. seru⁹. ff. de manumiss. vbi dr̄: ꝙ dn̄s nō pōt manutenere seruū suuz alteri obligatuz donec satisfecerit illi obligatiōi ⁊ debito. Quo psupposito dico ꝙ licz oēs sim⁹ serui dei cui inqt Dauid ps̄. cxxviij. Oīa seruiunt tibi tn̄ sumus obligati alijs. Qr ꝟa est illa snīa. j. Job. j. Si dixerim⁹ q: pctm̄ nō habemus nosipos seducimus ⁊ ꝟitas in nobis nō est. Et. iij. Regū. viij. Nō est hō q̄ non peccet. Et Prouer. xxiiij. Septies i die cadit iustus. Et in. c. licz. xlv. di. scriptum est. Sine pctō nullus viuit. Si ergo oēs sum⁹ pctōres seqtur ꝙ sumus obligati ad faciendā pniam ipsorum peccatoꝝ. q: peccatum est obligatio quedā per quā tenemur tolerare penam ƀm quātitatem delicti. Vn̄ inqt Dauid ps̄. cxxiiij.

Declinantes aūt in obligationes.i. pctā ſm gloſam. Et hoc eſt qḋ inq̄t ſaluato2 Ioh.viij. Qui facit pctm̄ ſeruꝰ eſt pcti. trāſſumptiue in ij.ſen.di.xxv. Cum ergo ſimus oēs debitores multoꝝ pctōꝝ nō conuenit deo dn̄o nr̄o nos ſeruos ſuos manumittere.i. a ſeruitute p̄ſentis vite liberare ⁊ ad libertatē vite eterne perducere donec ſatiſfecerimus obligationi quā cū pctīs nr̄is habemꝰ: ⁊ donec fuerimus purgati ⁊ mūdati ab oībꝰ nr̄is pctīs ⁊ defectibꝰ. Inq̄t em̄ Ricĥ.in.iiij.di.xxj.ar.j.q.j. ꝙ nullus pōt hr̄e gaudiuꝫ vite eterne donec alicui pene obligatus eſt. Nec eſſe eſt ergo pctā nr̄a per punitionē purgari: q2 deus iuſtus eſt: et vult iuſticiā exerceri. dicēte Dauid pſal.x. Iuſtus dn̄s ⁊ iuſticias dilexit. Iuſticia aūt vult delicta puniri. l. ſi lōgius. ff. de iudi. cū ſimilibus. Si ergo volumꝰ aſcēdere in celū neceſſe eſt purgari noſtra delicta: q2 nihil inq̄natum intrabit in illud Apoc̄. vltimo. Sed ſolū ille q̄ ingredit̄ ſine macula. pſal.xiiij. Et innocēs manibꝰ ac mūdo corde. pš.xxiij. Si autē iſta purgatio nō fiat in h̄ mūdo: neceſſe eſt vt fiat in alio: dicēte Bern̄. in quodā ſermone. Qui ī hoc mūdo flagellari nō merebit̄ in alio torq̄bitur. Cū igit̄ purgatiōes alterius ſeculi ſint aſperiores q̄ p̄ntis: melius eſt ꝙ hic purgemur de oībus pctīs nr̄is. Hec aūt purgatio nō pōt fieri niſi mediāte afflictione ⁊ tribulatione. Quia vt inq̄t phs.ij. Ethi.x. Meta. et viij. Phyſicoꝝ. Cōtraria ꝯrijs curant̄. Sicut patet de frigido qḋ eijcit̄ a calido. Et ecōtra. Cū igit̄ pctm̄ ītrauerit ⁊ intret in aīa noſtra mediāte delectatiōe: vt dr̄ in.c.nō eſt. ꝯiūcta glo.xv.q.j. Neceſſariū eſt ꝙ eijciat̄ p ſuū ꝯtrariū.i. p afflictionē ⁊ tribulationē. Qz vt inq̄t Greg. ſup Iob.xxiij.c. Sicut aurum p ignem purgat̄ ab omni rubigine ⁊ macula corporali: ita aīa nr̄a aduerſitate tribulatione ⁊ afflictione purgat̄ ab omni vitio ⁊ defectu ſpirituali: ideo Iob.xxiij.c. ſui libri inquit. Probabis me ſicut aurū: qḋ p ignē trāſit. vn̄ Grego. ait. Qḋ lima ferro: et fornax auro: et tribula grano: hoc facit tribulatio homī iuſto. Scriptū eſt etiā Tobie.iij. In tēpore tribulatiōis pctā dimittunt̄. Magna eſt ergo vtilitas hominis tribulati. Quia vt inq̄t Iſido. in li. de ſummo bono. Iō hic flagellis atterimur: vt ī iudicio purgati inueniamur. Qḋ ſciens Dauid inq̄t pš.xvij. Caſtigās caſtigauit me dn̄s: ⁊ morti nō tradidit me. Signū eſt ergo malū qn̄ q̄s nūq̄ hꝫ tribulationē. Vn̄ legitur in legēda ſcti Amb. ꝙ cū predictus ſanctus Romā pergeret in quadā villa Tuſcie apud quēdā diuitē hoſpitatꝰ eſt: eūq3 de ſtatu ſuo requiſiuit. Cui ille r̄ndit. Status meus dn̄e ſemper fuit felix ⁊ glorioſus. Nā diuitias: ſeruos ⁊ ancillas: filios ⁊ filias habeo: ⁊ oīa ad votuꝫ ſemp habui: nec adhuc quicq̄ aduerſi mihi euenit. Quo audito btūs Amb. vehemēter obſtupuit: ⁊ ſocijs ſuis dixit. Surgite eamus: q2 dn̄s nō eſt in loco iſto. Feſtinate: ne nos diuina vltio hic app̄hendat. Cū igit̄ aliquātulū p̄ceſſiſſent ſubito terra ſe aperuit: ⁊ hoīem illū cū vniuerſis ad ſe ptinētibus ita abſorbuit vt nullū inde veſtigiū remaneret. Qḋ cernens btūs Amb. dixit. O q̄ periculoſa eſt pſperitas mūdana. Qḋ ſciēs btūs Aug. inq̄t in quodā ſermone. Euidētiſſimum eſt reprobationis ſignū hr̄e oīa ad nutū: ſctūs q3 Greg. in.v. moraliū hoc declarat p ſilitudinē di. Qz medicꝰ infirmū de cuiꝰ infirmitate deſperat pmittit comedere ⁊ bibere ad libitum ⁊ cetera facere q̄ illi placēt. Cū vo quē ſanandū credit: nō pmittit viuere ad libitū: ſ3 dat ei ſirupos ⁊ medicinas: multaq3 alia ſenſualitati ꝯria quibꝰ ſanitas recuperat̄. Sic etiā facit deꝰ pctōribus obſtinatis: quos videt ad mortē eternā pſperari: nec velle liberari penitētia. Permittit em̄ eos in hoc mūdo pſperari: ⁊ hr̄e multa ad votū p remuneratiōe bonoꝝ q̄ faciūt in pctō mortali. Nō em̄ dare eis vult vitā eternā. At cōtra bonis ⁊ iuſtis quibus vitā ppetuā dare intēdit multa aduerſa infligit: vt a pctōꝝ vulneribus talibꝰ medicinis ſanent̄. Sunt em̄ tribulationes mordaciſſima medicamēta aīaꝝ ſanatiua.c.nō oīs. v.q.v. Et iō ſanctus Tobias de tribulatione habita grās deo referebat ſui libri.c.xj. dicēs Bn̄dictio te dn̄e deꝰ iſrael: q2 tu caſtigaſti me ⁊ ſaluaſti me. ⁊.xij.c. etiā dicebat. Magnꝰ es dn̄e in eternū qm̄ tu flagellas ⁊ ſaluas ⁊c̄. Et propter hāc vtilitatē deus diſpoſuit vt nulla dies ſine dolore trāſeat. vt dicit Senec̄. in libro de p̄uidētia: ſicut etiā quēlibet diē ſequit̄ ſua nox immediate. Qḋ cū quidā rex a quodā philoſopho audiret ⁊ nō crederet velletq3 experiri ꝯtrariū: fecit oīa gn̄a ſolacioꝝ apponi vna die p̄cipiēs ſub pena capitꝭ vt illa die nihil triſte diceret̄ aut fieret corā eo. Cū autē eſſet in palatio ſuo in magna glīa ⁊ leticia: ecce ꝙ ſubito deſup vna hirundo in oculum regis ſtercus calidū proiecit ⁊ eū viſu priuauit. Deus em̄ noluit vt lex ſua frangeret̄ q̄ diſpoſuit hoīes tribulationibꝰ ſubdere in hoc mūdo ne poſtea crucient̄ ī futuro. Et iō illos nō

diligit quibus nullas vnq̄ tribulationes im mittit. Faciūt q̄s nobiles de bobus suis silr. Nā qn̄ bos p̄paratur ad occidēdū pmittit᷑ vi uere in pascuis sine aliquo onere ꝛ laboꝛe: vt melius impinguet᷑. Cū v̄o pinguis fuerit ad macellū pducit᷑ occidēdus. Bouē v̄o vtilē et foꝛtē semꝑ laboꝛib⁹ detinēt. Et sic facit deus pctōꝛi inutili ꝛ infructuoso. Permittit enim eū incrassari diuitijs ꝛ pꝛosperitatibus: dein de in momēto eū ad moꝛtē eternā trāsmittit Jllū v̄o qui vtilis est in laboꝛibus hui⁹ mun di ꝛ tribulationib⁹ cōtinue detinet. Q: sicut medicine ꝛ alie res cōtrarie sensualitati pur gāt coꝛpus ab infirmitatib⁹ coꝛpalib⁹: ita ad uersitates ꝛ tribulationes mūd. ita aīam a vi tijs ꝛ infirmitatib⁹ spūalibus. Jō necesse est vt boni hoīes multas tribulationes patiant᷑ ne postea in purgatoꝛio toꝛqueātur ꝑ pctīs cōmissis. Un̄ scriptū est ps̄. xxxiij. Multe tri bulationes iustoꝝ. Facere enī bonum ꝛ pati malū recta ꝛ infallibilis est via pducēs ad ce lū. Quapꝛopter btā Agatha exultabat in tri bulationibus sciēs ꝙ ꝑ illa ad celestia regna migraret. Un̄ in eius legēda legit᷑. Agatha le tissime ꝛ gloꝛiāter ibat ad carcerē: ꝛ quasi ad epulas inuitata agonē suū dn̄o cōmēdabat. Cūq̄ ꝓcōsul Quintianus eā faceret toꝛmen tis cruciari illa dixit. Sicut qui videt quem diu desiderauit aut sicut q̄ īuenit thesauros multos: ita ꝛ ego delectoꝛ in his penis coꝛpo ralibus posita. Et sicut nō pōt triticū in hoꝛ reū reponi nisi teca eius fuerit foꝛtiter cōcul cata in paleis: ita ꝛ aīa mea non pōt in para disum dei cū palma intrare martyꝛij nisi dili gēter feceris coꝛpus meū a carnificibus tuis attrectari. hec illa. J

Omnes ergo tribulati si patienter to leraueriṅt aduersitates: maxime q̄s patiuntur ꝑ iusticia in vitā eternā re munerabuntur. Un̄ canit᷑ in hymno dedica tionis ecclesie. Et virtute meritoꝝ illuc intro ducit᷑ oīs q̄ ob xp̄i nomē hic in mūdo pꝛemi tur. Tōsiōib⁹ pressuris expoliti lapides suis coaptant᷑ locis ꝑ manū artificis disponūtur ꝑmansuri sacris edificijs. Licz aūt dicat Hie ro. ꝙ impossibile est ipsam innocētiā nō tur bari. i. nō dolere: tn̄ si nō ꝑturbetur non ꝑdit mercedē suā q̄ est maxima. Et iō inquit salua toꝛ Mat. v. Bt̄i estis cū maledixerint vobis hoīes ꝛ psecuti vos fuerint ꝛ dixerint oē ma lū aduersus vos mentiētes pꝛopter me. Gau dete ꝛ exultate: qm̄ merces v̄ra copiosa est in celis. Et ibidē etiā ait. Bt̄i q̄ persecutionē pa tiunt᷑ ꝓpter iusticiā: qm̄ ipoꝝ est regnū celoꝝ et ps̄. xc. dicit deus. Cū ipo sum in tribulatio ne: eripiā eū et gloꝛificabo eū. Et Sap. iij. dꝛ de iustis. Si coꝛā hoībus toꝛmēta passi sunt spes illoꝝ īmoꝛtalitate plena est. facit ad hoc l. cū qui. ff. de iureiur. vbi dꝛ: ꝙ q̄ in vno gra uatur in alio dꝫ subleuari. Quāto ergo q̄s est magis tribulatus ꝑ veritate ꝛ bono opeꝛe: tā to magis dꝫ credere se esse deo gratū. Et idē dico de tētationibus: vt inq̄t btūs Fran. cui dā fratri tētato. Un̄ dꝛ Gen. xxij. Tētauit de us Abꝛaā. s. ꝓpter p̄dictas vtilitates. Sicut enī pater carnalis filiū quē magis diligit pl⁹ coꝛrigit vt bn̄ disciplinat⁹ hereditatem iuste possideat: iuxta illud. xxiij. q. v. c. non putes. Fili⁹ nō diligit᷑ q̄ nō disciplinat᷑. Sꝫ deus pr̄ celestis hic aduersitatib⁹ filios suos coꝛrigit vt exerceantur in virtutib⁹ ꝛ tādē habeāt he reditatē eternā. vn̄ Jsid. i li. de summo bono ait. Tūc iustis p̄mia disponūtur eterna cū in p̄nti tribulatiōe ꝓbāt᷑. ꝛ Aug. v. q. v. nō oīs. inq̄t. Quis nos ampli⁹ pōt amare ꝙ̄ deus: ꝛ tn̄ nos nō solū docere suauiter: verūetiā salu bꝛiter terrere nō cessat. Et ꝓpter h̄ Sene. ad Lucil. scribēs ep̄la. lxxvi. inq̄t. Uir bon⁹ quic quid ei acciderit equo aīo sustinebit: sciet enī illud accidisse lege diuina a q̄ vniuersa pꝛoce dūt. Et iō q̄dā deuot⁹ xp̄ian⁹ in oīb⁹ q̄ sibi ac cidebant sꝑ dicebat: Oīa pꝛo melioꝛi. Quidā aūt dux q̄ faciebat hoīes comedi a canib⁹ hoc audiens dixit. Ego faciā eū a canib⁹ meis de uoꝛari: ꝛ videbit si hoc erit ꝑ melioꝛi. Misit g̃ ad illū vnū nūciū p̄cipiēs ei vt ad se veniret Quo adueniēte dixit ei p̄nceps p̄dictus. Ua das cū istis curialib⁹ meis. Jlle v̄o vadēs cū descēderent de q̄dā scala lapidea fregit tibiā cadēdo suꝑ lapides: ꝛ statī dixit. Oīa pꝛo me lioꝛi. Curiales v̄o ei compatiētes cucurrerūt ad p̄ncipē ei nūciātes casum illi⁹. Et ipē iter rogauit q̄d dixerat cū tibiā fregisset. Et audi tis v̄bis ei⁹ dixit. Q: dimittatis eū: q: fuit ꝑ suo melioꝛi poti⁹ frāgi tibiā ꝙ̄ a canib⁹ deuo rari. Ecc̄i etiā. xi. dꝛ. Bona ꝛ mala vita ꝛ moꝛs pauptas ꝛ honestas a deo sunt. Et iō cū ea q̄ dant᷑ ab amicis soleāt eē chara: tribulatiōes a deo missas debem⁹ gratiose suscipe: ꝛ dice re cū saluatoꝛe nr̄o sensualitati renitēti. Cali cē quē dedit mihi pr̄ nō vis vt bibā illū. Joh. xviij. Nō ē igit᷑ timēda potio tribulatiōis: q: fidelis ē dn̄s q̄ nō patiet᷑ vos tētari supꝛa id qd̄ potestis: sꝫ faciet cū tētatiōe ꝓuētū vt pos sitis sustinere. j. ad Coꝛ. x. Et pꝛopterea dice bat Hiero. suꝑ ps̄. Ueniāt plage veniant oīa

genera maloꝝ dū post plagas xp̄s adueniat. Studeat ꝗ vnusquisqꝫ tribulat⁹ esse patiēs: q̄ i hoc cōsistit vera sap̄ia: ſm Platonē. Un̄ Ouid. iiij. de tristib⁹ ait. Fert sapiens oēs ca sus patiēter amaros. Frena nec idomiti mo re recusat eq̄. Sicut em̄ aurū nobilissimū in ter oīa metalla min⁹ sonat sub malleo: ꝛ quā to est dulci⁹ tāto est meli⁹. Sic vir bon⁹ ꝯtra iugū dei nō recalcitrat: ſ quanto pl⁹ aduersi tatib⁹ malleat et pcutit tāto magis in laudē et honorē ipotētis dei ꝯcitat. Un̄ de btō To bia dr̄ sui li. ij. c. Nō est cōtristatus ꝯ dn̄m: ꝙ plaga cecitatis euenerit ei: ſ imobilis in dei timore permāsit grās agens deo oībꝫ diebus vite sue: sciebat nāqꝫ ꝙ vtiles sunt tribulatio nes. Scriptū est em̄ in ps. xv. Multiplicate sunt ifirmitates eoꝝ: postea accelerauerūt. s. ad regna celestia. Jō multis ꝓsperitates a deo petētib⁹ siue sanitatē corpis vel diuitias aut filios aut dignitates et officia: que aliqñ eis essent cā dānatiōis. De⁹ rn̄dit illō Mat. xx. Nescitis q̄d petatis. Pro vna em̄ hora tri bulatiōis de⁹ dat etiā in hac vita quadragin ta horas ꝯsolatiōis: et ꝓ vno die tristicie dat vnū annū leticie: vt inq̄t Aler. de ales in. iiij. pte sum. in tract. de ascēsione xp̄i. q. v. Jō qn̄ erim⁹ in paradiso habem⁹ magnā ꝯsolatio nē de recordatiōe tribulatiōnū: p quas ꝯsecuti erim⁹ regna celoꝝ: iuxta illud dictū Enee qō recitat Uergi. in. j. Eneid. forsan ꝛ hec me minisse iuuabit. Scti igit̄ in celo cōtinuūt deo illud ps. lxv. Induxisti nos i laqueū posuisti tribulatiōes in dorso nr̄o: iposuisti hoīes su per capita nr̄a. Trāsiuimus p ignē ꝛ aquā: et eduxisti nos in refrigeriū. Ad cōfirmationē etiā p̄dictoꝝ adduci potest ꝙ aqua salsa mi nus submergit ꝙ dulcis: vn̄ qui in dulci aq̄ ꝓfundaꝛ ſ in amara ac salsa supnatat: Et si militer multi in aq̄s dulcib⁹ ꝓsꝑitatū pereūt q̄ i amaris ꝛ salsis aq̄s tribulationū saluant̄. Pꝫ qꝫ vtilitas tribulatiōis exēplo filioꝝ isrl̄ qui oppressi ꝛ angustiati i Egypto, vt hꝫ Exo. di. s. postea valde multiplicati sunt ꝛ exaltati. Silr̄ Joseph vēditus ꝯ frātrib⁹ ꝛ tribulatus in carcere postea mirabiliter exaltat⁹ ē. Gen. xli. Gaudere igit̄ debem⁹ i tribulationib⁹ no stris aplos imitātes: de q̄b⁹ dr̄. Act. v. Ibant apl̄i gaudētes a ꝯspectu ꝯsilij: qm̄ digni habi ti sunt ꝓ noīe Jesu ꝯtumeliā pati. Nec vnq̄ ꝓpter tribulatiōes quātūcūqꝫ magnas de sperare debemus: ſ dicere cū btō Job sui li. xiij. c. Etiā si me occiderit in ipo sperabo. Debe mus qꝫ imitari romanos de q̄b⁹ legit̄ ꝙ nō solū faciebāt sacrificia dijs suis qn̄ victorias de hostib⁹ ꝛ ꝓsperitates habebāt reputātes eas recepisse illoꝝ grā: sed etiā qn̄ eis euenie bāt aduersitates statī eis sacrificabant. Pꝛio vt eoꝝ irā mitigarēt quā se icurrisse timebāt ꝓpter aliqō pctm̄: ꝛ ppterea tali plaga fuisse flagellatos arbitrabanſ. Scdo vt eis grās re ferrēt de illa aduersitate quā illos putabāt si bi imisisse ꝓ maiori malo. Et iō multo magis nos xp̄iani debem⁹ deo grās agere de tribu lationib⁹ q̄s nobis euenire pmittit. In h̄ em̄ cognoscim⁹ nos a deo amari cū tribulamur: dicēte dn̄o Apoc. iij. Ego q̄s amo arguo et ca stigo. Per patiētiā qꝫ ꝛ tribulationē aīas no stras saluam⁹. Un̄ ait saluator Lu. xxi. In pa tiētia vr̄a possidebitis aīas vr̄as. Dicamus ꝗ cū glioso pr̄e nr̄o Frācisco qn̄ tribulati sum⁹ Tātū est qō expecto ꝙ oīs pena vr̄ mihi dele ctatio. ꝛ cū Paulo ad Ro. viij. Quis ꝗ nos se parabit a charitate xp̄i: tribulatio: an angu stia: an ꝓsecutio: an fames: an nuditas: an pe riculū: an gladi⁹. Certus sum q̄ neqꝫ mors: neqꝫ vita: neqꝫ angeli: neqꝫ pncipatus: neqꝫ ꝑtātes: neqꝫ virtutes: neqꝫ instantia: neqꝫ fu tura: neqꝫ fortitudo: neqꝫ altitudo: neqꝫ pro fundū: neqꝫ creatura alia poterit nos separe a charitate dei que est in xp̄o Jesu dn̄o nr̄o.

Pars secunda huius sermonis de tribula tionum necessitate. K

B Ecūdo i hoc ſmone ꝓbādū ē ꝙ ne cesse ē nos tribulatiōes tolerare in hoc mūdo si volum⁹ ad vitā eternā puenire: ꝛ hoc duplici rōne. Prima dr̄ cōparatiōis: fundamētū cui⁹ ponit Pbs ij. Topi. ꝛ in. viij. Phy. ꝛ Boe. i topicis suis li. ij. di. Si de quo magis vr̄ inesse ꝛ nō inest ergo nec de quo min⁹. Que regula ē trita ꝛ fa mosa etiā inter legistas. Et notaſ in. l. nec ex vera. C. de acqu. pos. ꝛ in. l. relegatoꝝ. §. con stitutū. ff. de iter. et re. ꝛ inter canonistas i. c. si Paul⁹ circa mediū cū ibi nota. xxij. q. v. et i c. si romanoꝝ. xix. di. Hec etiā regula notatur per theol. ij. sen. di. vlti. quā possum⁹ exēplifi care sic ꝛ declarare: videlꝫ ꝙ si ille q̄ hꝫ maio rē virtutē: illud facere nō potest: ꝛ illud facere nō pōt: multō min⁹ illud facere poterit ille q̄ hꝫ minorē virtutē. Exēplū grāt oēs intelligāt Si vir⁹ hō sanus robustus ꝛ fortis nō posset ire ab hac ciuitate vsqꝫ ad Romā nisi equita ret: multe minus poterit ire vnus infirm⁹ de bilis ꝛ cōditionatus. Facto ergo hoc funda mēto dico ꝙ nr̄ redēptor Jesus xp̄s fili⁹ dei sine vlla macula ꝛ pctō tot⁹ plen⁹ virtutibus

hics bret oem euidentiā intrādi in gloriā vite eterne: tñ in illā intrare nō potuit quantū ad hūanitatē nisi mediātevia tribulationis. iuxta illud Luc. xxiiij. vbi ipsemet dicit. Oportuit pati xpm et ita intrare i gliam suā. qō qliter intelligat nō est pñtis speculatiōis. Ergo nos q sum⁹ pctōres et pleni defectib⁹ q paucā aut nullā euidētiā habem⁹ intrādi in gliam paradisi: multo min⁹ itrare poterim⁹ nisi p viam tribulationū trāsierim⁹. Et h est qō inqt Ber. in quodā sermone di. Si oportuit xpm pati ita intrare in regnū suū: quo nos miseri itrabimus in regnū nō nrm nisi prius patiamur: qsi di. nō poterim⁹ intrare alr. Jō dr. j. Petri ij. Xps p nob passus est vob relinquēs exemplū vt sequamini vestigia ei⁹. Et. iiij. c. eiusdē eple etiā dr. Xpo igit in carne passo vos eadē cogitatiōe armamini. Ut eni Ber. ait. Nō decet mēbrū delicatū sub capite spinato esse. Tribulatio ḡ est porta p quā puenit ad celū. vn Dauid ps. cxvij. ait. Hec est porta dñi et iusti itrabūt p eā. Nō solū aūt saluator nr p viā tribulatiōis preiit: sz etiāpōs sctī et scte dei. Ipso btā virgo maria marie in passiōe filij: iuxta illo dictū Simeonis Lu. ij. Et tuā ipsi⁹ aiam ptrāsibit gladi⁹. Johes qz baptista decollat⁹ est. Mat. xiiij. et Mar. vj. Stephan⁹ lapidatus. Act. vij. Petr⁹ crucifix⁹ et Andreas frater ei⁹. Paul⁹ decapitat⁹ est. Bartholome⁹ decoriat⁹. Laurēti⁹ assat⁹. Job iust⁹ mirabilr afflict⁹: Esaias secat⁹. Et breuit loqndo oēs amici dei i hac vita tribulationē ppessi sunt. Hoc aūt nō pmisisset de⁹ nr q eos sumope diligebat nisi tribulatiōes valde essent vtiles et necessarie ad salutē. Jō Paul⁹ aplūs ad Heb. xj. de sctis loquēs ait. Alij distēti sunt: alij vo ludibria et vbera expti. Jsup et vincula et carceres lapidati sunt secti sunt tēptati sunt i occasione gladij mortui sunt. Circuierūt i melot et i pellib⁹ caprinis egētes et angustiati: afflicti: qb⁹ dign⁹ nō erat mūd⁹: i solitudinib⁹ errātes in mōtib⁹ in speluncis et i cauernis terre. qsi di. aplūs. Necesse est vt alij q volūt ad vitā eternā puenire ibi pgāt p viā tribulationū. et ad pdicta adduci pōt illō qō hr Judith. viij. vbi dr: qp qñ filij israel erāt in psecutiōe Holofernis vocauit Judith. pbros et ait eis. Uos fratres q presbyteri estis in pplo dei ad eloquiū vrm corda eoꝝ erigite vt mēores sint quō a deo tēptati sunt pres nri vt pbarent si vere colerēt deū suū. Memores esse debent quō pr nr Abraā tēptat⁹ est: et p multas tribulationes pbatus dei amic⁹ effect⁹ est. Sic Jsaac sic Jacob sic Moyses et oēs q placuerūt deo p multas tribulatiōes trāsierūt fideles. Et iō dr Jacobi. v. Exeplū accipite fratres laboris et patiētie pphas q locuti sunt in noie dñi. Ecce beatificam⁹ q sustinuerūt. Sufferētiā Job audistis et finē dñi vidistis. Btūs aūt Greg. in. iij. moral. dicit. Dū btī Job vulnera cruciatusqz cōsidero: repēte mētis oculos ad Johānē deduco: et nō sine grādissima admiratiōe ppendo: qp ille pphetie spū itra mris vterū replетus atqz vt ita dixeri prius qp nasceret renat⁹. Ille amic⁹ spōsi. Ille q inter natos mulieꝝ maior nemo surrexit. Ille tantus pphpeta et plus qp ppha ab inicijs in carcere mittit et p puelle saltu capite trūcat: et vir tāte seueritatis p risu turpiū morit. Qn aūtvel in cibo peccauit q locustas solūmō et mel siluestre edebat. Quid in qlitate sui tegminis delicit q camelorū pilis corpus operuit. Quid in puersatione sua offendere potuit q de heremo nō recessit. Quid illū loquacitatꝭ reat⁹ polluit q distinct⁹ ab hoib⁹ fuit. Qn illū vel silētij culpa notauit q ad se veniētes tā vehemēter increpauit: di. Genimina viperaꝝ qs vobis demōstrabit fugere ventura ira. Quid est ḡ qp Job dei testimonio cōmendat: et tñ plagis vsqz ad sterqliniū sternit. Quid est qp Johes dei voce laudat: et tñ p temulētis vbis insaltationis premiū morit. Quid est qp oipotēs de⁹ sic vehemēter in hoc seculo despicit qs sic sublimiter añ secula eligit nisi hoc qō pietati fideliū pz. qm iccirco sic eos pmit in infimis qs videt qñ remuneret in summis: et foras vsqz ad despecta deijcit qs intus vsqz ad icorruptibilia pducit. Hinc ḡ vnusqsqz colligat qd illic sint passuri quos reprobat: si h sic cruciat qs amat. Aut quō ferientur qui in iudicio arguēdi sunt si sic eoꝝ vita pmit qui ipso iudice testē laudant. hec ille. Aplūs quoqz Paulus. ij. ad Timo. iij. inquit. Oēs qui pievolunt viuere in xpo iesu psecutiones patiunt. De quib⁹ ipsi fideles xpiani debent gloriari. q: per eas assimilant dño nro iesu xpo: qui licz pctm nō fecerit nec inuēt⁹ sit dolus in ore ei⁹. j. Petri ij. tamē multas psecutiones passus est. Et iō fidelibus suis dixit Job. xv. Si me persecuti sunt et vos persequentur. Uerū: q: fm Greg. consideratio premij minuit vim flagelli. Et vt ait Jsidorus. Qui future vite premia diligenter excogitat presentis vite mala equanimiter portat. Ideo apostolus nos hortatur ad tolerandas tribulationes cum xpo et consideratione tribulationis. di. ij. ad Corin. j.

Sicut abūdant passiones xpi in nobis: ita ꝛ
p xp̄m abūdabit ꝯsolatio nra:ꝛ sicut sumꝰ so
cij passionū sic crimꝰ ꝛ cōsolationū. Nō sunt
aūt ꝯdigne passiōes huiꝰ tpis ad futurā glo
riā q̄ reuelabit in nobis. ad Roma.viij. Z
Ecūda ratio hoc ꝓbās dr̄ meritatio
s nis siue p̄miatiōis. Quā rōnē ponit
Greg.in moral.ꝛ seraphicus doctor
sctūs Bona.in.ij.sen.di.xxiij.ar.j.q.ij. Et pos
sumus arguere sic. Si nulla esset pugna nul-
la esset victoria:ꝛ si nulla victoria ergo nulla
corona. Inq̄t em̄ sctūs Maximꝰ in sermone
vniꝰ martyris. Corona victoribꝰ daſ. Si er-
go hō nō esset tribulatꝰ in h̄ mūdo ꝛ nō pu-
gnaret ꝯtra tētationes nō posset victoriā pa
tiētie reportare:ꝛ p ꝯn̄s triūphū vite eterne.
Et ꝓpter hoc benignissimꝰ dn̄s noster p̄misit
ꝙ vita hoīs sit ꝯtinua militia sup terrā. Iob
vij. Unde inq̄t beatus Bern̄.in quodā sermo
ne. Mundus:caro:demonia:diuersa mouēt
prelia. Contra q̄ oportet nos viriliter pugna
re vt coronam victorie cōsequamur. M
Uāuis ergo oipotens deꝰ de potētia
q absoluta possit nobis dare coronā vi
te eterne sine aliquo nr̄o merito:hoc
tn̄ facere nō intēdit:ſ; vult ꝙ eā bonis opibꝰ
acq̄ramꝰ. vt inq̄t sctūs Bonauē.in.ij.dist.xij.
ar.j.q.ij. Ideo inq̄t Paulꝰ.ij.ad Tim̄.ij. Nō
coronabiſ nisi q̄ legitime certauerit.ſ. ꝯtra tē
tationes:aduersitates:ꝛ tribulationes mūdi
ꝛ diaboli. Necesse ergo est in hac vita nos ad
uersa tolerare si volumꝰ ꝓsperitatē eternam
promereri. Ut etiā inq̄t Magr̄ sen.in.ij.dis.
xxix.ꝛ sanctus Bonauē.eiusdem libri. di.xxx.
ar.j.q.j. Ideo scriptū est Act.xiiij.et fuerunt
verba Pauli q̄ ibi recitat sanctꝰ Lucas. Per
multas tribulatiōes oportet nos itrare i re-
gnū celoꝝ. Idcirco ad heremitas Aug. inq̄t.
Qui exceptꝰ fuerit a passione flagelloꝝ exce-
ptus erit a numero glificatoꝝ. Et Hiero. ad
Julianū ait. Difficile imo īpossibile est vt pre
sentibus ꝛ futuris q̄s fruaſ bonis: vt hic vē-
trem ꝛ illic mentē ipleat: vt de delitijs trāseat
ad delitias: vt in vtroq; seculo primus sit: vt
in celo et in terra gloriosus appareat. Isido.
q; in lib. de summo bono dicit. Si dulcia q̄-
rimus necesse est vt priꝰ amara toleremꝰ. Iō
inq̄t Paulꝰ ad Heb.xij. Per patientiā curra-
mus ad ꝓpositū nobis certamē. Et hoc suffi-
ciat pro secunda parte nostri sermonis.
Pars.iij.de distictiōe patiētie. N
p Atientiā diffinit Lactātius. in.v.
diuinaꝝ institutionū aduersus gē
tes dicens. Patiētia est malarū que aut infe-
runſ aut accidūt cū equanimitate ꝑlatio. Et
Tulliꝰ in rhetorica idē in subā dicit lic; alijs
verbis. Repiſ aūt diuersa patientia. Prima
est remissoꝝ.i.coꝝ q̄bus ex officio incūbit re-
prehēdere corrigere vel punire aliena pctā ꝛ
tn̄ illa tolerāt. Cōtra q̄s est.c.faciētis.lxxxvj.
di.vbi dr̄. Faciētis ꝓculdubio culpā h; q̄ q̄d
pōt corrigere negligit emēdare.et in.c.error.
lxxxiij.dis.scriptū est. Error cui non resistitur
approbaſ: veritas cū minime defensaſ opp̄-
miſ. Negligere q̄ppe cū possis ꝑturbare per-
uersos nihil aliud est q̄ꝫ fouere:nec caret scru
pulo societatis occulte qui manifesto facino-
ri desinit obuiare. Et in.c.q̄d em̄.ibidem dr̄.
Quid em̄ ꝓdest illi suo errore nō pollui q̄ cō-
sensum p̄stat erranti. Et in.c.ꝯsentire.ea.di.
scriptum est. Consentire vr̄ erranti q̄ ad rese-
canda que corrigi debēt non occurrit. O
Ecunda patiētia est mūdanoꝝ.i. coꝝ
s qui ꝓpter mūdū quosq; labores stre
nue tolerāt: ꝛ in ꝑuo bono ope sunt
īpatiētes. De q̄bꝰ.xlvij.di.i.c.oēs. Greg. ait.
Oēs huiꝰ seculi dilectores in terrenis rebus
fortes sunt:i celestibꝰ aūt debiles. Nā ꝓ tēpo
rali gloria desudare vsq; ad mortē appetunt:
ꝛ pro spe ꝑpetua nec parū q̄dē in labore subsi
stunt. Pro terrenis lucris iniurias quaslibet
tolerant: ꝛ pro celesti mercede vel tenuissimi
verbi ꝯtumelias ferre recusant. Terreno iu-
dici toto etiā die assistere fortes sunt: in orō-
ne vō corā dn̄o vel vnius hore momēto lassan
tur. Sepe nuditatē deiectionē famēq; ꝓ ac-
quirēdis diuitijs atq; honoribꝰ tolerant. su-
perna aūt laboriosa q̄rere tāto magis dissimi
lant: quanto ea tribui tardius putant. P
Ertia est patiētia stultorum.i. coꝝ q̄
t sciūt ꝙ peccādo mortalr̄ seruiūt dia-
bolo ꝛ tn̄ permittunt se trahi ab illo
de pctō in pctm̄. Quibus dicit Paulus.ij.ad
Coꝝ.xj. Libenter suffertis insipiētes cū sitis
ipsi sapientes. Sustinetis enim si quis vos
in seruitutem redigit: si q̄s deuorat: si q̄s acci
pit: si quis extollitur: si quis in faciē vos ce-
dit. Et in hac patientia stulta sunt multotiēs
vxores q̄ viris suis in pctīs cōsentiūt: ꝛ econ
tra viri vxoribus:ꝛ similiter serui dominis: ne
eos turbari faciant. Hec autem patientia est
pessima ꝛ supportatio iniqua. Q
Uarta patiētia est hypocritarum. De
q q̄bus dr̄ Mat.vj. Exterminant em̄
facies suas vt appareāt hoībus ieiu
nantes. Quinta patiētia virtuosoꝝ. de qua

modicũ hodie reperit. Assimilatur enim binnule que cũ sit calidissima et consequẽter nõ bona in estate tũc emittit folia latissima: sed in hyeme quando eet bona abscõdita latet sub terra. Dr aũt cõiter quod patiẽtia comedit cũ coclear rabiei. De qua virtute Aug. inquit in lib. de patiẽtia. Uirtus animi que patiẽtia dicitur tam magnũ bonũ dei est. vt etiã ipsius qui nobis eã largitur patiẽtia pdicetur. Et Jacobi.i.c. scriptũ est. Patiẽtia opus pfectũ hz. Et.ij. ad Cor.vi. dicit Paulus. In oibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros in multa patiẽtia. et ad Ephe. iiij. ait. Cũ patientia supportantes inuicem. et ad Heb.x. Patientia vobis necessaria est vt voluntatẽ dei facientes reportetis repromissionẽ. Hanc aũt patiẽtiã debemus a deo impetrare dicere cũ ps. lxx. Ab ipso enim patiẽtia mea. et ps. lxx. Tu es patiẽtia mea. In quinque aũt debet hõ esse patiens. Primo in charorũ amissione. Nã multi sunt qui ppter mortẽ amicorũ indignantur deo: et seipos cõmittũt cõsummandos dolori. Contra quos inquit Seneca de consolatione ad Paulinũ. Quid tã humile ac muliebre est quod consummandũ se dolori cõmittere. Ideo Paulus.i. ad Theb.iiij. ait. Nõ contristemini sicut et ceteri qui spem non hñt. Tales enim videntur non hře spem de resurrectione futura.c. quod p:e posterũ.xiij.q.ij. Sciẽdum tñ quod aliud est afflictionẽ non sentire in aduersis: aliud est non sufferre. Unde Seneca. vbi.s. ait. Non sentire mala sua nõ est hominis: non ferre non est viri.

Secundo debemus esse patiẽtes in pditione tpaliũ bonorum. Unde vt hr in lib. de morib. phorũ: laudatur Anaxagoras qui non est ptristatus quando in patriã rediens possessiões suas desertas et dissipata inuenit. Et ideo Tullius in.ij. de oratore dicit. Magna laus et admirabilis videri solet: tulisse casus sapiẽtis aduersos nõ fractũ esse fortuna: retinuisse in rebus asperis dignitatẽ. Ideo laudatur Job qui audiens oẽs filios suos mortuos: et oẽm subam suã sibi ereptã nõ est desperatus: sed ait vt hr sui libri.i.c. Nudus egressus sum de vtero mřis mee: nudus reuertar illuc. Dñs dedit dñs abstulit sicut dño placuit ita factum est: sit nomen dñi bñdictum.

Tertio dz esse quis patiens in corporis flagellatiõe: cũ.s. corpus egritudinibus et infirmitatibus aggrauatur. Sicut de btõ Frãcisco legitur. De quo scus Bona. i legẽda maiori inquit. Cũ duris corporis augeretur doloribus illas suas angustias nõ penarum noĩe appellabat sed sororum. Dũ autẽ semel grauius solito dolorum vigeret aculeis: quidẽ frater simplex dixit ad eũ. Pater ora dñm vt mitius tecũ agat: manũ enim suã plus debito sup te aggrauare videtur. Quo audito vir sctus cũ eiulatu exclamans ait. Nisi noscerẽ in te simplicẽ puritatẽ tuum ex nũc abhorrerẽ psortium: quo ausus fueris circa me diuina iudicia reprehẽsibilia indicare. Et lz esset totus attritus grauis plixitate languoris pijciẽs se in terrã ossa debilia duro casu collisit et deosculãs humũ: gras tibi inquit ago dñe deus de oibus his doloribus meis: teque mi dñe rogo vt cẽtuplum si tibi placuerit addas cũ tue sancte voluntatis adimpletio sit mihi psolatio supplena. Et ideo etiã nos debemus patiẽter infirmitates tolerare. Quia virtus in infirmitate pficitur.ij. ad Cor.xij.

Quarto debet esse patiẽs quilibet et non desperare de tẽtatiõibus sed viriliter resistere. Nã vt ait btus Bona. in.ij. di. xiiij. ar.i.q.iõ deus pmittit hoiem tẽtari vt fortiter et viriliter agẽs maiorẽ inde gliam psequatur. Scriptũ est enim Jacobi.i. Btũs vir qui suffert tẽtationẽ: qm cũ pbatus fuerit accipiet coronã vite. Et ibidẽ etiã dr. Oẽ gaudiũ existimate fres cũ in varias tẽtatiões incideritis. Has enim tẽtatiões sepe pmittit deus p nr̃a vtilitate. Unde Job.v. scriptũ est. Btũs hõ qui corripitur a dño: increpatione g eius ne reprobes. Qñ ergo es tẽtatus siue tribulatus recordaris illius fnie que hr Ecci.iij. vbi dr. Disciplinam dñi ne abiciãs ne deficias cũ ab eo corriperis. Quẽ enim diligit dñs corripit: et quasi pr in filio cõplacet sibi. Debes etiã recordari quod dr ps. xxxiij. Iuxta est dñs his qui tribulato sunt corde. et de hoc est exemplus magni Antonij qui dum post multas tẽtationes et vbera que a demonibus fuerat passus vidisset in splẽdore quodã mirabili dñm iesum xpm: dixit ad eũ. Ubi eras bone iesu: iesu bone vbi eras: quare nõ fuisti a principio vt me adiuuares a demonijs. Cui dñs ait. Antoni hic aderã intuẽs quõo pugnares et meo auxilio certamẽ superasti. ammodo aũt qui viriliter pugnasti in toto orbe te faciã nominari. Recordare etiã o tribulate et tẽtate quod multo pl'es tribulatiões passus est xpus pro amore tuo: qre pueniẽs est vt tu etiã aliqd patiaris amore eius. vñ inquit Paulus ad Heb. xij. Recogitate eũ qui sustinuit talẽ a pctõribus psecutionẽ: vt non fatigemini animis vrĩs deficiẽtes. Unde Greg. in moral. inquit. Si passio dñi ad memoriã reuocetur nihil est adeo durum quod non equo animo toleretur. Q

Quinto dz qs esse patiēs in tolerādis iniurijs ⁊ īfamijs īpositꝭ:sciēs ꝙ mēdacia hñt breues pedes:⁊ ṽitas oīb⁹ falsitatib⁹ supeminēs erit. Ad qḋ sunt quatuor remedia ᵬm Senecā. Primū est ipas iniurias obliuioni tradere sic faciebat Juli⁹ cesar:vt refert tulli⁹. Vñ idē Seneca ait. In iuriaꝝ remediū est obliuio. Scḋm est non reputare se iiuriā recepisse. vñ idē seneca ait. Sapiēs colaphis pcussus dic̄. Sicut debuit facere sic fecit. Et de h̄ laudat̄ Cato q̄ cum a quodā fuisset ī ore pcussus negauit se ab illo iniuriā recepisse. Tertiū est ꝙ dz dissimulare se mlta nō videre ne audire. vñ idē Sene. ait. Nō expedit oīa audire vel videre. Multe em̄ iiurie nos trāseūt ex q̄b⁹ plerasqꝫ nō accepit q̄ nescit. Nō vis eē iracūdus nō sis curios⁹. Quartū remediū est in ludū ⁊ solaciū iniurias ꝯuertere. vñ idē Sene. narrat: ꝙ cū Diogenes pħs quādā cām cū Lētulo habuisset Lētulus attracta pingui saliua ī faciē ei⁹ expuit. Jlle aūt faciē extergēs ī lusuꝫ ꝯuertit di. Affirmabo amodo o Lētule falli oēs q̄ negāt te os hr̄e. Oēs ꝗ xpiani tenent̄ patienter sibi illatas iniurias ferre. Nā ali' q̄s nō est bonus nisi sciat tolerare malos. xxij.q.iiij.c.cuꝫ bon⁹.⁊.c.tolerādi.et.c. q̄ ᵬm carnē. vñ in.c. hec aūt vita.ea.q.⁊ cā.dicit Greg. Quisquis nō tolerat malos ipe sibi p īpatiētiā testis est q: bon⁹ nō est. Abel em̄ eē tenuit quem Cayn malicia nō exercet. Debēt ḡ boni infamatores maloꝝ equanimiter ferre: q: pōti' redundat ad eoꝝ cōmēdationē ꝙ̄ vitupationē. Jmmo eēt nobis vituperiū si a turpib⁹ ⁊ scelera tis laudaremur: dicēte Sene. in li. de q̄ttuō: virtutib⁹. Paria sunt laudari a turpib⁹ ⁊ laudari ob turpia. Nos ṽo dicere possum⁹ ꝙ paria sunt vitupari a turpib⁹ ⁊ laudari ob ṽtuosa. Jdē q̄ꝫ Sene. inq̄t. Nimia demētia est vereri ne ab īfamib⁹ īfameris. ⁊ Greg. sup Eze. ait. Peruersoꝝ derogatio vite nr̄e est approbatio. Q: iā ostēdim⁹ iusticie aliq̄d nos hr̄e si illis displicere incipim⁹ q̄ nō placēt deo. Et h̄ ostēdi pōt q̄druplici exēplo. Primo lucis cui nō est derogatio sꝫ cōmēdatio si eā fugiunt ⁊ odiūt vespiliōes. Scti etem̄ viri sunt lux q: hñt lucidā famā. j. ad Thes. v. oēs vos filij lucis estis ⁊ filij dei. Petōres aūt sunt tāq̄ vespertiliones: q: diligūt opa tenebraꝝ ⁊ odiūt opa ṽtutū. Et iō cū viris lucidis ꝯuenire non pnt. ij. ad Coꝝ. vj. Que societas lucis ad tenebras. Nō est ḡ derogatio viris lucidis si infamant̄ ab hoīb⁹ tenebrosis. Vñ cū q̄dā amic⁹ Diogenis pħi dixisset ei. Oēs vituperāt te: ille ait. Opꝫ sapiā ab isipiētib⁹ feriri. Scḋo h̄ ōndit̄ exēplo odoris cui nō est derogatio sed cōmēdatio si eū fugiūt serpētes. Serui enim dei sunt odoriferi fama. ij. ad Coꝝ. ij. Odorē noticie sue manifestāt pꝑter nos in oī loco. Petōres aūt sunt serpētini q: vir⁹ detractiōis semp portāt ⁊ venenū ī lingua. dicēte ps. xiij. Venenū aspidū sub labijs eoꝝ. sicut aūt odor ṽtutū bonos recreat: sic malos ꝯturbat. ij. ad Coꝝ. ij. Alijs sum⁹ odor mortꝭ in mortē: alijs ṽo odor vite ad vitā. Nō est ḡ derogatio viris odoriferis: si īfamant̄ ab hoīb⁹ fetidis. vnde Aris. cū ei q̄dā diceret hoīes te ꝯtēnūt. Rñdit Et illos asini. Et iō sic illi nō curāt de ꝯtēptu asinoꝝ: ita nec ego de ꝯtēptu maloꝝ. Tertio ōndit̄ exēplo coloris cui nō est derogatio sed commēdatio si ceci de illo falsa iudicāt quem nūq̄ viderūt. Scti etem̄ viri colorati sunt albo colore puritatꝭ: nigro hūilitatꝭ: rubeo charitatꝭ: aereo celestis ꝯtēplatiōis: ⁊ viridi amabilis ꝯuersatōis. Petōres aūt sūt ceci. Sapientie. ij. Excecauit eos malicia eoꝝ. nō ē ḡ bonoꝝ derogatio si petōres ceci de colorib⁹ suaꝝ virtutū male iudicāt. Jmmo a talib⁹ laudari et diligi est vitupatio: ⁊ odiri est cōmēdatio. Vñ cū q̄dā iuuenis speciosus diceret Demosthenī pħo. Si hoīes me odirēt sic te: suspendio me pimerē. Jlle rñdit. Et ego me pimerē si me quēadmodū te amarēt. Quarto ōndit̄ exēplo medici cui nō est derogatio sꝫ cōmēdatio: si frenetici eū ꝯtēnūt. Medici em̄ sunt serui dei ab hoīb⁹ honorādi. Ecci. xxxviij. Honora medicū ⁊c̄. Frenetici aūt sunt petōres qui man⁹ sibi iniiciunt. Sapie. xvj. Hō p maliciā occidit aīam suā. Si igit̄ frenetici petōres infamāt seruos dei nō debēt curare: sꝫ eoꝝ blasphemiā deridere. Vñ legit̄ de Vespasiano imperatore: ꝙ cū q̄dā vellet ei īpꝛoꝑare ꝙ esset auar⁹ ⁊ fener: ⁊ sibi dixit. Vulpē posse pellem mutare nō aīum. Jlle aūt rñdit. Hmōi hoīb⁹ debem⁹ risuꝫ: nobis correctionē: penā ṽo criminosis. Et in h̄ ōndit generositatē animi sui. Nā vt inq̄t Seneca ī li. de clemētia. Magni animi ꝓpriū ē iiurias atqꝫ offensiōes spnere. Et idē ī li. de pꝛuidētia inq̄t. Marcet sine aduersario virt⁹. et Prouer. xvj. dic̄ Salomon. Melior est patiēs viro forti: ⁊ q̄ dñat̄ aīo suo expugnatore vrbiū. ⁊ ad Lucillā inq̄t Sene. Eq̄ aīo audiēda sunt īpitoꝝ ꝯuitia. Ait em̄ Cato sui li. iiij. c. Cū recte viuas ne cures ṽba maloꝝ. Arbitrij nr̄i nō est qḋ q̄sqꝫ loq̄t̄. Nā sic canes ꝯ nos latrātes nō pūt p h̄ face ꝙ hoīes

rõnales nõ simus. Et ꝙ ipi bestie nõ sint: ita
bestialiũ opprobria nõ pñt efficere qn simus
deo grati ⁊ ỽtuosi: ⁊ ꝙ ipi nõ sint diabolici ⁊
a deo maledicti. Eapropter Ysiõ. li. ij. solilo.
c. xij. ait. Iniurijs nõ rñdeas: cõuitium ne re
torqueas: cũ silẽtij patiẽtia tacẽdo cito vin
ces: maledicẽti bñdictionẽ oppone: irascen
tẽ patiẽtia demolire: blãdimẽto iracũdiã fu
rẽtis dissolue. Vince neqciã mãsuetudĩe: vin
ce maliciã bonitate. Bern. in li. de ĩprobatio
ne vitiorũ. c. xiij. ait. Nobilis exuperat duras
patiẽtia lĩguas. vñ Iohes solobriẽsis angli
cus in policratiõe li. iiij. laudat Octauianuz
augustũ: q cũ per ciuitatẽ Romã pgeret qdã
desperat⁹ ⁊ vilis hõ ei dixit. O tyrãne. Cui il
le rñdit pacifica voce. Si essem nõ diceres: ⁊
non ampli⁹ de verbis ei⁹ curauit. Laudat qꝫ
Suetoni⁹ lib. iij. de duodecim cesarib⁹ Tybe
riũ cesarẽ q neminẽ de se maledicentẽ vel sibi
ↄuitia inferẽtẽ puniri volebat dicẽs ĩ ciuita
te libera linguã mẽtemqꝫ liberã esse debere.
Laudat etiã Iustinian⁹ imparator q ij. l. vni
ca. C. si qs ĩperatori male. inqt. Si qs mode
stie nesci⁹ ⁊ pudoris ignar⁹ ĩpropetãticqꝫ ma
ledicto noĩa nr̃a crediderit lacessenda: ac te
mulẽtia turbulẽtus obtrectator fuerit tpꝛꝫ
nr̃oꝝ eũ pene nolum⁹ subiacere neqꝫ durum
aliqd vel asperũ sustinere. Qm si ex leuitate
pcessit ↄtẽnẽdũ est si ex ĩsania miseratiõe di
gnũ: si ab iniuria remittẽdũ. In li. etiã de iu
gis phoꝝ laudat Aristip⁹ phs q cuidã sibi ĩ
properia dicẽti rñdit. Vtinã ita tu maledicere
sicut ego auriũ meaꝝ dñs sum. Ibidẽ etiã lau
dat Zenophõ q maledicẽti sibi rñdit. Tu di
dicisti maledicere: et ego didici maledicta cõ
tẽnere. Quoꝝ exẽpla ⁊ nos seqⁱ debemus:
nec de maloꝝ iniurijs aut psecutiõib⁹ curare q
si nõ haberem⁹ nõ essem⁹ boni. Cũ scriptũ sit
Eccĩ. xxxiij. Cõtra bonũ malũ ẽ: ⁊ ↄtra mortẽ
et sic ↄ virũ iustũ petõr. Considerat em̃ petõr
iustũ ⁊ qrit mortificare eũ: vt ait ps. Cõcludo
ergo ꝙ qlibet dꝫ eẽ patiẽs ĩ oib⁹ aduersitati
bus quãtũcũqꝫ aspis. Tãc em̃ maior est virt⁹
quãto maior tribulatio equanimiter tolerat
dicẽte Lucano li. ix. Gaudet patiẽtia duris.
Itẽ Vergi. v. Eneid. ppe finẽ inqt. Superã
do oĩs fortuna ferẽda est. Et Prudenti⁹ de si
chomatia. c. iiij. ait. Oĩb⁹ vna comes virtuti
bus associatur. Auxiliũqꝫ suũ fortis patiẽtia
miscet. Virt⁹ nã vidua est quã nõ patiẽtia fir
mat. ⁊ Cato sui li. c. ij. ait. Magna etem̃ moꝝ
sp patiẽtia virt⁹. Maxime aũt debem⁹ eẽ pa
tiẽtes de his q meruim⁹. Ait em̃ Cato. c. iiij.
Qd merito pateris: patiẽter ferre memento.
Cũqꝫ re⁹ tibi sis ipm te iudice dãna. Itẽ Mi
chee. vij. dicit pphꝫta ĩ psona taliũ. Irã dñi
portabo qm̃ peccaui ei. Ad patiẽtiã qꝫ horta
tur Cassiodor⁹ eplaꝝ li. x. epla. xi. di. Sustinẽ
do poti⁹ ꝙ vindicãdo laudaberis. ⁊ Ysiõ. so
lilo. li. j. c. iiij. ait. Qui aduersa patienter tole
rat deũ sibi citi⁹ placat. ⁊ Bern. ĩ li. de ĩproba
tiõe vitioꝝ. c. iiij. di. Nulli⁹ aduersi patiẽs ter
rore mouetur: ⁊ sua vir patiens vota videbit
oĩa. Matthe⁹ qꝫ poeta ĩ poetria sua pte. j.
c. xvj. ait. Patiẽtia ẽ ↄseruatiua virtutis. Vt
aũt possim⁹ eẽ patiẽtes debem⁹ seruare cõsi
liũ Ysiõ. vbi. s. c. x. di. Patiẽter leuiora porta
bis si grauioꝝ fueris recordat⁹. Recordare q
o tribulate: afflicte: ⁊ angustiate: ꝙ multo ma
iores sunt ⁊ grauiores afflictiones inferni: ꝙ
isti⁹ seculi a qbus liberaberis si patiẽter ista
tolerabis. Qd tibi cõcedat ⁊ nobis oĩbus. s.
in tribulationibus gaudere: ⁊ non desperare
tribulatoꝝ cõsolator Iesus xps cui est honor
et gloria in secula seculoꝝ. Amen.

Feria. vj. post quartã dñicã in quadragesi
mã. De martyrio. Sermo. xxix. X

Eamus et nos et

moriamur cũ eo. Io. xj. et i
euãg. occur. ferie. Et tradũt
naturales phi. Sãguis hũa
nus fecũdat lignũ aridũ: qr
si lignũ fuerit arefactũ opti
mũ remediũ ẽ statũ ĩ pncipio arefactiõis ap
ponere ad radices sanguinẽ hũanũ. Vñ nar
rat Hermes egypti⁹ ꝙ rosariũ plãtatũ in tra
cõmixta cũ sãguie ad calorẽ modicũ ignis: oĩ
tpe anni pducit rosas. Et silr hoĩes q dicunt
arbores: iuxta illud Mar. viij. Video hoĩes
qsi arbores: qui sunt arescẽtes p petm̃ ⁊ cõcu
piscẽtiam carnaliũ delectationũ eis sic arefa
ctis p defectũ deuotiõis: ⁊ nullũ fructũ boni
opis faciẽtib⁹: nõ est meli⁹ remediũ ꝙ ad ra
dicẽ cordis coꝝ apponere calidũ sanguinem
Ereliquit me dominus. Esa. xlix. ꝛ in epla occurrētis ferie. Sūt q̄dā qui statim vt a deo flagellantur putāt se ab ipso derelictos: verba p themate nr̄o assumpta singuli dicentes: q̄ tñ sepe fallunt: qr nō semp deus flagellat hoīem: qr eū nō amat: immo sepe ei tribulationes immittit ꝛ infirmitates vt habeat maius meritū: vel alijs multis de causis quas ponit magr̄ sen. in. iiij. dist. xv. c. j. Aliqñ em̄ mittit vt merita augeant flagellato patienter tolerantī: vt Job li. eius. c. j. vel p patientiā eius detur exemplū alijs: sicut Tobie: vt dī li. eius. ij. c. vel custodiā virtutū: vt in humilitate p̄sistat: vt Paulo. ij. Cor. xij. vl ad corrigēda pctā vt Marie lepra Nume. xij. vel ad gloriam dei vt ceco nato Joh. ix. vel ad initiū penē: vt Herodi Act. xij. Antiocho. ij. Machab. ix. quatenus hic videat q̄d in inferno sequatur. Et iō nō possumus bñ scire qua ex causa deus immittit flagella sua: iō dicit Dauid ps. xxxv. Judicia dei abyssus multa. Et vas electionis Paulus ad Rom. xj. inq̄t. O altitudo diuitiarū sapiētie ꝛ sciētie dei q̄ incōprehēsibilia sunt iudicia eius: ꝛ inuestigabiles vie eius. Ex quibus verbis quidā voluerūt dicere q de iudicijs dei futuris nullā possumus hr̄e cognitionē. Qd verū est de cognitione demōstratiua ꝛ cetera possumus tñ cōiecturare ex aliqbꝰ indicijs qñ deus velit mittere flagella sua in hoc mūdo: immo ꝛ de die iudicij futuro signa aliq̄ nobis deꝰ prius demōstrabit. iuxta illud saluatoris Lu. xxj. Erūt signa i sole luna ꝛ stellis: sꝫ ꝫ arguūt q̄dā p illud Hiere. x. A signis celi nolite timere q̄ gētes timēt. Sed rñdet Nico. de ly. sup. d. c. q superstitiosuꝫ est ꝛ hereticū credere: q cōstellatiōes ꝛ signa celestia habeāt artare aīam rōnalē ad aliqd malū: vt pbat. b. Tho. in sum. ꝫ gētiles li. iij. Tñ ex cōstellationibus ꝛ cursu syderū causant ea que s̄m naturā fiūt in corporibꝰ humanis: vt siccitas: pluuia: vētus: ꝛ sterilitas: infirmitatesqꝫ: ac pestilētie. Quobꝛ lꝫ de futuris cōtingētibꝰ nō sit determinata veritas: vt dicit Aristo. j. Periher. Tñ ex signis celi possumꝰ pnosticare ea q̄ fienda sunt in posterū: q̄ causant a cursu syderū: vel a tpis q̄litate: vt inq̄t Ptolomeus egyptius in suo centiloq̄o. ꝛ Mesalla in li. de tēpoꝝ varietate. ꝛ iō possumus timere de pestilētia qñ videmus signa naturalia: ex q̄bus causat. De qua impresentiarū tractaturi tres cōsideratiōes faciemus. Prima erit de signis. Scda de causis. Tertia de remedijs.

Pars prima in qua ponunt signa ex quibꝰ possumus cognoscere pestilentiam debere venire in breui.

Ro expeditiōe p̄me partis sciēduꝫ est q pestilētia q̄ etiā epidimia appellat diffinit Aliabas. v. theorice sue sic. Epidimia siue pestilētia est mutatio aeris in putredinē vel pessimā q̄litatē vlr ꝛ multis pestiferā. Que qñ debeat euenire nullꝰ scire possit p certo: qr h stat in dispōne dei: ꝛ ipse pōt eam mittere in instāti ad suū libitū nullis idicijs pcedētibꝰ: tñ qñ venit ex cāis naturalibꝰ marie corpoꝝ celestiū ꝛ aeris possumus p aliq̄ signa cognoscere qñ debeat euenire: ꝛ iō debemꝰ ea attēdere ꝛ diligēter intueri: qr inq̄t Ypocras. j. pnost. in prin. vide mihi q ex melioribꝰ rebꝰ est q medicꝰ vtat puisiōe. i. pnosticatiōe s̄m Gal. ibidē in cōmento suo. Et rō huiꝰ est: qr vt inq̄t Gal. j. Tegni. vtilitas magna est signoꝝ significātiū rē futurā: qd exponit cōmētator eiꝰ Haly. di. Per signa indicatiua scit id qd futurum est: ꝛ ppara ei qd necessariū est. Est igit magna vtilitas prescire futura mala rōne ppatiōis. vñ Cato. c. iij. inq̄t. Nā leuius ledit quicq̄d puidimꝰ añ. Et versificator fabularū Esopi. fabula. xx. di. Nam preuisa minus ledere tela solent. Greg.

quo q̃ in homel.plurimoꝝ martyrū ait. M in-
eni iacula feriunt q̃ preuidenť: ⁊ nos tolerabi-
lius mūdi mala suscipimus si cōtra hec p pro-
uidētie clipeū munimur. B

e St itaq̃ primū signū qñ q̃litates ⁊ di
spositiōes tēpoꝝ nō seruāt naturā suā
vñ sciēdū ē q̃ naturalis dispositio autūni ē q̃
sit frigidus ⁊ sicc⁹: hyēs ṽo est frigida ⁊ humi
da: ver calidū ⁊ humidū: estas calida ⁊ sicca: vt
inq̃t Auicēna.ij.j.doctrina ij.c.de naturis tem
poꝝ. Qñ ḡ dispositiones temporꝝ nō sunt sicut
p̄diximus sed ↄ̃io mō se hñt illa tp̄a debēt iudi
cari corrupta ⁊ ex ↄ̃sequenti aer eoꝝ putridus
venenosusq̃: ac pessime q̃litatis: et vniuersalit̃
multis pestifer⁹. Et in hāc sniam ↄ̃ueniūt oēs
phi ⁊ medici.maxie Arist.pticula.j.pbleuma-
tū qñ p totā. ⁊ Ipocras ⁊ Galienus.in pticula
Amphorismoꝝ etiā qñ p totā. ⁊ Auicēna.j.iiij.
tractatu.iiij.c.de febre pestilētie. D

s Cōm signū naturale ⁊ magis pticula-
re qñ in autūno maxime in principio
octobris apparēt stelle cadētes. i. va-
pores grossi ignei ad modū stellarū q̃ vidētur
cadere ⁊ ignes stātes in aere. Ex his eñi cogno
scere possum⁹ tp̄s autūni mutatū a sua natu-
rali cōplexione. s. frigore ⁊ siccitate ad calidū ⁊
hūidū grossum ⁊ venenosuz ⁊ vnctuosuz aptū
inflāmari. Eleuanť enim fumi grossi a terra ⁊
aqua i aere p ṽtutē solis ⁊ a caliditate q̃ tūc ē
in aere ↄ̃ naturā tp̄is inflāmanť. hec ponit Ari
sto.in li. Meth. ⁊ Auerrois ibi ⁊ Albertus ma
gnus. Ex q̃ possum⁹ timere pestilētiā futurā p
pter corruptionē ipsi⁹ autūnalis tp̄is. F

t Ertiū signū ē qñ multiplicanť vēti me
ridionales ⁊ occidētales tp̄e autumni
dieb⁹ aliq̄b⁹. Hi eñi vēti laxāt ṽtutem
naturalē ⁊ turbāt hūores ac faciūt egritudinū
recidiuationē ⁊ generāt febres putridas vt hr̄
ab Auicē.ij.j.doctrīa.ij.in.c.de naturis vētoꝝ
⁊ a pho ⁊ a conciliatore. i. Petro de albano.j.
pbleumatū: pbleumate.xxiij .et ab Ipocra. ⁊
Galie.iij.amphorismoꝝ.amphorismo.vj. K

q Uartū signum est qñ in autūno appa
ruerit aer tenebrosus et turbidus: ita
q̃ illa die videatur velle pluere ⁊ non
pluit ⁊ sic ↄ̃tinuat tēpus multis dieb⁹. p h̃ eñi
cognoscit̃ q̃ cōplexio aeris est corrupta ⁊ ma-
xime corrūpeť i hyeme sequēti. Est eñi aer ple-
nus vaporib⁹ calidis ⁊ hūidis a vētis austra-
libus deportatis q̃ existētes cā putredinis ma
gis inficiunt aerē q̃ si esset pluuia. hec Aristo.
in.j. pbleumatū: pbleumate.xxiij. Que claris-
sime demonstrat ibi conciliator. L

q Uintū signū est paucitas pluuie in ve
re cū frigore post quē multiplicať au-
ster ⁊ cōturbať aer diebus aliquibus.
Deinde clarificať p hebdomadā vnā vel circa
Tūc eñi est periculū pestilentie. Nā vt ait Ari-
sto.j. pbleumatū: pbleumate.ix. ⁊ Ipocras et
Galienus.iij.ampho.ampho.iiij. Hoc est quia
humores retēti in corpe ⁊ multiplicati in hye-
me q̃ ad porositates extrinsecas deberēt in ve
re a natura expelli ⁊ a calido naturali illi⁹ tem
poris cōsumi existēte illo aere cōtra naturā fri
gido repelluntur a frigido aeris ad interiora et
ibidē retēti putrefiūt: ⁊ superueniēte austro per-
miscenť cū sanguine p totū corpus vniuersali
ter ⁊ ex cōsequēti hoies perimūt. M

s Extū signū est cum in aere accidit q̃ in
nocte sit frigus ⁊ in die calor vehemēs
⁊ prefocatio ac cōturbatio: tūc eñi cito
accidit pestilentia ⁊ infirmitas: oīs eñi subita
mutatio deiicit actū ppriē virtutis. ij. Tegni:
qui est liber Galieni. N

s Eptimū signū est qñ apparuerit estas
nō vehemētis caloris: sed magne ↄ̃tur
batiōis habēs matutina alterata ⁊ iā
p̄cesserūt in autūno stelle cadētes ⁊ ignes stā-
tes in aere: tūc eñi iudicādū ē q̃ vapores grossi
existētes materia igniū hmōi ⁊ stellarū caden
tiū in autūno precedēte: toto tp̄e hyemis ⁊ ve-
ris in aere remāserūt ⁊ ad estatē peruenientes
suffocāt calorē estatis ⁊ eū obtūdunt: ⁊ de ma
ne infrigidati alterāt matutina estatis: scʒ ad
frigidū vel meli⁹ ad calorē remissuz suffocatū.
Quapropter aerē estatis inficiūt ⁊ corrumpūt
de natura eñi hūidi est obtūdere calorē: et sicci
acuere.iij. Meth. Siccitas eñi est lima caloris
vt inq̃t cōmēta.j.ampho.cōmēto.xv. O

o Ctauū signū est qñ videbis diē altera-
ri die vno multis vicib⁹ et hoc intelli-
ge de quacūq̃ alteratione. s. ad calidū
⁊ frigidū: humidū ⁊ siccū: serenitatē ⁊ obscuri
tatē ac hmōi. Ex his eñi cognoscit̃ ei⁹ mala di-
spositio: ⁊ q̃ in aere sunt multe elationes ma
lorū vaporū ⁊ multiplicatiōes diuersoꝝ vento
rū. Hmōi eñi aeris mutatiōes corpora nr̃a al-
terāt ad prauas egritudines ⁊ pestilētias. vñ
ait Auicēna.ij.j.doctrina.ij.in.c. de impressio-
nibus malarū mutationū aeris. Ex aere cum
mutatur ↄ̃ueniūt in corporibus accidētia cū
eñi putrescit putrefacit humores. P

n Onū signū est qñ i die vno apparet sol
clarus ⁊ in alio cōturbať: et hoc nō fit
ppter eclipsim hocq̃ accidit multis
diebus: signum est enim aeris qualitatem esse

male dispositā. Maxime qn̄ sol exurgit appa-
ret q̄ habeat ante se nebulam ad modū pulue-
ris ⁊ aer puluerulētus existit ita q̄ sol nō pōt
reddere lucē clarā ⁊ hoc accidit multis diebus.
Tūc em̄ iudicandū est aerem esse plenū malis
vaporibus ⁊ diuersis morbositatibus ex quib⁹
corrūpit̄ ⁊ est cā pestilētie s̄m Auicē. f.iiij.tra-
cta.iiij.in.c.de febre pestilentie. Q

D Ecimum signū est cū tpe estatis ⁊ ma-
gni caloris subito post pluuiā apparet
magna quātitas ranarū q̄ sunt in pte
supiori coloris cineritij ⁊ sub vētre coloris di-
uersi:maxime citrinei ⁊ aurei: arguūt em̄ eo q̄
sunt hūide ⁊ aquatice magnā hūiditatē ⁊ aq̄si-
tatē esse in aere ꝯ naturā tpis.vn̄ cū ꝓpter ca-
liditatē p̄cedentē porositates corpis sint apte
implent̄ multa hūiditate putrescibili: ⁊ p̄ cōse-
quens corpora corrūpuntur.sicut ait Aristo.f.
Problematū:pbleumate.xxj.⁊.xxij.⁊ eius cō-
mentator Petrus Paduensis. R

V Ndecimū signū est qn̄ multiplicantur
reptilia ex putredine gn̄ata sicut ver-
mes diuersi ⁊ vipere imperfecte:⁊ alia
hmōi aīalia ⁊ apparēt mures ⁊ alia aīalia sub-
terranea fugere de sub terra ⁊ aquatica de sub
aqua ⁊ māifeste exire ita vt videant̄ fugere ab
aliq̄ psequēte. Signū est ei q̄ terra ⁊ aq̄ ē cor-
rupta a quib⁹ fugiūt. Nā in terre ꝯcauitatib⁹
generant̄ qn̄q̄ fumi venenosi a q̄bus mures ⁊
serpētes ⁊ oīa alia aīalia subterranea fugiunt
ad supficiē terre:tanq̄ a veneno mortifero. Et
silr in aq̄s aliqn̄ generant̄ morbositates a q̄b⁹
aīalia aq̄tica fugiūt. Et iō piculū ē ne etiā aer
corrūpat̄ illis morbositatib⁹ ad ipm̄ pueniētis-
bus. Silr qn̄ aīalia fugiūt ab habitationibus
suis ꝯsuetis ⁊ aues a nidis suis nullo psequē-
te:⁊ aliqn̄ relinquūt oua sua vt fugiāt: signu₃
est q̄ aer est corrupt⁹:⁊ iō piculū est pestilētie.
⁊ hec oīa exponit cōciliator.f. Problematum
pbleumate.xxij. Hec etiā vndecim signa colle-
gi ab Auicē.f.iiij.tractatu.iiij.in.c. de febre pe-
stilētie:l₃ ea nō ita distincte ⁊ clare ponat. S

D Uodecimū signū est qn̄ magna fames
⁊ paupertas est i terra maxie vbi est ma-
gna hoīm multitudo ita q̄ nō habēt
necessaria ad vitā:tūc em̄ hoīes necessitate coa-
cti comedunt multa corrupta nociua ⁊ nature
ꝯtria ac abominabilia. Sicut accidit in nō mul-
tis annis elapsis in q̄busdā mōtibus ꝓpe Co-
mū in q̄bus ꝓpter charistiā ⁊ penuriam hoīes
comedebāt fenū tritū madefactū cū aq̄:⁊ mul-
ta alia penit⁹ nature hūane horribilia ad com-
edēdū. Ex taliū em̄ comestiōe generant̄ febres
putride ⁊ venenose vt colligit̄ ab Auicē.f.iiij.
tractatu.ij.in.c.de febribus putridis. Corrum-
pūtur em̄ corpa que corruptis vescūtur vt ait
Auicē.ij.f.doctrina.ij.in.c.de iudicijs et dispo-
sitionibus anni. corruptis ꝯo corporib⁹ ex fla-
tu corrūpitur aer. Et cōsequēter pestilentiatis
pauperibus etiā diuites q̄ eis ꝓuidere nolue-
rūt de necessarijs pestilētia pene causat̄. Gene-
raliter ergo sciēdū est q̄ corrupto aere corrum-
pūtur corpora peste. vn̄ Orosius narrat lib.v.
q̄ post locustas innumerabiles in mari a ven-
to suffocatas tāta corruptio aeris est subsecuta
⁊ tā grauis pestilentia: vt in numida octingin-
ta milia hominū morerētur. Et circa orā mari-
timā que carthaginēsi atq̄ vticensi littori ad-
iacet:plus q̄ ducētamilia. Que clades tam re-
pētina fuit apud vticē: q̄ sub vna die per vnā
portā plus q̄ millequingenti mortui sunt de-
portati. Multis etiā alijs in locis propter cor-
ruptionē cadauerū corrupto aere:secuta est ma-
xima pestilētie mortalitas. In ciuitate quoq̄
Achaia vt mihi retulerūt fratres nostri qui ibi
fuerūt quolibet octauo anno corrūpitur aer:⁊
sequit̄ pestis maxima que durat p̄ sex menses.
Et quolibet die saltē moriunt̄ vigītiquattuor
milia hoīm. Habet em̄ illa ciuitas vt dr̄ vigin-
tiquattuor mille contratas:⁊ qn̄ nō mouit̄ nisi
vnus ꝓ cōtrata omni die reputat̄ parua pesti-
lētia. Recitat q̄₃ Orosius li.v. q̄ anno ab vrbe
cōdita sexcētesimosexto:tāta Rome exorta est
pestilētia vt ministri faciēdorum funerum pri-
mo nō sufficerēt deinde nō essent. Erātq̄ ma-
gne domus vacue viuis ac plene mortuis lar-
gissimeq̄ hereditates remansere nulli ꝯo he-
redes. Refert q̄₃ q̄ tpe Antonij impatoris qui
xp̄ianos persecutus est tāta lues est secuta: vt
agricultorib⁹ carerēt. O miseri peccatores qua-
re nō timetis offendere deū. Pestilētia enim ⁊
corruptio aeris multotiēs mittitur a deo nul-
lis signis precedentibus qn̄ nobis irascitur ꝓ
vitijs nostris: vt em̄ refert Orosius li.iij. ⁊ Au-
gu. lib.v.de ciuitate dei. c.xviij. anno ab vrbe
cōdita.cccclxxxj. ingēs pestilentia vrbem Ro-
mam intrauit. et Sibylla cōsulta respōdit illā
pestem ira dei illatam. In ciuitate quoq̄ Me-
diolani in. Mcccclj. horribilissima pestis adeo
preualuit: vt quasi innumerabiles hoīes quo-
tidie morerentur. Tantaq̄ erat corruptio ae-
ris et morbositas q̄ accipientes panem recen-
tem et calidum tunc coctū ⁊ ponētes mane ad
aerem:postea in sero reperiebant totū marci-
dū. Quomodo o peccator faceres si veniret pe-
stilētia. Si em̄ fugies ab hac ciuitate deus fa-

ceret corrūpi aera: vbi fugies. Ipse enim dixit et facta sunt: ipse mādauit et creata sunt. ps. antepenul. Ideo hoc cōsiderans Dauid exclamat ps. cxxxviij. Quo ibo a spiritu tuo: et quo a facie tua fugiam. Uade ergo et recōcilia te deo: et deprecare beatā virginem: vt interpellat pro te et pro hac ciuitate. Legitur enim quod tpe Pelagij papę Romā pestis maxima cōcussit in qua et Pelagius mortuus est: cui successit moralis Gregorius: qui vir mire sanctitatis tūc ordinauit letanias: et pergēs per ciuitatē in processione eas decātabat cū clero et faciebat deportari imaginē virginis beate ante se quā beatus Lucas depinxerat: quā ego vidi et tetigi in ciuitate Rome. Cū ergo venisset ad castrū qd construxerat Adrianus imperator: qui fm Orosiū lib. v. et Eutropiū fuit duodecimus ab Augusto imperatore et appellabatur castrū Adriani. Intercedētibus meritis virginis gloriose vidit btūs Gregorius angelū sup quedā lapidē illius castri: quē lapidem ego vidi et tetigi: et est Rome in loco nro qui dr ara celi. Habebat aūt in manu sua ensem cruentatū quē in vaginā posuit significās pestes dei iudicio immissam cessare. Et exinde illud castrū appellatū est castrum sancti angeli vsq in hodiernū diē. Legitur quoq quod tēpore sancti Ludouici regis Frācie: venit tāta pestis in Frācia quod quartam partē hoīm occidit: que pestis ardebat corpora a plāta pedis pergēs vsq ad cor ad modum ignis deuorādo donec occideret eos: et illa infirmitas erat incurabilis: qua ex re oēs infirmi nō habentes aliud refugiū currebāt ad ecclesiā beate virginis eius auxiliū implorātes: et statim sanabātur. In ciuitate qz Parisij tāte erāt infirmitates pestilētiales quod erat res horribilis ad videndum et audiendū propter maximos plāctus infirmorum. Pro vltimo aūt refugio ad ecclesiā beate virginis accedētes quadā nocte illis apparuit virgo gloriosa et oēs benedicēs sanauit.

Pars scda huius sermonis de causis quare deus mittit pestilentiam. Z

Secūdo sciēdū: quod deus mittit pestilentiā vt plurimū propter peccata. iuxta illud Aug. in quodā sermone dicentis. Propter peccata veniūt aduersa. Et ideo audite tremēda ac terribilia verba que dicit deus Ezech. xiiij. inquiēs. Si immisero pestilentiā super terrā illā et effudero indignationem meā super eā auferā ab ea hoiem et iumentum. Et si Noe et Daniel ac Iob fuerint in medio eius: viuo ego dicit dñs: qr filiū et filiā nō liberabūt: sed ipsi iustitia sua liberabūt animas suas. Licz aūt sint multa peccata propter que mittit deus pestilentiā: tn causa breuitatis solummodo aliqua enarrabimus: alia preterēūdo quoad discussionē. Dimitto ergo quomodo deus mittit pestilentiā propter peccatū sacrilegij qn sit iniuria vel damnū ecclesiasticis personis vel ecclesijs vt habetur Ezechiel. v. Item propter peccatū idolatrie et incātationis: vt habetur Leuit. xxvi. Itē propter contemptū predicationis qn hoies nolūt ire ad predicationem: vt habetur Hiere. xix. vbi dicit deus. Mittam in eos gladiū: famē et pestem: eo quod non audierūt verba mea que misi ad eos per seruos meos et prophetas. Itē immittit eā propter fraudationē decimarū qn nō soluuntur vel non integre: vt habetur Malachie. iij. et. xvi. q. i. c. reuertimini. et sunt verba Hiero. Et idem habetur Hiere. xxij. Item propter peccatum homicidij. Nam qr Pharao iusserat interfici omnes masculos qui nascebātur ex filijs israel: vt habetur Exod. i. Ideo oia primogenita egypti fecit angelus dei mori: vt habetur Exod. xij. et dicūt aliqui doctores quod illa plaga fuit pestilentie. Item mittit pestilentiam propter vitiū gulositatis: vt habetur Nume. xi. Itē propter peccatum murmurationis et diffamationis. Numeri. xiiij. Item propter iniusta bella et discordias. Matth. xxiiij. vbi dicitur. Cōsurget gens in gentē et regnū aduersus regnū. Et sequitur Et erūt pestilētie et fames et terremotus per loca. Item propter mercātias dolosas et fraudulentas et malos contractus in fraudē proximi. Ezechiel. xxviij. Item propter vitiū ingratitudinis. Esa. xxxviij. vbi Ezechias sicut dicūt doctores propter ingratitudinem percussus fuit peste: sed postea liberatus per penitentiam et contritionem suam. Ꝟ

D

Ico autem quod quattuor sunt principales cause quare deus mittit pestilentiam. Prima est celestiū mandatorum abominatio. Secūda est mentiū elatio. Tertia rapinarum vsurpatio. Quarta libidinum inhonestatio. Prima ergo causa missiōis pestilentie est diuinorum mandatorum abominatio. Pro cuius declaratione sciendum est fm Alexandrum de ales in. i. parte summe. in tractatu de voluntate dei circa fines. Et sanctum Bonauen. in. i. distin. xlviij. arti. ij. q. ij. et Scotum in eadem dist. in prin. vbi nō mouet aliā questionē nisi istam. Et beatū Thomā in. i. scripto eadem dist. q. iij. et. iiij. et Landul. neapoli. eadem distin. q. iij. et Petrum de tharā. ibidem arti. ij. q. i. et Iohan. de ripa. in eadem dist. cir

ca finem. ⁊ Fráci. de mayro. in. j. dist. v. q. vlti.
ꝙ oēs homines tenētur cōformare volūtatem
suā cū volūtate dei quādo sciūt eum oīno ali-
quid velle maxime in obseruandis eius prece
ptis. Et hec est cōclusio omniū: licꝫ diuersa di-
stinguāt de volūtate antecedēte et cōsequente
⁊ de volūtate absoluta ⁊ cōditionata: et varia
distinguāt de volito ipsius hominis ⁊ dei: que
causa breuitatis omitto. x

d Icūt etiā oēs theologi ꝙ deꝰ fecit ho
minē ad hūc finē vt ipse obediret suo
creatori ⁊ creature ad vtilitatem hoīs
create ipsi homini obtēperarēt. vnde scriptum
est Gen. j. ꝙ dixit deus. Faciamus hominem
ad imaginē ⁊ similitudinē nostrā vt presit pi-
scibus maris ⁊ volatilibꝰ celi: ⁊ bestijs vniuer
se terre. Et ps. viij. dicit Dauid. Oīa subiecisti
sub pedibus eius oues ⁊ boues vniuersas in-
super ⁊ pecora campi. vñ dicit Nicolaus de ly
ra Gene. ij. ⁊. iij. ꝙ si homo diuinis obedisset
mādatis animalia omnia sibi obedissent: ⁊ ce-
tere creature eius voluntati condescendissent.
Patuit hoc in beato Fráncisco qui ꝑpter om-
nimodā conformitatē volūtatis sue cū volūta
te dei imperabat creaturis ⁊ ei obediebāt. Si
cut de illo canit ecclesia dicens. Hic creaturis
imperat qui nutui subiecerat se totū creatoris
quicq̄d in rebꝰ repperit delectamēti regerit in
gloriam factoris. Et ad hoc pōt adduci illud
Ouidij in. j. Meta. dicētis. Sanctius his ani-
mal mētisqꝫ capacius alte. Deerat adhuc ⁊ qđ
dominari cetera posset. Verū qꝛ homo fuit et
est rebellis superiori suo idest deo: ideo inferio
res sui: idest omnia creata ad eius vtilitatem
illi non obediunt: sed rebellant. Et hoc est iu-
stum per illam sententiam legalē que inquit.
Quod quisqꝫ iuris in alterū statuerit: ipse eo-
dem iure vtatur. ff. quod quisqꝫ iuris per totū
Et. c. cum omnes. ex̄ de cōstitu. vnde Cato ait.
Patere legē quam tuipse tuleris. Hoc enī per
mittit iusticiam per illam aliam vulgarē sentē
tiam dicētem. Frangēti fidē fides frāgatur ei-
dem. vt notatur in. l. si diuersa. ⁊ in. l. si q̄s ma-
ior. C. de transac. ⁊ melius in. l. si couenerit. ff.
ꝓ socio. ⁊. xxviij. q. ij. c. si infidelis. ⁊ in. c. perue
nit. el. ij. ex̄ de iureiurā. ⁊ in. l. si instituta. ff. de
inoffi. testa. ⁊ in. l. cum ꝓponas. C. de pac. Fa-
ciunt ergo creature ꝓ suo creatore: sicut facit
bonus filius qui videns patrē verberari: non
solum condolet sed defendit et contra inimi-
cos patris insurgit. Ita creature contra homi
nes creatori eorum contrarios insurgūt ⁊ vin-
dictam faciūt, iuxta illud Sapientie, v. Arma-
uit omnem creaturam ad vltionem inimicoꝝ.
Et hoc est qđ inquit Grego. super Lucam ho-
melia. xxxv. dicēs. Quia in cūctis delinquimꝰ:
in cunctis ferimur: vt impleatur qđ per Salo
monem dicitur. Pugnabit pro eo orbis terra-
rum cōtra insensatos. Omnia que ad vsum vi
te accepimus ad vsum cōuertimus culpe: sed
cuncta que ad vsum prauitatis inflexim9 ad
vsum nobis vtūtur vltionis. Trāquillitatem
quippe humane pacis ad vsum vertimus va-
ne securitatis: peregrinationē terre pro habi-
tatione dileximus patrie: salutē corporum in
vsum redegimus vitiorū: vbertatis abundan-
tiam nō ad necessitatē carnis sed ad peruersi-
tatē intorsimus voluptatis. Ipsa serena blan
dimenta aeris ad amorem nobis seruire coegi
mus terrene delectationis. Iure igitur restat
vt nos simul omnia feriant que simul omnia
vitijs nostris male subiecta seruiebāt. Et quot
prius in mūdo incolumes habuimus gaudia
tot de ipso postmodū cogemur sentire tormē-
ta. hec ille. y

q Ue oīa confirmantur per illam sentē
tiam Moysi. Deuterō. xxviij. dicēs. Si
audire nolueris vocem dñi dei tui: vt
custodias omnia mandata eius quas precipio
tibi hodie venient super te oēs maledictiones
iste ⁊ apprehendēt te. Maledictus eris in ciui
tate: maledictus in agro: maledictꝰ horreum
tuum: maledicte reliquie tue: maledictus fru-
ctus ventris tui: et fructus terre tue: armenta
boum tuoꝝ et greges ouiū tuarū: maledictus
eris ingrediēs: et maledictus egrediēs. Mit-
tet super te dñs famē et esuriem ⁊ increpatio-
nem in omnia opera tua que tu facies donec
conterat te et perdat velociter. Adiunget tibi
dñs pestilentiam donec consumat te de terra
ad quam ingredieris possidendam: percutiet
te dominus egestate: febre et frigore: ardore ⁊
estu: aere corrupto: ac rubigine et persequetur
donec pereas. z

s Ecunda principalis causa pestilentia-
rum est mentis elatio. Et ꝑpter hanc
percussus fuit Sennacherib rex assy-
riorum de cuius exercitu angelus domini fe-
cit mori centum octogintaquinqꝫ milia homi-
num: ⁊ hoc fuit propter superbiam eius. Ipse
ēo reuersus ad ciuitatem suam Niniue a pro-
prijs filijs occisus est. iiij. Reg. xix. Similiter
percussus fuit Dauid propter elationē. ij. Re
gum vltimo. vt etiā habetur. j. Paralipo. xxj.
Nā motus peccato supbie fecit populū nume-
rari ⁊ nō seruauit preceptū dñi. Exod. xxx. sola

ꝙ ante dinumerationem populi singuli offerrent deo preciũ pro animabus suis: vt nõ esset plaga in eis. Fecit ergo numerari ad fastum ⁊ pompam vt gloriaretur de potentia sua. Quapropter misit deus Gaad prophetam ad David dicentem sibi. Hec dicit dominus. Trium tibi datur optio elige vnum ex his vt faciam tibi. Aut septem annis veniet fames in terra tua: aut tribus mẽsibus fugies aduersarios tuos: ⁊ illi te persequẽtur: aut tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Dixit autem David. Coartor nimis sed melius est incidere in manus domini: misericordie enim eius multe sunt: ꝙ in manus hominum. Elegitq̃ pestilentiã triũ dierum quam immisit deus in populũ: ⁊ mortui sunt peste septuaginta milia virorum. Elevans autem oculos David vidit angelum extendentem manum super hierusalem: ⁊ exclamavit ad deum dicens. Ego sum domine qui peccavi. Ego qui inique egi. Isti q̃ oves sunt quid fecerunt? Vertatur obsecro ira tua cõtra me ⁊ contra domum patris mei. Misertus est ergo dominus super afflictiones populi: ⁊ ait angelo percutienti. Sufficit nunc. Cõtine manum tuam. O superbi convertimini ad dominum ne mittat super vos pestilentiam: aut si miserit vt auferat. Ipse enim deus parcet vobis: sicut pepercit David: cui etiam pepercit postq̃ occidi fecit Uriam: ⁊ adulterium fecit cum vxore eius: vt habetur .ij. Regum .xij. Nã cum penitentia ductus dixisset peccavi. Respondit ei Nathan propheta dicens. Et dominus abstulit a te peccatum tuum. Et in primo gradu restituit eũ ⁊ spm̃ prophetie recepit: vt hr̃ .l. distinctio .c. cũ exaudiero. ⁊ .c. sacerdos. ⁊ .c. vt constitueretur. ⁊ .iij. q. vij. c. sacerdos. et de peni. di. j. c. ⁊ venit. ⁊ de peni. di. iij. c. totam. ⁊ .c. David. ⁊ .c. ille. A

B Sed hic queritur quare deus pro peccato David percussit populum cum scriptum sit Gen̄. xviij. vbi dixit Abraam deo. Absit a te domine vt innocens pereat pro peccato rei. Est etiam scriptum Ezechiel. xviij. Filius non portabit iniquitatem patris neq̃ pater iniquitatem filij. ⁊ Deut. xxiiij. dicitur. Non occidentur patres pro filijs: neq̃ filij ꝓ patribus: sed vnusquisq̃ pro peccato suo morietur. De quo in .c. iaꝫ itaq̃. j. q. iiij. Et facit exemplum illius nati de scorto qui putabat se dãnanduꝫ: quod est falsum. vt in .c. vndecũq̃. ⁊ .c. nasci. ⁊ ca. nunq̃. ⁊ multis alijs .c. lvj. di. Alibi dicitur ꝙ pena suos debet tenere autores: vt dicit glo. in .c. quesivit. ex̄ de his que fiunt a maio. par. ca. ⁊ idem habetur in .l. sancimus. C. de penis. ⁊ C. ne vxor pro ma. l. ob maritorum. ⁊ .xvj. q. vj. c. illud. ⁊ in .c. si episcopũ. ⁊ .c. cognovimus. ⁊ ex̄ de senten. excommunica. c. Romana. lib. vj. ⁊ .j. q. iiij. c. placuit. ⁊ .c. nullus. ⁊ .c. iudei. ⁊ .l. si pena. ff. de penis. ⁊ ca. ⁊ si pignorationes. de iniurijs ⁊ damno dato. libro vj. ⁊ l. si filius. C. ne filius pro patre. Sed contra predicta videtur ꝙ deus debeat punire iniquitatem patrum in filios vsq̃ ad tertiam et quartam generationem: vt ipse inquit Exodi xx. ⁊ Deuteronomij .v. in crimine enim lese maiestatis puniuntur etiam filij propter delictuꝫ parentum. vt. C. ad legem iuliam maiestatis. l. quisquis. Respondeo ſm beatum Bonaven. in .ij. senten. distin. xxxiij. ⁊ sanctum Thomam j. ij. q. lxxxvij. articulo vltimo. ⁊ Nicolaum de lyra super Deuterono. xxiiij. c. ⁊ Alexandrum de ales. in .iij. parte summe. in tractatu de processu iudicij. ⁊ Johã. mona. in .c. vsurarum. de vsuris. in .vj. ꝙ pena spirituali ⁊ eterna nũq̃ punitur pater pro filio: nec econtra. Et ita intelliguntur autores dicẽtes ꝙ pena debet suos tenere autores. Pena ṽo temporali ⁊ corporali puniuntur filij pro parentibus a deo: sicut patuit in diluuio. Genesis. vij. c. ⁊ in subversione Sodome. Gene. xviij. Et in primogenitis egyptiorum interfectis. Exodi. xij. Et in habitatoribus chanaam interfectis ⁊ alijs israel ex precepto dei: quod habetur Numeri. xxxij. Et impleere cepit Josue in parvulis hiericho. Josue vj. ⁊ in alijs omnibus illius regionis. In quibus quattuor iudicijs mortui sunt parvuli ex peccato parentum. Filij enim sunt quedam bona ipsorum parentum. Et ideo ex morte eorum fit detrimentum patribus. Quapropter deus aliquando occidit filios ad punitionem parentum. Similiter quia populus David erat illi subditus ⁊ servus: ⁊ quodammodo in bonis eius: ideo ex morte illorum punitus fuit David. Aliqui ṽo dicunt: ꝙ etiam populus habebat aliqua peccata: propter que mortem illi intulit deus. Et q̃uis David dixerit ꝙ illi qui interficiebantur erant sicut oves ⁊ ꝙ nihil fecerant: debent intelligi de illo peccato quod ipse commiserat. In alijs tamen vitijs erant involuti. Sic ergo concludo ꝙ quando deus punit filios pro patribus: vel servos pro dominis: illis quos punit facit cedere punitionem illam ⁊ afflictionem: vel ad augmentum meritorum vel ad purgationẽ anime: vel

ad aliquam aliam vtilitatē. Puta q̄r melius erat illis mori tunc ꝙ amplius viuere: quia si vixissent effecti fuissent mali vel deteriores: et maiorem habuissent damnationē. B

s J autem queratur quare moriuntur peste boni religiosi qui nō sunt superbi? Respondeo ꝙ facit hoc deus ad occultandum sua iudicia: peccatores enim nō merentur intelligere ꝙ ea pestis veniat propter eorum superbiam et delicta. Et sic deus colligit et rapit bonos ex causa malorū. Jdeo dicit Augusti. vt etiam scriptum est in. §. de tyrus. xxiij. q. iiij. Si ratione facti profunditatē iudicij dei penetrare non possumus: manifestissime tamen scimus verum esse ⁊ bonū omne quod facit. hec ille. in. j. de ciuita. dei. Ubi etiam dicit ꝙ aliquādo puniuntur boni simul cum malis: quia eorum peccata non redarguerunt. Jpsi enim sunt speculatores qui debent preuidere suis deuotionibus iudicia dei super peccatores et eis annunciare. iuxta illud Ezechiel. iij. Fili hominis: speculatorē dedi te domui israel: et audies de ore meo verbū et annūciabis eis ex me. Jdeo q̄n nō annūciant venit super eos illa terribilis sententia dei Ezech. xxxiij. di. Si speculator viderit gladium venientem et non insonuerit buccina sanguinē eorū de manu speculatoris requiram. Boni ergo religiosi sunt illi qui preuident flagella dei imminētia: ⁊ deū quodammodo tenent suis orationibus ne illa mittat. Jdeo Moysi roganti pro populo Exod. xxxij. c. dicebat de⁹. Dimitte me vt irascatur furor meus cōtra eos. Jlle ꝟo respondit. Quiescat obsecro dn̄e ira tua: ⁊ esto placabilis super nequiciam populi tui. Quādo igitur religiosi non rogant deum pro peccatoribus et annunciant eis imminentia mala: et eos nō reprehendunt immittit eis deus pestilentiam. Jdeo precepit cuilibet predicatori deus per prophetā Esaiam. lviij. di. Clama ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam ⁊ annuncia populo meo scelera eorum: ⁊ domui Jacob peccata eorū. Et ideo o superbi maledicti annuncio vobis ex parte dei: ꝙ si non dimittatis superbiā veniet super vos pestilētia horribilis que vos humiliabit ⁊ prosternet vsq̄ ad profundum inferni. C

t Ertia cā pestilentiarū dicit̄ rapinarū vsurpatio. Propter rapinas enim minatur deus pestilentiam Ezechielis xxxviij. ideo Exod. ix. dixit Moyses Pharaoni. Hec dicit dn̄s deus hebreorum. Dimitte populū meū vt sacrificet mihi in deserto; alioq̄n percutiam te ⁊ populum tuum peste: peribisq̄ de terra. Pharao autē interpretatur violentia vel dissipatio: vel denudās percussos aut dissipans p̄paratos: vt inquit Hiero. Et tales sunt vsurarij denudantes p̄cussos: q̄r raro vel nūꝙ aliquis accipit ad vsuram nisi sit percussus aliqua molestia: paupertate: ⁊ penuria. Jtē dissipant preparatos: q̄r pauperes ad diuinū cultū p̄paratos ꝓpter molestiā fenoris retrahunt a diuinis: ⁊ a celebratione festoꝝ. Sed prohdolor: q̄r tales nunꝙ aliena restituūt dicētes. Faciam postea in morte testamentum: sed iudicio dei venit eis pestis ⁊ tollit illis intellectū: ⁊ nō possunt ordinare facta sua: imo nec habere notarium aut testes cum in tali morbo ⁊ ab vxore ⁊ a ꝓprijs filijs relinquant̄. Tūc nō possunt habere cōfessorem aut sacerdotem qui eos absoluat: ⁊ ecclesie ministret sacramenta. Jmmo sepe veniunt tumulatores ⁊ eos necdum mortuos inuenientes occidunt: aut sic semiuiuos sepeliunt: accipiūtq̄ bursam cū claui capsarū ⁊ bona illoꝝ diripiunt: que tantis sudorib⁹ cumularunt. Et sic nec ipsi nec sui de illis bonis gaudēt. vnde Esa. iij. dicitur. Exactores sui spoliauerunt eum. Aliquando etiam ex furore infirmitatis: aut diabolica instigatione thesauros suos in sterquilinium proijciunt: sicut accidit cuidam ciui Bononiensi qui toto tempore vite sue fecerat mala lucra per contractus illicitos: veniens ꝟo ad mortem ne filius illa possideret accepit pecuniam ⁊ proiecit in sterquilinium ⁊ appropinquans morti clamabat. Aperite portas vt diaboli me portent. Et sic clamādo expirauit. Et demones illum ad tartara portauere. Et hoc est quod dicitur Ezech. vij. Argentum eorum foras proijcietur: ⁊ aurum eorum in sterquilinium erit. Argentum ⁊ aurū eorum non poterit liberare eos in die furoris domini. D

q Uarta ⁊ vltima pestilētie causa ꝓnūc est libidinū inhonestatio. Hec eīm pestilēs luxuria: immo cathedra pestilētie: de qua Dauid ps̄. j. inquit. Beatus vir qui in cathedra pestilentie non sedit. adeo hodiernis temporibus creuit ꝙ totū mūdū corrupit. atq̄ vsq̄ ad sacerdotalē cathedram ascendit. Sed nolo ponere os meū in celū. Quid de sacro mr̄imonio loquar? de quo Pau. ad Ephe. v. inquit. Sacramentū hoc magnū est in christo ⁊ in ecclesia: ⁊ tamē hodiernis temporibus horribilissime bestialitates cōtra matrimonij sacramentum ab vxoratis perpetrantur qui sepe nō seruant nec modum: nec locū: nec tēpus:

nec ordinē. Sed hic nō me extēdo: q: bñ intelligenti mediū satis est verbū: ꝓpter hoc pctm̄ Her maritus thamar pcussus fuit peste a dño z occisus. Gen. xxxviij. q: nō seruabat qd̄ debebat in m̄rimonio. Quid dicem⁹ de vitio nefandissimo sodomie: qd̄ q̄si totū orbē repleuit propter quā innominabilē turpitudinē deus fere desijt incarnari vidēs naturā humanā illo horribilissimo scelere infectā: vt inqt Aug. in quodā ser. Unde in nocte natiuitatis sue fecit oēs sodomitas mori peste: vt dicit Hiero. sup Esa. Jō Justinianus in auc. vt nō luxurientur contra naturam. col. vj. ait. Propter talia peccata scʒ blasphemiā z peccatū ɔtra naturā: fames z terremotus z pestilētie fiūt: vt etiā inqt glo. in c. flagitia. xxxij. q. vij. Jō Johel. iij. clamat dñs di. Posuerūt puerū in ɔstibulo z puellā vēdiderant ꝓ vino: ideo cōuertam retributionē vestram in caput vestrū. z Ezech. vj. iterū dicit. Hec dicit dñs deus ad oēs abominationes malorū in israel: q: gladio z fame z peste ruituri sunt. z Ezech. xxxiij. iterū dr̄. Fecistis abominationes v̄ras: z vnusquisq̄ vxoiē ꝓximi polluit z terrā hereditate possidebitis. Uiuo ego dicit dñs: q: qui in ciuitatibus sunt gladio cadent: z qui in agro bestijs tradenť ad deuorandū: q̄ aūt in p̄sidijs z speluncis sunt peste morienť. Sed hoc nō sufficit eis. Nā ad luxuriā cōcitādam artē adinuenerunt. s. choreas: in q̄bus cū tactibus impudicis ac risibus dissolutis z oculorum iaculis se ad libidinem prouocant. Jdeo exclamat deus Ezech. xxv. di. Pro eo q̄ plausisti manu z percussisti pede z gauisa es toto affectu super terram israel: iccirco ego extendam manum meam super te: z tradaʒ te in direptionem gentiū z interficiā te de populis z perdā te de terris: z cōteram. z Ezech. vij. iterū minatur di. Jra mea sup vniuersum populū gladius foris fames z pestis intrinsecus. Qui ī agro est gladio morieť: z qui in ciuitate sunt pestilētia z fame deuorabuntur.

Pars tertia huius sermonis de remedijs cōtra pestilentiam.

Capie populę mi nouē remedia contra pestilētiā. Primū dr̄ remediū dispositionis. De quo Gal. s. de differentijs febr̄iū. c. v. inq̄t. Quia nō erit in eo dispositio ergo corruptio nō poterit operari. z. iij. Tegni idē ait. Facta v̄o egritudo curabit dispositione ablata: a qua pncipaliter que ꝓm natura est opatio ledit. Phus q̄s. viij. Phys. dicit. Jnter duos motus contrarios necessario intercedit quies media. Cū igiť vt supradictum est ex diuina iustitia ꝓpter peccatū disponať vnusquisq̄ ad pestē z cetera aduersa remoueamus a nobis peccatū z remouebitur pestis: q: ꝓm phm. s. Poste. Si affirmatio est causa affirmationis: z negatio est causa negationis. qd̄ iterū habetur. s. Peri her. z. iiij. Meta. z alibi dr̄: q̄ remota causa remoueť effect⁹. ij. Phys. ij. de generatione. z. viij. Eth. l. cū pr. §. dulcissimis. ff. de leg. ij. l. qd̄ dictū. ff. de pac. l. adigere. §. q̄uis. ff. de iure patro. l. s. §. serū. cuius ibi notatis per glo. ff. de postulando. l. si cum filius. §. titio. ff. de donationibus. l. s. C. de cōdi. ob cau. z. ff. eo. per totum. c. cum infirmitas. de peni. z remis. c. cum cessante. ex̄ de appel. c. z si christus. de iureiu. c. post translationem. de renun. z. §. ecōtra. lxij. di. Cū igitur peccatū vt. ō. patuit sit causa pestis: ideo remoto pctō remouebitur ipsa pestilentia. Unde Greg. in quadā collecta inquit. Nulla nocebit aduersitas: vbi nulla dn̄atur iniquitas. O igitur pctōres si nō vultis q̄ deus mittat vobis pestilentiā: vel q̄ iam missam faciat cessare: cessate a peccatis et cessabit pestilētia. arg. in. c. neophitus. lxj. di. z. s. q. s. c. qd̄ ꝓ necessitate. z. s. q. vij. c. qd̄ ꝓ remedio. Jdeo dicitur ī. c. incōmutabilis. xxij. q. iiij. z de peni. di. s. c. nouit. z sunt verba Augu. in sermone beati Johannis baptiste. Nouit deus mutare sententiaʒ: si tu noueris emendare delictum. z ideo clamat deus Zach. s. di. Conuertimini ad me z ego conuertar ad vos. Propter hoc etiaʒ dicit Esa. s. c. sui li. Quiescite agere peruerse: discite benefacere. z Dauid in ps. xxxiiij. inquit. Dixi iniq̄s: nolite inique agere. Et ad Roma. vj. ait Paulus. Destruatur corpus peccati. Si enim vos innocentes fueritis per dimissionem pctōꝝ poteritis sperare de adiutorio dei cōtra pestilentiā. Scriptū est enim Job. iiij. Quis vnq̄ innocēs perijt. Jō dr̄ Eccixxi. Fili peccasti ne adijcias iteruʒ peccare: sed de pristinis deprecare vt tibi dimittanť. Scriptuʒ est em̄ Ecc. xxxviij. Ora dñm z curabit te. vñ Ambd. inquit. Omnibus malis p̄ualet oratio. z Cassiod. in ep̄la dicit. Oratio est postica per quam ira dei auertitur. Et hoc sufficiat ꝓ primo remedio.

Secundū remediū dicitur exiccatio humoris. vnde Auicēna. s. iiij. tracť. iiij. in c. de febre pestilētie ait. Summa curationis eoꝝ est exiccatio: z oportet q̄ cibi eoruʒ sint exiccatiui. z Galienus in. s. de differentijs febrīū. c. iij. ait. Cōuenit corpus hmōi exiccare: z siccum cōseruare. Duo aūt sunt que virtuose z meritorie corpus humanum exiccant;

et in sanitate cõseruant. Primum est sobrietas et abstinentia: de qua Eccli. xxxvij. dr. Qui aũt abstinens est adijciet sibi vitam. iõ. j. ad Thes. j. dr. sobrij simus. et ij. ad Tim. iiij. Sobri⁹ esto. Duplex aũt est sobrietas. Prima ieiunij: de qua Hiero. ad Demetriadem virginem dicit. Ieiunio sanantur pestes corporis. Quo ieiunio niniuite liberati sũt ab exterminio. Jone. iij. Secunda sobrietas est somni. Nã fm Auic. iij. primi. Cauendum est a multo somno specialiter diurno. Et iõ dicitur. j. Pet. v. Sobrij estote et vigilate. Bonum est ergo cõtra pestes remediũ vigilare in bonis meditationib⁹ passionis christi: recommendare se alicui sanctorum: iuxta illud Job. v. c. Voca in celis si est qui respõdeat et ad aliquẽ sctõrum cõuertere. et Mat. xxvj. dicit saluator. Uigilate et orate. G

S Ecundum qd meritorie ericcat corpus est castitas qua a peste preseruat. Et probatur ratione quam ponit Philosophus. vij. Meta. vbi dicit quod dissimilitudo causarum dissimiles producit effectus in causatis. Cum ergo actus luxuriosus disponat corpus ad pestem fm Auic. j. iiij. tractatu. iiij. in. c. de febre pestilentie. et Galie. in. j. de differentijs febrium. c. iij. Ergo castitas remouebit hanc malam dispositionem et preseruabit a pestilentia. Castitas enim est illa que animas deo coniungit et ei representat: vt dicitur in. §. sancimus. in auth. de lenonibus. col. iij. Si autem deus pro nobis quis cõtra nos. ad Roma. viij. Cum ergo pestilẽtia sepenumero immittatur a diabolo qui iudicio dei pmittitur inficere aera et morbos immittere: vt inquit Aug. in li. de diuinatione demonum: et habetur. xxvj. q. iiij. c. sciendum. Si fuerimus coniuncti deo per amorem nõ poterit nobis nocere talis pestilẽtia ab inimico pcurata. Incorruptio aũt facit proximum deo. Sap. vj. Et ideo si casti fuerimus nihil timere debemus cum habeamus deũ nostrũ adiutorem. Ideo dicebat Job. xvij. sui libri. c. Pone me iuxta te: et cuiusuis manus pugnet contra me. q. d. tunc enim non timebo pestilentiã: nec alia flagella. D

t Ertium remedium dicitur apertio opilationis: de quo Galien⁹ vbi. s. inquit. Conuenit opilationes pororum aperire. Tres autem apertiones sunt necessarie contra pestem et alia flagella. Prima auriũ ad predicationes: de qua Job. xxxvj. dr. Si audierint et obseruauerint cõplebunt dies suos in bono: et annos suos in gloria. Si aũt nõ audierint transibunt: per gladium et cõsumẽtur tristicia. Scda apertio est precordiorum ad inspiratiões: de qua Apoca. iij. hr: vbi dicit dñs. Ego sto ad ostium et pulso: si quis mihi aperuerit ianuam intrabo ad illum et cenabo cũ illo. Tertia apertio est labiorum ad cõfessiones: iuxta illud ps. cxviij. Os meum aperui et attraxi spm. De qua Greg. in pastorali dicit. Ulcera clausa plus cruciãt: sed cum putredo que interius feruet eijcit: ad salutẽ dolor aperitur. vñ Cato dolor est medicina doloris. Hora. qs in epla ad Quintũ dicit. Stultorum incurata pudor malus vlcera celat. Iõ Boe. in. j. de cõsola. ait. Si operã medicantis expectas oportet vt vulnus detegas. et Amb. in quodam ser. dicit. Cõfessio animam a morte liberat. I

q Uartũ remediũ dr euacuatio superfluitatis. De quo Galie. vbi. s. ait. Conuenit corpus supfluitatibus plenus euacuare. vñ de dicit Auic. j. iiij. tractatu. iiij. c. de febre pestilentie: quod multum est vtilis phlebotomia et solutio et euacuatio vẽtris ad curationẽ pestilẽtie. Et ibidem dicit: quod corpora plena malis humoribus sunt disposita ad capiendã pestem. Iõ magr Jobes de mugo. in prin. xxij. c. de ordine quarudã medicinarũ ait. Laudo quod hoies sani intẽdãt purgationibus. Arist. qs in li. de secretis secretorum ad Alexandrũ ait. Abstinere a nimia comestione: et supfluitatẽ purgare summe sanitatis est. Triplex ergo euacuatio est necessaria ad purgãdã et auferẽdã pestẽ. Prima dr pprie nequicie. i. euacuatio mentis a malis motibus et cogitationibus: q: qui diligit cordis mũdiciã habebit amicũ regem. Prouer. xxij. Et euacuare debemus oculos a vanis et lasciuis aspectibus: aures a malis auditionibus. Linguã a murmuratiõibus: et verbis turpibus: manus ab impudicis tactib⁹: ludis: percussionibusq; ac malis opibus: et pedes ab iniquis gressibus. vñ Esa. j. dicit dñs. Lauamini mũdi estote: auferte malũ cogitationũ vrarum ab oculis meis. Scda euacuatio est aliene substãtie. Ait em Aug. in quodam ser. Si detines alienũ detineris a diabolo. Iõ dicit Mat. xxij. Reddite q̃ sunt cesaris cesari: et q̃ sunt dei deo. Et Paulus ad Rom. xiij. Reddite oibus debita. Tertia euacuatio est pie misericordie. s. per elemosynas. Ait em aplŝ. j. ad Tim. iiij. Pietas ad oia valet pmissionẽ habẽs vite q̃ nũc est et future. et Tobie. iiij. dr. Elemosyna ab oi peccato et a morte liberat. Et idem habetur in. c. miror. de peni. di. j. K

q Uintũ remediũ dr detestatio ocio si tatis. De quo Galie. vbi. s. ait. Si quis

moderatis laboribus vtitur oīno impassibilis preseruatur. Jō dicit Apl's.ij.ad Tim.ij. Labora sicut bonus miles Jesu xpi. et ad Galathas vj. Dū tēpus habemus operemur bonū. T

S Extū remediū ē moꝛigeratio maturitatis. De quo Galienus vbi.s.ait. Si quis vtatur vita decora impassibilis est. Debetis ergo viuere moꝛigerati: ꝛ non esse dissoluti in deoꝛdinatis comestionibus: et ducere vitam oꝛdinatā: ꝛ omni honestate ac virtute decorā. Ait eñ Jnno.in.c.venerabilis. de preben. ꝛ digni. Nō loci aut generis sed virtutum nobilitas viteqꝫ honestas gratum deo faciunt ꝛ idoneum seruitoꝛem. M

S Eptimū remediū est euitatio cōtagionis. Dicūt eñ medici ꝙ pestis est moꝛbus cōtagiosus: et ꝙ hō debet cauere a cōuersatione cū moꝛbatis: ꝛ nō tāgere res coꝝ. Qui enim tetigerit picez inquinabitur ab ea. Ecc̄i.xiij. Ego autē dico vobis: ꝙ cauere debetis a consoꝛtio maloꝛū: qꝛ scriptū est. xxviij. q.j.c. sepe. Sepe maloꝛum consoꝛtia etiam bonos coꝛrumpunt. Jō seruate preceptuz apl̄i.j. ad Coꝝ.v.di. Ne cōmisceamini cū foꝛnicarijs. Moyses quoqꝫ dicit vobis Numeri.xvj. Recedite a tabernaculis hominū peccatoꝝ: ꝛ nolite tāgere que ad eos pertinēt ne innoluamini in peccatis eoꝛum. N

O Ctauū remedium est elōgatio coꝛruptionis. i.a loco vbi coꝛrupt⁹ est aer. Vñ medici dicere solent. Fuge: fuge: cito ꝛ alōge vade. Jō dico vobis illud Ecc̄i.xxj. Quasi a facie colubꝛi: fuge pctm̄. Nonū remediū est tardatio reuersionis ad locū pestiferum donec cessauerit pestilentia. Sic ego dico vobis nolite reuerti ampli⁹ ad locū pestiferuz peccatoꝝ. Dixit eñ saluatoꝛ noster Johan. v. paralitico curato. Vade ꝛ ampli⁹ noli peccare. idē dixit adultere Joh.viij. Tobias qn̄ dixit filio suo Tobie.iiij. Oībus dieb⁹ vite tue deū in mēte habe: ꝛ caue ne aliqn̄ cōsentias pctō. Facit ad hoc.c.ille penitentiā.ꝛ.c. nihil ꝓdest. et c.inanis.de peni.di.iij. O igitur pessimi peccatoꝛes si vultis fugere pestē ꝛ alia flagella accipite ista remedia: ꝛ facite hāc receptā quā vobis nūc dabo. Accipite quātū plus potestis de amaritudine mētis cōtra pctā commissa ꝛ de vera coꝛdis cōtritione: ana magis librā ꝙ̄ vnciam, ꝛ predicta misceatis cū aqua lachrymarū faciēdo sirupū ꝛ bibendo illū et faciatis vomitū per nudā cōfessionē ꝛ purgabit̄ pestiferū venenū delictoꝝ. Tūc remanebit totus leuis ꝛ cōsolatus spiritus vester qui erat aggrauat⁹; ꝛ apostema pestiferum peccatoꝛum euanescet. Deinde recipite suauissimū et refrigeratiuum electuariū coꝛpoꝛis ꝛ sanguinis dñi nostri Jesu xpi. post hec vngite partes sensuales oleo sancto: que vnctio oꝛdinata est ab ecclesia ad sanitatē aīe et coꝛpoꝛis. Jacobi.v. Hoc eñ est melius remediū totius mūdi: quo nō solū recipitur sepenumero sanitas in presenti: sed etiā immoꝛtalitas in futuro seculo. Quā nobis cōcedere dignet̄ ipse dñs noster Jesus xp̄s. Qui cū patre ꝛ spiritusancto per infinita seculoꝛuꝫ secula viuit ꝛ regnat deus. Amen.

Prima Rosarij sermonū predicabilium per quadragesimam: ꝛ totum anni circulum: pars edita per vite venerabilis religiosum fratrem Bernardinū de Busti: oꝛdinis seraphici Francisci de obseruātia predicatoꝛē solēnissimū finitur. Jmpressa Lugduni expēsis ꝛ summa cura pꝛobi viri magistri Johannis Cleyn alemāni, Jncarnationis anno dñice M. ccccc, xiij. xvj. Kal. Martij, Laus summo deo vero.

Registrum huius prime partis.
a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z ꝛ ꝯ ꝝ.
A B C D E F G. ✠. ✠. ✠. ✠. omnes sunt quaterni: preter G que est duernus: ꝛ vltimam ✠ que est ternus.

